1739 c Edw. Synge

QUINTI HORATII FLACCI POEMATA.

Cum Notis Selectissimis

ANDREÆ DACIERII

è Gallico in Latinum Versis.

Quibus suas adjecit

EDUARDUS ZURCK.



LONDINI,

Apud ROB. KNAPLOCK in S. Paul's Church-Yard: & SAM. BUCKLEY in Little-Britain. 1702.

QUINTI HORATII FLACCI POEMATA.

Cum Notis Selectis Variis

ANDREÆ DACIERII

e Gallico in Latinum Versis.



Ampliſſimis, Nobiliſſimis, &
Conſultiſſimis Viris,

D. JOHANNI PESTERS, J. U. D.

D. DIDERICO ab HOOGENDORP, J. U. D.

D. JACOBO WIERTS, J. U. D.

Sacræ Majeſt. GULIELMI *Britanniarum regis in Belgio conſiliariis & rationariis.*

D. GULIELMO a SCHUILENBURGH, J. U. D.

ejuſdem ſenatus conſiliario, rationario, & graphiario.

D. MARINO a VRYBERGEN, J. U. D.

ejuſdem, uti & Curiæ Brabantiæ conſiliario.

S. P. D.

EDUARDUS a ZURCK.

PEccem in veſtra tempora ſummæ dominiorum extra potentiſſimi regis regna, conventibuſque juri dicundis, aliiſque rebus graviſſimis debita, ſi longo vos ſermone in limine hujus operis morer, cauſaſque anxie diſquiram, quæ me potiſſimum impulerint, quo veſtris nomini-

bus præmunitus latius se commendet Flaccus noster, cujus per se ea semper felicitas fuit atque gloria, ut quamvis humili natus loco, principibus tamen Romani imperii viris uteretur familiarissime simul & liberrime, ex quo hac, qua se vobis nunc offert, arte monstrari contigit, ingeniique gratia, doctrina, cultuque singulari omnibus antecellere. Nam si Flacco adhuc laudi sit, magnoque posteritatis exemplo, qui nempe beneficiis aliorum sunt obstricti & devincti, quod Mæcenatem Sabini fundi datorem, præsidiumque apud Augustum Cæsarem paratissimum plurimis in locis coluerit prædicaveritque, ego profecto committere non debui, ut perpetuo silentio obtegam, quantum vobis me debere intelligam, eisdemque plus etiam debere velim. Te enim, Amplissime *Schulenburgi*, tradente, Bredæ, prima regis in Belgio urbe, studiis humanitatis & literarum præesse me voluistis, iisque ibidem vestris sub oculis vivere conditionibus, quibus & facillime Musis vacare, pubemque mihi per varios gradus creditam ad egregios ingenii cultus capessendos educere possem. Et cum diu ante, tum illo maxime tempore Horatium in deliciis habere, eundemque alios edocere,

eere, mecumque in amœniſſimo illo terrarum tractu circumferre ſolebam, moliri mox in eum aliquid cæpi, quod variis curis, ſtudiis, rationibuſque ſæpe interceptum tandem poſtliminio quodam jure ad vos venit. Hic ergo inſtitutionum mearum illa in urbe aſpicite primordia, hic primitias e fundo quaſi veſtro percipite. Nam ſi felices merito artes dixerit Fabius, ſi de iis non niſi artifices judicarent, facile intelligitis, quare vos primum, veſtroque exemplo ſimiles porro lectores judiceſque cupiam experiri. Et licet non ſuaviter adeo blandiri animo meo poſſim, ut a vobis poſt multa graviſſimaque negotia tantum otii auctori meo, nedum meis in eum curis perlegendis tribuendum putem, quantum quidem celeberrimus Boxhornius cum Plauto ſuo apud collegam nuper veſtrum, virum ſummum, Conſtantinum Hugenium meruit, cum hic totum illum ſcriptorem, cum præcipuis Boxhornii notis, non ſolum pauciſſimis diebus, quibus ſingulis bis in ſenatum ibat, perlegerit, ejuſque marginem frequenti ad notabiliora loca pollice confoderit, ſed & multa ab his comœdiis in ſuam quandam vernaculam ſatis Plautini argumenti ſtudioſe transſcripſerit; quemadmodum id hujus

manu exaratum apud me extat in codice jam meo; tamen non triſtem adeo calamitatem moleſtiamque a vobis me relaturum verear, ut faſtidium pro judicio ſitis repoſituri honeſtis meis laboribus, quos primam quidem eamque potiſſimam partem dicatos vobis & ſacratos volui. Abeſt a ſingulis veſtrum & univerſis illud ſupercilium, & non levi meliorum literarum colore omnes tincti, humanius benigniuſque de ſtudiorum amplitudine, cultuque ingeniorum ſemper neceſſario, judicatis. Nec facile ſit circumſpicientibus novos Mæcenates, veroſque literarum patronos aliunde tantum præſidii & amoris erga ſtudia humanitatis & elegantiæ ſperare, quam apud ampliſſimum illum regis per Belgium ſenatum reperitur: uti de quo omnes paſſim judicant (nam & multorum de ſe judicia patiantur neceſſe eſt, qui ceteris honore præfulgent) tantum priſci hodiernique juris ſcientiæ, tantum uſus prudentiæque in rebus agendis, tantum denique facilitatis doctrinæ & facundiæ hic reſidere, quantum convenit exiſtimari de iis, qui a ſapientiſſimo regis judicio legi ſolent, & graviſſimis negotiis tractandis advocari. Itaque pro communi artium vinculo, & quadam inter ſe quaſi cognatione,

Flacci

Flacci hæc lyrica benigne tolletis, nomenque in fronte veſtrum honori & auſpicio præfulgere facile patiemini. Repetite hic cum animo veſtro inexhauſtos illos fontes, unde rigata paſſim poëtarum ora regis optimi virtutes, & res geſtas in ſempiternam orbis memoriam conſecrarunt. Et ſi Patri Principique optimo, Gulielmo, Britanniarum regi inclyto, ad immenſum honorum cumulum accedere quicquam poſſit, quod reddat nobis actus præteritos, præſentes illuſtret, futuroſque haud vana ſpe repræſentet, hic pii vates admirabilem in explicandis argumentis ſapientiam, in diſponendis curioſam felicitatem, vim verborumque lumina puriſſima hic invenient. Quin Flacci exempla digna ſemper judicabuntur, ut noſtris conformata repetitaque temporibus in marmore vivant, in ære ſpirent, & gemmis auroque pretium addant ſempiternum. Longum eſſet ſingulas Carminum opes recenſere. Noſtis mecum, quibus ſe dotibus doctiſſimus hic & prudentiſſimus & honeſtiſſimus aulicus commendet principibus privatiſque: adeo ut & Auguſtinus pater, auguſtus veré eccleſiæ olim doctor, hunc inprimis poëtam legi juſſerit, licet is aliorum ſæpe cenſor caſtigatorque fuerit haud benignus.

nignus. Date & mihi cum Flacco locum aliquem, qui id maxime ſtudui, ut ea, quæ temporis longinquitate obliterata erant, in lucem revocarem, vel aliorum inquinata depravataque judiciis ab injuria vindicarem, vel denique quæ ſtili brevitate reconditaque doctrina conciſa & obſcuriora videbantur, liberiori paulo & faciliori enarratione reponerem, utque & in hoc me labore non ſolum porro tueamini conſtantiæ cauſa, ſed voluntatis ac judicii. Valete, Viri Amplisſimi, & veſtra hic nomina, ut judicum Apollinarium ſtatuas in veſtibulo operis vobis jam e Breda veſtra deberi cœpti ſereno vultu aſpicite, diuque poſteris interſitis, veſtraſque in iis imagines recognoſcite. Harlemi, Kal. Julii, CIↃ IↃC XCVI.

12 JU 62

PRÆ-

PRÆFATIO
ad
LECTOREM.

SI rara fuerint tempora, quibus honesti in literis labores conatusque benigno satis facilique judicio passim acciperentur, nostrum certe pravitatis, obtrectationis, & invidiæ tam ferax est, ut qui aliquid in lucem sit editurus, in professum se bellum projicere videatur, & galeatum prodire necesse sit. Nunc enim vere ubi dentes severis, de sulcis, hoc est literatis laboribus acies hastatorum apparent, capita conis nutantia, brachia onerata telis, clypeatique viri prospiciuntur, a quibus, Cadmi instar, manus vix teneas, nisi mox cerneres, fratres istos cominus eminus pugnantes suo Marte & per mutua vulnera, non dicam confici ac perire, sed infamem certe in modum terræ affligi, magnisque & illustribus quoque inter istos animabus spatio ac labore opus esse, ut eodem fastigii, vel si fieri possit, altius resurgant. Alii tutiori quidem consilio, sed honesto parum, dolum virtutemque juxta habentes, ubi hostes se gerere quasi necesse semel judicarint, clam & ex insidiis bella gerunt, utque soli sapere videantur, nihil non vituperant. Quidam omnia antiquorum scripta commentataque unice probant, & ut ancilia cœlo delapsa reverentur, pii certe religiosique viri, nisi simili eos morbo jactari videas, hoc est invidia præsentibus semper inexorabili. Pars, quasi perpetuo aliquo edicto muniti, aliorum bene dicta scriptaque,

ne rapiantur ab aliis vindicare ac tueri velle videntur, & velut convictos plagii manu amputari, si sententiolam aliquam ad suos veluti fontes retulerint, licet nemo eam nesciverit, & vel mediocriter doctus reponere possit antiquum proverbium, noveram id priusquam Theognis nasceretur. At si consideres non qua specie, sed quo animo plerumque hoc faciant censores isti, partim ex eodem fonte odii invidiæque tantos dolores conceperunt, partim quod otio aliter uti nesciant vel effugiant. Alii ignava fere opera, quasi nihil aliud agendum in literaria rep. supereſſet, symbolam satis æquam contulisse sibi videntur, si in notandis aliorum erratis Epidaurio serpente acutiores sint, nec fas esse velint, ut magno in opere somnus subinde obrepat, neque condonari quicquam patiantur, quod aut incuria fudit, aut humana natura parum cavit; &, si plurima in scriptis nitent, inexpugnabili ea silentio prætereunt. Homines, ut industriæ aliorum exercendę nati, ita & sæpius literati utilisque laboris molesta ac tristis calamitas. Et licet primas tenere, aliisve palmam plus meritam eripere te non posse probe tibi sis conscius, multisque id ingenue fateare, deprecari tamen adeo malitiam multorum nequeas, quin, quantumvis bene loqui & facere perseveres, ipsi semper & ubivis obliqui sint & injurii; securi porro quam inde invidiam literarum studiis disciplinæque apud imperitos, quantumque apud omnes famæ concitent periculum. Frustra sis, inquam, si exorare eos satagas, aut ullis rationibus placare, quamdiu cum vilibus plebeisque hominibus humi reptare nolis. Herculi potius quivis

athleta

athleta sit placiturus, quam ut alia conditione istorum serves ineasve gratiam. Non si Agamemnonis exemplo sententia dicta subjicias, gratum fore, si quis senex aut juvenis meliora dixisset, famam incessere, aut carpere isti desinant. Mitius, credo, Socratici olim discipuli novitios ludere & exercere, vel placentis certe placari consueverant, quam nunc multis, qui Socrates ipsos somnia præ se putant, insultandi novis scriptoribus & auctoribus libido est. Qui in Trophonium antrum veniebant, serpentum sibilos offa blanditiisque reprimere quodammodo poterant: at quis, iterum dico, seculi nostri invidiam ullis hecatombis deprecetur? Majores ne emergant infra se positi, æquales ne vincantur ab æqualibus, & viles, pigri, abjectique homines, ne quam longissime relinquantur a navis & industriis, multis quidem artibus allaborant, sed pravis plerumque, aut generosis animis probatis parum, usitatisque. Quotusquisque est qui in arduo doctrinæ culmine positus alios eodem enitentes præcipites dare nolit, potius quam manum porrigere? Ignavi vero indoctique, mortalium plerumque injustissimi, pro intelligentia fastidium, aut latratum pro ratione primum afferentes, quoties de literatis aliorum laboribus quæri solet, mox ubi victos se vident, ut Baleares pecudum in morem clamore sublato fugam petunt, neque cessant male de iis loqui, quorum ne oculos quidem aspectumque ferre poterant. Sed illos omnes uti non invitus cupio dimittere, ita ne & ipse istiusmodi ingenia experiar, optandum quidem, sed vix sperandum videtur. Gratiam tamen, si

fieri

fieri poſſit, apud omnes impetrare malim, nec cujuſquam mereri offenſam. Huc omnis mea vita, ſermones, & hæ quoque notulæ tendunt; in quibus, ſicut in aliis, quamvis ſcribere non potuerim, quæ quidem volui, ſcribere tamen nolui, quæ parvo negotio potuiſſem. Sed omnis mea induſtria in eo maxime verſata fuit, ut lucem auctori affundere, exemploque illius recta præcipere, & aliis omni ratione prodeſſe poſſem: quod dum bona fide facere aliquamdiu jam inſtitui, ſatis hactenus famæ meæ qualicunque apud bonos conſultum, munerique, addo & animo fere ſatis factum exiſtimo. Poteram quidem ſine aliqua pigritiæ labe tutius latuiſſe, ubi non

obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſuque veneant;

ſed & ſic otii rationem ſi aliis, mihi certe negle-ctim nimis reddidiſſem. Saltem vel hunc, vel graviſſimum laborem ſuſcipere ſatius duxi, quam non condere aliquid & componere, quod mox poſſim depromere; quam aliena curare, & non proſpicere quæ animum meliorem & tranquilliorem reddant; quam moleſtus eſſe & importunus aliorum ſtudiis ac negotiis; quam denique inter homines oris ventriſque male morati verſari. Quomodo autem otio iſto a quotidianis laboribus conceſſo uſus ſim in Flacco expoliendo, tempus eſt ut dicam. Sed & hoc judicio & examini æquiorum virorum mallem relinquere, quam brevi nimis præfatione, velut in tabella, complecti. Inſtructa eſt hic, mihi crede, omni dapum genere menſa; ſed ſingulas ejus patinas circumire, indeque præ-

guſtare

guſtare animus non eſt. Horatium qui norunt, præjudicare facile id poſſint. Aliis, niſi expertis, id non perſuadeam. Faſtidia tamen eorum vincere hic velim, qui non quid multi huc contulerint, ſed quam multa, cogitant. Sed & hoc ut efficiam, non video, niſi tanti laborem noſtrum faciant, ut Oden, Satyram, Epiſtolamve aliquam a me explicatam vel cum omnibus commentariis conferant, & exinde quæ mea ſit ſymbola æſtiment. Ditiorem quidem, certe meliorem, ſi quid recte judico, adhuc non invenient, quam eſt commentarius ille Gallicus, quem vir clariſs. Dacier x voluminibus complexus eſt. Ac initio quidem non inutilem laborem meum fore videbam, ſi eruditis tantum & in Latia veſte illum redonarem. Sed & hoc aggreſſus difficilius & Romanæ eruditionis amantibus inutilius fore ſentiebam, quam quiſquam poſſit credere. Multa enim volumina traductione Gallica cum textus, tum & explicationum Latinarum, magno charactere Vir ille abſolvit. Non parvam quoque partem occupant obſervationes linguæ Gallicæ, ejuſque cum aliis linguis crebræ collationes. Loquacitatem autem Gallicam, Atticæ ut majorem, ita & inſuavem magis indoctamque, ad terſum adeo doctumque ſcriptorem Romano ſermone imitari ac exprimere, ſimulque legitimæ interpretationis præſcriptum ſequi, ab animo, viribus, & uſu publico remotum nimis experiebar. Notum eſt quid Galli moliantur. Omnes antiquorum libros a vulgo quoque legi, & inter molles cathedras intelligi volunt. Hoc ut efficere poſſint, incredibile eſt, quam ſe interpretes eorum torqueant, quantis utantur circuiti-

cuitionibus, & quousque se demittere cogantur. Hoc ergo consilio rejecto, copias meas qualescunque liberius explicare & producere volui: neque enim in angustum interpretationis & descriptionis ordinem vel unam periodum cogi possem. Notaveram enim jam dudum multa, ut sese inter explicandum mihi offerebant; congessi postea non pauciora ex auctoribus, unde facem suam accendit Gruterus; & Barthius quoque ex optimis Europæ bibliothecis, quas super Flacco sæpe consultas a se testatur, non spernendam textui lucem commodabat. Accedit quod multa ad primos suos fontes revocari, vindicari, illustrari, corrigique passim debebant, nisi aliorum culpæ me succedaneum facere, aut insultari impune classicis auctoribus, aut in servis imitatorum pecoribus me deputari æquo animo pati potuissem. Servat interim laudem suam, justamque laborum mercedem, quantum in me quidem situm est Dacierius, ejusque viri ingenium, eruditionem, cultumque ita passim commendo, ut satis etiam appareat, plus ei me debere velle, quam debeo. Nemo autem vitio mihi vertat, quod sacra subinde attigerim; quemadmodum doctissimo critico nuper vitio versum est, quod eodem volumine explicationem multorum S S. Scripturæ locorum dederit & obscœnissimorum Aristophanis, i. e. quod est impurissimum e paganis, & sanctissimum inter Christianos. Nam si quid e sacris illis purisque fontibus huc derivavi, non nisi summa id cautione ac reverentia feci: Imitatus fere in eo Ulysses, qui Achillem moturus, quo Græcis auxilio in Trojam adesset, inter multa ludi-

ludicra, seria quoque arma miscuit. Adhæc eo perfectionis amorisque in cognitione sacratissimarum veritatum, eo sanctimoniæ in vita cogitationibusque perveniisse omnibus in tanta euangelii luce versantibus jam convenit, ut ἐνκάιρως καὶ ἀκαίρως desiderare jam oporteat, non audire aut legere, nisi quæ vera, jucunda, veneranda, justa, pura, amabilia, bonæque famę sunt; tantumque cogitare quæ virtuti laudique sunt conjuncta. Et licet luto lavare non didici, & a spurcitie abstinere cum ipsum me decet, tum & aliis tradere; non istiusmodi tamen morbi imbecillitatisque fui, ut dicata conceptui organa & opus expungere e textu, aut in notis tacere instituerim, uti quæ & ipsum Deum fabricare & ordinare non puduit: sed Anacharsidis instar dextram ori, siniſtram partibus Veneri sacratis admovi, hoc est, parce modesteque, & pro necessitate explicandi de naturæ venerandis sum locutus. Quin præmunire passim adolescentes volui, qui, velimus nolimus, plus satis nequitiarum ubique vident & audiunt, ne forte una aut altera obscœna lectione verberati sua in vitia putredine pereant. Quocunque vero me verterim in his ceterisque Horatii scriptis explicandis, ne scilicet nimia prolixitate anhelarent notę meæ, aut nimia brevitate obscuritatem parerent, ut ex historia temporis Flaccus intelligeretur, ut sermonis sui decus, vis verborum, epithetorum proprietas, figurarum lumina, allegoriarum sensus, aliaque ei consona oculis exhiberentur, non mirabor tamen si dentes, hostilemve alicujus manum sim sensurus. Sed quemadmodum fateor hic illicve forte reper-

repertum iri, quod multa dies, & multa litura, & animus magis ſerenus, otiumque prolixius emendare potuiſſet, ita & depeciſci cum quibuſvis hic velim, grata parataque manu me inducturum, quodcunque a mente Horatii alienum, indignumque eo, ſcriptum a me reperietur. Id enim ætatis, ejuſque ſtudii ſum, ut audere non dedeceat; & ſi quid deſit operi, poſtea honeſte ſuppleatur. Interim

fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.

Sin vero atterere potius me meaque quis malit, ut potero, patienter feram, nec proinde animum ſtudiaque commoveri nimis patiar: nam triplici ære pectus obducere debent, qui ſcripta aliorum juris ſemel fecerint. Et ut ſæpe *magnis favor ortus ab auſis*, ita forte æqui rerum ingeniorumque arbitri non deërunt, quorum ingenio, fide, & doctrina iniquitas aliorum retundatur, & indigna illa contumelia a me prohibeatur, ut inſciti quoque cenſores labores meos ludificent. Nota eſt judiciorum & in optimis varietas, nota doctiſſimorum ſphalmata, noti paſſim ingeniorum defectus, adeo ut dicere hic liceat, *optimus ille eſt Qui minimis urgetur*. Et tamen ſi doctioribus & ſine exceptione magnis viris nihil quicquam famę exiſtimationiſve deceſſerit, ſi aliud quaſi agentes lapſi ſint in iis, quę millies in aliis caverunt, idcirco velut ſub Ajacis clypeo latere ſperavi; ſed illud ſolum a doctis impetrare liceat, ut favor & venia pro laude parata ſint, ſi alicubi erraſſe me deprehendant. Accidet quoque ut, pro judiciorum varietate, atro carbone noten-

notentur, quæ aliis ſint probatiſſima. Ut Homerus ipſe multis, ſi diis placet, ineptit, Demoſthenes lectores ſuos fruſtratur, Cicero plagii reus eſt, & timidus, luxurians, in exordiis & periodis claudendis moleſtus, tarduſque ad motus animi faciundos. Seneca pater arenam ſine calce, aut nugas canoras dedit. Ut Virgilius parvi ingenii, aliorumque beneficii, Ovidius copioſus nimis, & denique Horatius perplexus, pudendus, & quid non erit, ſi pravis quorundam judiciis res agatur, quamvis univerſus eruditorum ordo tantis viris jure ſemper aſſurrexerit. Non una injuria eſt, qua male haberi ſolent veterum ac recentium ſcripta, & via aditusque ad ſolidam doctrinam intercludi. Veterum ſcriptorum gloria infra hodiernos jacet: & novos nihil porro afferre clamant, quod non de alio in alium transfuſum ſæpe migratumque arguatur. Quæ quidem voces ſi ſemel pervicerint, ilicet, actum eſt de literis. At qui cerebrum in calcaneo non geſtant, omiſſis fontibus tenues turbidoſque rivulos non adibunt, neque infinitos ſapientiæ doctrinæque theſauros præſtructos ſemel aut effoſſos judicabunt. Sed ſatis jam præfatus fuero, ſi in bonorum forte manus liber hic pervenerit: at nunquam ſatis, ſi pravis aliorum oculis ſubjiciatur. Unum hoc adjiciam, me tantam in hoc codice expoliendo poſuiſſe curam, quanta adhiberi potuit in urbe, quæ licet typographiæ inventrix merito habita ſemper & credita eſt, at nunc Mercurialis fere, operis, typiſque non nimis abundat. Adhæc cum experiundo didiceram, auctores in corrigendis ſcriptis ſuis mentem ſuam magis ſequi, quam juſ-

ſtum oculorum examen; contra librorum correctores, mercenarios plerumque homines, verba tantum, non vero ſenſum obſervare; aliquoties advocavi, quocum utrimque ſimul ultimum reviſerem, ſi quid perviſum tranſmiſſumque foret. Quartam fere operis partem una ſic relegit Stormius noſter, qui & variam lectionem in fine hic adjectam e quatuor fere codicibus collegit: quæ, ſi cum alia textui paſſim inſerta, partim a me allecta ex optimis codicibus perluſtrabitur, mirabor ſi multo plura aut meliora ex manuſcriptis adferri adhuc poterunt. Lubens Viri illius, vel hac occaſione hic memini, quod & ejus in Horatium amor quidam ſingularis, in Pindaro optimiſque Græcis ſcriptoribus explicandis incredibilis peritia, & in gymnaſio noſtro tertia utiliſſimaque opera eum mihi ſic conciliarit, ut & ſuperiori dignum loco auſim prædicare. Interim, Lector, conſidera, oratiunculam hic a me præter opinionem adjectam, cum jam cernerem aliter paginas quaſdam hic in fronte operis ſatis mala cum gratia vacaturas; eamque, operis urgentibus, non expolitam ſatis, uti vellem, & tu, fortaſſe requires, hic prodire, nequid de vita Flacci noſtri neſciatur. Sed hanc, uti & cetera æqui bonique accipe, & vive ac vale. Dabam Harlemi in Muſeo meo a. d. IX Julii A. D. MDCXCVI.

Oratio de

Q. HORATIO FLACCO,

habita HARLEMI *antequam notis illustratum auctor ederet.*

Habent hoc florentia imperia, & pace atque otio abundantia, ubi & benigne insignioribus cujusque meritis suus retribuitur honos, ut & ingenia producant excitatissima, omniumque artium & facultatum vim & industriam incredibilem in modum provocent & exacuant. Taceo de multis regnis, in quibus id quod dico satis in illustri positum est loco. Mitto liberiorem olim Græciæ statum, quo primum eruditioni, ac facundiæ, poësi, & philosophiæ, omnique denique sapientiæ signa sublata sunt; nec in causam latius inquiram, numquid deinceps Alexander & hac ratione Magnus dici meruerit, quod generosus animus probe intellexerat, magnum imperio decus, magnam rebus a se gestis lucem, & nomini suo splendorem accedere perpetuum, si domi & in vicina porro Græcia bona foveret ingenia, & foras multos poëtas, rerumque gestarum scriptores secum educeret. Ne dicam quod in unum Aristotelem octoginta talenta præmii loco dederit, cum animalium descripserat naturas, & aliquot hominum millia per Græciam Asiamque constituerit, pecuarios, venatores, piscatores, cetarios, aucupes, qui de singulis eum edocerent: veritatem hujus rei luculenter comprobavero, si Augusti ætatem huc referam. Felicissimus hic & optimus princeps noverat, potentiam consilii expertem mole sua ruere, & vim

mentibus insitam doctrina maxime promoveri, & imperia non nisi summa arte & industria contineri. Industriam vero illam nullibi aut jucundius sibi, aut ad subjectos in obsequio retinendos potentius, aut ad imperii majestatem propagandam felicius occupari posse, quam si egregias artes studiaque literarum ipse non segniter tractaret, aliisque eadem porrigeret virtutis instrumenta: comprobato insuper, ut rectores provinciarum magistratusque sibi chari essent, qui iisdem tenerentur studiis. [1] Hac inductus ratione summos jurisconsultos familiares sibi fecit, responsaque eorum pro legibus esse jussit, & cultissima ac defæcatissima sui temporis ingenia sic complexus est, ut & multis ea præmiis fuerit prosecutus. Non ille poëtas Græcos aut Latinos, homines ad otium & voluptatem, ut videntur, solum natos, adeo contemsit, ut non & inter illos sedere, [2] iiscum cœnare, eosque familiariter arcessere ad se voluerit. [3] Quare non deërant, qui tanta principis facilitate & ingenio uterentur, doctissimi liberrimique homines; adeo ut & Græculus poëta, ut videtur, non malus, artis fiducia carmina ubique Cæsari porrigeret, licet diu esset, quod bono solum vultu ea exciperentur. Tandem cum & carmen e Principis manu suis reponeretur, en hominis frontem & astutias! liberalitatem quam hactenus in se nullam fuerat expertus, in Cæsarem exercuit, depromtis ipsi ex imo marsupii fundo sex dragmis, additisque muneri verbis, quæ ut jucunda, sestertiis centum millibus remunerata sunt.

At

1 V. Suet. Oct. c. 88, 89. 2 Inter Virgilium, anxium & suspiriosum virum, & lippientem Horatium sedens, supervenienti mico Cæsar ajebat, *Inter suspiria & lacrymas sedeo.* 3 V. Suet. in vita Horatii.

[1] At quid tam longâ circuitione utar, cum cuivis noſtrum facile in mentem veniant Virgilii & Horatii, qui ſoli adhuc dubium facere poſſint, an ipſi a tanta principis indulgentia, an vero Cæſar ab arte eorum immortali plus laudis ſplendoriſque fuerit conſecutus. Sed de Flacco hoc tempore ſolum dicam, ut qui aures animoſque veſtros morari non injucunde poſſit, ſi ad ſingularia quædam, quę de eo proferam, pauliſper attendatis. Ac primo quidem ad viri laudem quoque facit, quod Venuſii, obſcuro ſane, ſatiſque infami oppido natus ſit. [2] Commune hoc illi fuit cum plurimis doctiſſimiſque id temporis viris, qui loca per ſe obſcura incunabulis ſuis illuſtrarunt. Et ſi Roma caput ſupra omnes urbes extulerit, non hoc ſe nomine jactare admodum præferreque omnibus poteſt, quod ipſa [3] protulerit inſignes doctrina viros, uti quidem opibus & potentia eos ad ſe allicefecit. Scilicet luxus & avaritia, in magnis urbibus dominantia, extingere, vel ſolvere ingenia ſolent. Contra vero qui artem vivendi ſapiendique intelligunt, ad præclara quævis aſſurgere, ſuoſque educere ad virtutis honeſtique cultum, potiſſimum judicant. Talis erat Flacci noſtri parens, homo humilis ſortis, libertinus, coactor exactionum vel ſalſamentarius. [4] Hic tamen Flacco noſtro, jam Auguſto & Męcenati charo familiarique, tam non inficiandus pudenduſque pater viſus eſt, ut nec alium optaſſet, ſi natura quoque id ſineret. Vir enim animo ſupra

* * 3 ſor-

1 Macrob. Saturn. 2, 4. Virgilio pro xx verſibus quinque aureorum millia dedit. 2 V. Suet. d. l. 3 Ita Cicero Arpinas, Terentius Afer, Plautus Umber, Corn. Nepos Padi accola, vel Italus, aut Gallus, Virgilius Mantuanus, Catullus Veronenſis, Propertius Umber, Ovidius Sulmonenſis, Salluſtius Sabinus, Livius Patavinus fuere, ut alios taceam. 4 V. Sat. 6 l. 1.

fortunam erecto, nec ſibi nec filio timuit, ut quis vitio verteret, quod uterque forte præconis coactoriſve conditionem non excederet, ſi modo, qualis ipſe erat, honeſtus, & ab omni turpi facto opprobrioque eſſet liber. Neque ſatis erat patri optimo, ſi partim ſperare illa de bona filii indole, partim aſſidua ejus obſervantia in cereo animo efficere poſſet; cetera unice ſollicitus, qua ratione emergeret, & pennas nido majores eſſet extenſurus, Non ibi erat, mihi, vel potius Flacco noſtro credite: non id generoſo viri animo inſidebat, ut, unde uberrimus Romæ quæſtus erat, exactiſſima fœnerandi ſtudia in Flavii ludo, parvoque, ut in pagis fieri ſolet, pretio cum magnis quoque centurionum filiis addiſceret, ſed Romam, velut in univerſi theatrum ad eas docendum artes puerum perduxit, quas quivis eques & ſenator ſuis traderet. Romæ autem, non ut aviculam volare pueri volunt, dum pedem tenent conſtrictum parce ac duriter, inter multas objurgationes exiguoſque ſumtus filium habuit, ſed veſtes ſervoſque ei præbuit velut ex avita re lautiſſima, pro nihilo putans, ſi quis libertino patre natum roderet, vel exprobraret ei, quoties ego vidi patrem tuum brachio ſe emungentem. At jure, forte cogitatis, iſtiuſmodi offenſiones ſæpe audiit, cum tantos illi animos ſine ſpe vaniſſima miſellus pater inſpirare haud potuerit. Eane tum reip. facies erat, ut novis paſſim hominibus aditus ad honores magiſtratuſque pateret? An vero, quod ipſe de ſe Flaccus, ad exemplum Pindari refert, [1] fronde nova puerum palumbes texere,

1 De Pindaro & Platone refert Ælian. l. 12 eos infantes expoſitos melle ab apibus enutritos.

texere, [1] ſingulare quoddam futuræ ſortis indoliſque divinæ præſagium in eo vidit? Sed minimum horum cum ratione dici nequit. Nam a favore, judicioque populi, qui jam non amplius dabat imperia, faſces, legiones, & ut verbo dicam, omnia, nihil admodum ſperari poterat: & idem tamen ſi tollere eum potuiſſet, ſuum tamen ingenium moreſque facile ſervaſſet, cum in titulis, imaginibus, externoque ſplendore oculos ſolum defigat, licet unum fere Ciceronem, novum ignobilemque virum, ſed ſummum fori regem, triumphatorem animorum invictiſſimum, potentibus æque ac toti reip. neceſſarium factum, ad ſummos honores extuliſſet. Quantis enim motibus, quanta multorum cum invidia, quantaque reip. tempeſtate eo provectus inibique verſatus ſit, norunt qui Ciceronem ejuſque triſtem exitum ſatis unquam expenderunt. Quod vero Flaccus de fronde a palumbibus ingeſta referat, poëticum fictumque eſſe auſpicium, eoque Auguſti præſidium tutelamque ſignificari, cum Veneris genitricis aves illæ fuerint, cuivis ſatis conſtare exiſtimo. Quid ergo? Numquid bonus pater pecunias ut in Junonium puerum jactare voluiſſe cenſendus eſt, & Herculis cothurnos puero aptare, omneſque induere facultates, ubi non nihil bonæ ſpei in eo apparebat? minime, minime, Auditores, aut Flacci pater tam ſtultus fuit, aut incerto adeo omine futuræ filii felicitati præludere voluit. Aliud quid generoſum agitabat animum, ut filium ſe feliciorem olim redderet. Perſpexerat homo ſagax egregias quasdam inſitaſque animi vires, rectique cultum & decori doctrina excitari ac

[1] L. 3 ode 4.

promoveri: obſervarat vir diligens, virtutis ſapientiæque poſſeſſionem maximas eſſe certiſſimaſque divitias, eoque liberaliſſimam honeſtiſſimamque educationem maximum adferre adjumentum. Et quam non in frigidum, quod ajunt, furnum panes immiſerit, ſed voto ſpeique reſpondentem expertus ſit filium, præſumi poteſt, cum majoribus quoque ſumtibus Athenas eum mitteret. [1] In illo celeberrimo ſapientiæ emporio, durata ſatis ætate, domique exemplis & paternis monitionibusnon leviter inſtructo juvenili animo, cum ſine cortice natare jam poterat, tantum ingenii efficacia, gravitate judicii, fideli memoria, aſſiduaque diligentia rerum verborumque theſaurum ſibi comparavit, ita in clariſſima univerſi terrarum orbis luce verſatus eſt & enituit, ut ſi ſcripta ejus conferas cum Græcis, ſtatuere jure poſſis, quantum Athenę toti Græcię, tantum hunc Athenis luculenter præſtitiſſe. De fama ejus jam diſperſa, de ſpectabili virtutis ſapientiæque habitu, ſummiſque in eum nobilium maxime & clariſſimorum virorum ſtudiis cogitari poteſt, cum Brutus, minime ineptus ingeniorum æſtimator, [2] in ſocietatem belli civilis & ad tribunatum legionis Romanæ Athenis eum evocaret, ratus ſcilicet fieri non poſſe, quin pro arctiſſima omnium inter ſe virtutum cognatione, quamvis militiæ plane rudis eſſet Flaccus, ad exemplum Tyrtæi, ſummorumque virorum, bellica quoque virtute ſibi auxilio eſſet ac conſilio. Sed cum eo in bello, Philippenſi nempe, lacertis Cęſaris pares non eſſent Bruti copię, Flaccus Martem ipſis iniquum nimis ſentiens, abjecta

1 V. Sat. 4 & 6 l. 1. Lib. 2 epiſt. 2. 2 V. Cic. epiſt. & de orat.

jecta parmula, Mercurii ope ac præsidio per densum aërem incolumis evasit, hoc est, ut ipse refert, jam decisis sibi pennis humilis, & lare ac fundo destitutus Romam petiit, & Cæsari poësios facundiæque beneficio reconciliatus est, [1] parario magni favoris, tam animo quam origine regio vere patrono, Mæcenate. Hic Augusti dextera, urbis Romæ præfectus, & totius regni, ut vocant, cancellarius, digniſſimos quosque, quales erant Varius & Virgilius, primæ admissionis amicos, & Flaccum insuper convictorem post sibi assumsit assiduum; tanto utrimque cum judicio ac pene fastidio, tanta cautione ac prudentia, quemadmodum divites & ingenioſi homines solent, ut nec illum electionis suæ unquam pœnituerit, neque hic libertatem, rem sibi semper caram visam & inæstimabilem, sic amiserit, ut non, quotiescunque fere animo esset libitum, eadem liberrime uteretur eodem in fundo, Sabino scilicet, quo ab amiciſſimo magnificentiſſimoque viro erat donatus. [2] Totos novem menses, statum perfecto partui tempus, de hoc homuncione, bipedali fere modulo, corpore Tydeo, at animo Hercule, sed Musarum illo, inter amicos recipiendo deliberaverat Mæcenas, quanquam tradentibus eum Virgilio Varioque, cum summis primarii nominis poëtis, tum & candidis minimeque malis viris. Memorabile est qua arte ac moderatione tanta summi viri benignitate usus sit. Ejus in oculis cum Flaccus gestaretur semper, illi ad mensam, in seriis illi & jocis, domi foriſque comes esset indivulsus

1 Lib. 1 od. 2 patet, Augustum pro Mercurio habitum. V. porro lib. 2 ep. 2 init. Lib. 2 od. 7. Suet. d. l. 2 Omnino v. l. 1 epist. 7. 3 D. Sat. 6 l. 1.

ac perpetuus usque ad extremum vitæ spiritum, ea tamen sibi non petiit, quæ nec ille denegasset; quin & accepta semel reddere potuisset, si cum libertatis honestique otii damno retinere illa debuisset; satis etiam beatus sine unicis illis, cetera gratissimis, Sabinis, & contentus satis modico, forte ex scripto quæstorio, aliave re tenui reditu: [1] dissimilis hac parte vulpeculæ illi, quæ in frumenti cameram cum irrepsisset, frustra foras tendere quærebat, donec inde macra exiret, uti macra eo penetraverat. Incredibile sit cuivis, nisi oculis viderit ac diligenter collegerit, quanta in summa rerum affluentia modestia viri, quantum mediocritatis studium in eo eluxerint, cum ad magnos honores invidendasque fortunas aditus esset patentissimus. Sed satius, satius omnibus copiis habuit, audiat hoc insipiens & inficetum seculum nostrum, si fides & benigna ingenii vena, si quantum satis esset, Deus ipsi offerret. [2] Nec verba, fucatamque sui speciem, qualisque subinde esset, spectandum se præbuit, cum istiusmodi profert sententias, sed re ac facto longe majora semper comprobavit. Primo enim Mæcenati, ut audivistis, insinuatus, talemque in ejus amicitia locum tenens, ut ille visceribus eum suis plus diligeret, morienſque ab Augusto peteret, quo Flacci, ut sui esset memor, nunquam tamen videas officipetam, nunquam ambitiosum, insolentem nunquam, [3] sed contra iis artibus in flagrantissima principis viri gratia se tuentem, quibus juvenis admodum charus illi commendatusque fuerat, hoc

1 Epist. 7 & 18 l. 1 V. Suet. d. l. l. 2 od. 18. 2 L. 2 od. 18 l. 3 od 16. 3 L. 2 sat. 6 l. 1 epist. 9.

hoc eſt ingenti ingenio, curioſa judicii elegantia, & vitæ morumque innocentia, ſi ſeculi vitia excipias, multum ubique memorabili. Auguſto vero quam ſe probaverit, cogitari poteſt, cum epiſtolarum officium, [1] unaque regiam menſam ei obtulerit, neque tamen, cum recuſaret, quicquam ei ſuccenſuerit, ut non & in amicorum haberet loco, datis ad eum literis, quibus admonebat modeſtiſſimum hominem, ſumeret ſibi apud illum juris aliquid, qui & convictoris ſecum invenire locum poſſet. Tantum uſus ſecum volebat eſſe Cæſar, tantum majeſtatis quoque ſuæ oblivíſci, tantumque ſummo viri ingenio delectabatur, ut & ſi ille ſuam ſpreviſſet amicitiam, ipſe viciſſim homuncionem nequaquam contemneret, ſed liberrime adhuc uteretur, domíſque redderet ditiorem. Fingite mihi nunc, ſi qua fieri poſſit, majeſtatem ac potentiam Cæſareæ illi parem, vel longe minorem, & nonnulla tantum parte comparandam, & ad eum ſimul admittite poëtam Horatii ingenio, doctrina, & elegantia multo inferiorem, quiſquamne noſtrûm dubitet, quin tam potens pollenſque homo omnes, qui eodem tendere, vel veſtigia ſolum legere auſi fuerint, ut viles animas & umbras volitantes ſit deſpecturus, & potius quam ſit commendaturus, eoſdem comedendos ac deridendos propinet. Ad exemplum vero Flacci, viginti, [2] aut plures aliquo ſecum in numero ut habeat, aut recenſeat aliquos uti non infimi ſubſellii viros, id vero eſſet corollas capiti ſuo decerpere, & gloriam ſibi pauciſque debitam imminuere plane ac intervertere.

Unde

1 Suet. d. l. 2 V. Satyram 10.

Unde vero anxia illa cura atque cautio, nisi quod optime secum quisque norit, quam curta sibi & bracteata sit supellex, quam tenui filo res suæ pendeant, & quam cereis fere alis fama eorum nitatur: tantum abest, ut ære perenniora fore ingenii sui monumenta bona fide speret, & invidiam meritis superasse se sentiat, uti sol cum medio evectus cœlo nullam umbram infra se videt. Horatio solum, cum paucis aliis, felicitas ista propria & incontaminata fuit, ejusque bonitas erga similes, & omnes, qui licet optimi esse nequibant, optimis tamen quam proxime accedere studebant, erat notissima, nisi quod vitiosos quosdam & obscuros homunciones nominis sui, doctorumque iniquissimos obtrectatores, acerbo, ut merebantur, sale perfricuerit. Ad tantum vero honoris fastigium natura eum pepererat, diligentia exercuerat, & summorum virorum extulerant suffragia. Primam & augustissimam poëtios laudem, sine ulla ambitionis specie, Augustus ei tribuit, cum Vindelicæ victoriæ, divis suis & auspiciis per Tiberium Drusumque partæ, conditique seculi memoriam ab eo peteret sempiternam. [1] Inde adhuc habemus quartum odarum librum, tribus prioribus ex longo intervallo adjectum, non certi satis, utrumne plus in eo auctori ipsi, an Augusti judicio auctoritatique debeamus. Adhæc epodon unum, duos satyrarum, totidemque epistolarum libros, & Artem Poëticam, quamvis tempora quibus scripta & in unum conjecta sint corpus maximam partem ignoremus, nemo facile spernat, nisi qui satyricos sapientis viri sales, & solidam antiquorum philosophiam odio habeat.

[1] V. Suet. d. l.

beat. Certe Flaccus non ſolum digito prætereuntium monſtrabatur Romanæ fidicen lyræ, ſed vel ſermones ejus, multis nunc tam parvi æſtimati, (dum non cogitant in iis vires eum ſuas conſulto extenuaſſe) ab Auguſto, quem jure inter principes doctiſſimum, & inter doctos principem dicas, ſic probati ſuerunt, ut & ipſi iraſceretur, non quod in plerisque ejuſmodi ſcriptis ſecum potiſſimum loqueretur, tantamque de iis haberet opinionem, ut roget numquid vereatur, ne apud poſteros infame eſſet, quod videatur ſibi fuiſſe familiaris. [1] Nec ruſtico quodam pudore, ſtultove a principe optimo frigore, aut neglectu cultus & obſervantiæ ejus, quem nemo non colebat jam & obſervabat, tam parce ad eum & de eo ſcripſit, ſed intelligebat homo ſagaciſſimus, melius quam noſtri ſeculi homines, quam difficile ſit eum bene laudare, quem omnes paſſim uno ore prædicant. Noverat Auguſtum illud ingenium, *Cui male ſi palpere recalcitrat undique tutus.* Itaque unam tantum ad eum epiſtolam dedit, & aliis in locis, quaſi aliud agens, tantam illi laudem tribuit, ut nihil præclarius ſublimiuſque dici poſſit. [2] Sanctior vero Muſarum ſacerdos fuit, & amicus ſincerior & incorruptior, quam ut Mæcenatem ſuum, quanquam mollem delicatumque virum, ſub Malthini nomine perſtrinxerit; &, poſt eum ſuperſtes, ejus oblitus adeo fuerit, ut illi imputandum ſit, quod uno Pedonis Albinovani epicedio, eoque mediocri quidem, morti illius illacrimatum fuiſſe, ſciamus. Honeſtior ejus ſenectus fuit, quam ut eum, cujus toties cum laude meminerat, quem partem animæ ſuæ vocabat, quocum

1 Suet. d. l. 2 V. l. 2 epiſt. 1 & 3 od. 5.

quocum, consentiente quasi astrorum vi, vivere ac mori optabat, ut eum, inquam, apud quem facile omnium amicorum fuerat primus, non primus omnium & omnium quidem maxime deflleverit. Purius apud eum & incorruptius vixerat, quam ut olla jam non amplius fervente, omnis ille studii ardor in lethale frigus fuerit immutatus. Ipsum illud Flacci silentium de obitu Mæcenatis sui, & illa ipsa mors prope conjuncta, tumulusque mox contiguus, ostendant facile, eum ingenti dolore stuporeque confixum, perinde uti minora sidera cum majoribus simul fere occidunt, desiisse. Vel si integer æque ac superstes fuerit, non silentio quodam meditato tot de eo scripta adeo commaculasse censendus est, ut temporum potius injuria carmen illud a reliquo operum corpore fugisse videatur. Sagacior fuit & in virtutis cultu constantior, quam ut cadis cum fæce siccatis fugerit tantum & tacuerit. Longum esset de singulis ejus virtutibus, quæ in scriptis certe relucent, memorare. Virtutes dico, quæ honestum mundi civem, & hominem sibi aliisque commodum reddant ac utilem, quibus & meliora ac sublimiora edoctos in pudorem sæpe dare possit. Quid dicam gratum ejus semper & ubique erga bene de se meritos animum, non ut sic nova quædam aut largiora flagitet, sed ut perspicias plane acquisitis se unice contentum, in iis se vivere, ac serio exultare; cum & inimicis placabilem fuisse fateatur. Mitto nunc sapientissimas ejus voces de spernendis opibus, de felicitate ex iis haud speranda, de justo conscientiæ examine, de seria vitiorum confessione, de emendando expurgandoque animo, de vita ad varias conditiones componenda & reformanda, de assidua

dua mortis meditatione, aliaſque creberrimas ſententias, quibus Flacci philoſophia Chriſtianæ fere parem ſe monſtrat. Quis non miretur, & memoriæ ſuæ mandare cupiat magnam hujus operum partem, in qua juſtitiam incorruptam, invictam animi magnitudinem, parſimoniam, continentiam, religionem in deum, pietatem in parentes, patientiam paupertatis, contemtumque rerum humanarum ſummis effert laudibus, & contra perfidiam, injuſtitiam, metum, prodigalitatem, libidinem, luxuriam, avaritiam, atque omnia fere vitia acerbe carpit, vituperat, exagitat. Dies me deficiat, ſi ſapientiam hujus poëtæ in rebus ipſis inveniendis, ſi mirificum artificium in diſponendis ſingulis, ſi verborum vim atque notiones ad res ipſas exprimendas, ceteraſque virtutes aperiam. Illius autem ſuæ ſapientiæ pulcherrimarumque rerum præcepta iis includit numeris, tanta perfundit gratia, eaque arte animis inſinuat, ut & rebus ipſis & ordine ac ratione prope divina legentes rapiantur. Jactent ſe noſtri ſeculi Stoici quantum velint, ſint beati, ſint ſapientes, contentique vel tribus doctrinæ ſuæ præceptis, & rideant ac exſibilent omnes verborum rerumque certas leges ornatuſque, nunquam tamen evincent, ut non magna laus ſit futura eorum, qui non ad ſterilem humilemque ſcientiam, ſed ad nobilem illam liberaſemque philoſophiæ partem, quæ Poëſis appellatur, ſua ſtudia contulerunt. Nam veteres illos, quibus optimi ac ſummi dei vocem audire, ejuſque ſermone frui ſæpe licuit, homines ſapientiſſimos atque ſanctiſſimos, poëticæ facultatis admodum ſtudioſos fuiſſe, ſuaſque cogitationes non eo, quo quilibet uteretur ſermone, ſed verſibus exponere

voluiſſe

voluiſſe conſtat. Proximum iis dignitatis locum habeat ſibi Horatiana Poëſis, uti in qua ea latent arcana multifariæ ſapientiæ, quæ profanis oculis non patent, quæ rudes animos excolunt, quæ nos ab rerum humilium ſtudio deducunt, quæ ad egregios mores, & ad excellentem magnarum rerum cupiditatem vocant: ſuavitatem vero facile illa inveniat incredibilem, cum vocibus aptiſſime conſtructa ejus oratio, tot, ac tam varias, tam amœnas, tam indelebiles infundit ac relinquit in animis rerum imagines. Ut uno comprehendam verbo (ſentio enim vela contrahenda eſſe) poëſis ejus perfectus quidam numerus eſt, numerus porro ille nihil aliud quam optimarum cogitationum ordo pulcherrimus, ordinis autem principium a Deo fluxit. Ineſt ergo Poëtæ noſtro quædam divinitas, eoque honore ac pretio dignum judicabit, qui ullam pulchri decorique rationem ſibi habuerit reliquam. Hieronym. certe nihil veritus eſt ipſum illud divinum pſalterium partem aliquam Flacco ſuo & Græco Pindaro, cum nunc jambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur, comparare. Sed ſatis, ſatis ipſi laudis commendationiſque acceſſerit, ſi inter profanos poëtas primas teneat, cum vim & elevationem Pindari, gratiam & elegantiam Anacreontis, & quorumvis philoſophorum præcepta facile adimpleverit. Ut vaferrime ſimul ac lepidiſſime caſtigat vitia, deſumtis e media hominum vita exemplis & rationibus! virtutes autem quam ſine faſtu ac faſtidio docet, adeo ut plus animis legentium irrepat, quam ſi aperta fronte eos invaderet! Felicitas quoque ejus ſic curioſa eſt, ut nec in oratoriam illam Juvenalis dicacitatem,

tatem, nec in Perſii obſcuram nimis aſtrictamque brevitatem impingat. Si quis ergo prophanus ſcriptor ſingulari quadam ingenii vi, ſiquis judicii gravitate, ſi quis ſtilo acuendo & vivis rerum ſignis animo formandis laudari debet, Flaccus primum, Flaccus fere ſolum ex omnibus locum per tanta temporum ſpatia non temere incolumis jure ſuo adhuc poſtulabit. Sed uti nihil eſt ab omni parte beatum, & vitiis quoque ſuis ſe natum inſuetumque agnoſcit; ita ut & tot ejus bona, vitiis longe plura, præferre velitis, haud difficulter, ſpero, impetrabit ab iis, quiſemet excutere, & vitia caſtigato pectori non adhærere, didicerunt. Date aliquid ſeculi illius corruptelæ, condonate tantæ caligini, qua gentes tum immerſæ jacebant; unde in rebus non dicam divinis, ſed & naturæ legum obſequio, in caſtitate animi corporiſque ſervanda, 1 multa in Flacco deſideres: nec in Flacco ſolum, ſed & Virgilio, aliiſque cetera optimis viris, qui non fuere tam felices, ut lucem illam divinitus nobis conceſſam intuerentur, ſed pro recta vitæ diſciplina modo Epicureorum diſſolutam vitam, & pro ſana eruditione intolerabilem Stoicorum faſtum modo ſecuti ſunt. Hinc genio indulgere, vino abſtergere curas, cutem bene curare, & in roſis vivere, unice quærere ſæpe videtur. Hinc dum omnia a diis precatur, ingenium ſolum, bonumque animum ſibi excipit, & ſui hæc beneficii agnoſcit 2. In nocte verſabatur miſerrima, cum male forti animo parcum ſe deorum cultorem jactaret, cum timorem deorum ſalſe nimis rideret, cum, contra cujuſcunque religionis principia, miraculorum vim excludens, Judaicam gentem hoc nomine perpetuo inureret ſtigmate 3. Nox incumbebat denſiſſima, cum libidini frænum laxaret tam proterve, ut proinde nondum reſtincto Sodomæ incendio magis ſit addicendus, quam ut quis ad hæc non doleat, horreat, & execretur totum potius Horatium, priuſquam purum caſtumque animum iis verberari, aut ſua in vitia facilitate aut putredine male perire velit. Nos ipſo meridie impingere non decet. Repetamus quidem elegantias, ſupellectilem, & theſauros, quæ Flaccus & alii pagani nobis, ut Iſraelitis olim Ægyptii, abſtulerunt, iiſque nos recreemus, exornemus, & inſtruamus; at ſimul etiam ſtudium hoc noſtrum atque ardor animi juſta cautione non careat, ne auro, ut ajunt, Tholoſano nos locupletemus, aut equo Sejano beatuli circumvectemur, hoc eſt, muneribus nobis noxiis gaudeamus. Cavebimus autem ſi ad ea, quæ peccare doceant rubere & non ridere, nedum in luto ſpurcitiæ pedes diu figere, aut exinde petere, quæ famam aliorum conſpurcent, condiſcamus; & ita Flaccum ea certe & quidem longe maxima parte jure tuebimur, recipiemus, ac imitabimur, qua dum viveret nec Mæcenati, nec Auguſto, neque optimis quibuſque viris unquam potuit diſplicere.

D I X I.

12 JU 62

1 V. Suet. d. l. & Nannius l. 1 c. 2 milc. in vita a ſe reperta legit. *Ad res Venereas intemperantior traditur. Nam in ſpeculato cubiculo ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, ut quocumque reſpexiſſet, ibi ei imago coitus referretur.* V. & Cxl. Rhod. 2 L. 1 epiſt. 18 in f. 3 L. 1 ſat. 5.

* * *

In

In

HORATII FLACCI POEMATA,

Doctißimi & Clarißimi Viri

D. EDUARDI a ZURCK, J. U. D.

Et Harlemenſis Scholæ Rectoris dignißimi,
Commentariis Illuſtrata.

Majorne Flaccus an Maro ſit carmine,
Apollo ſolus judicet.
Uterque ſummus. Hic ſonante buccinâ
Tubâque, quam tot ſeculis
Quis mimus, omne ſi vel intendat latus,
Inflare nunquam quiverit.
Aſt ille plectro maximus, ſeu vis, lyrâ,
(Alcæe, tu ſis arbiter)
Dum quidquid unquam Muſa docuit Græciam
Cantare Pïëridum modô,
Serò in Latinum primus invexit ſolum,
Hac arte ſemper inclytus.
At, docte ZURKI, *quidquid hic acuminis,*
Et quidquid elegantiæ eſt,
Exponis orbi, ceu poëta, cenſor &
Magiſter artis. Rideat
Quicunque Momus, dente rodens livido,
Utramque in aurem dormias
Labore functus, hiſce, dum places, probâ
Qui lance cuncta ponderent.
Quin ipſe Flaccus, ſi reſurgat, tempora
Florente laurô cingeret.

Amicus amico

MELCHIOR LEYDECKER,
S. S. T. D. & P.

In

In

HORATII FLACCI OPERA,

Eruditißimis ac elegantißimis notis illuſtrata

à

Viro Clariſſimo & Doctißimo

D. EDUARDO van ZURCK, J.C.to. &c.

Laus Phœbi & Themidis, Muſarum gloria, Zurcki;
Quem mihi conſtanti fœdere junxit amor.
Quid me deſertas, quid cogis, amice, Camœnas,
Depoſitamque iterum ſollicitare chelyn?
Crede mihi, invitis tentavimus omnia Muſis,
Ut canerem laudes, quâ decet, arte tuas.
Cum pulchrè illuſtres Venuſini ſcripta Poëtæ,
Hactenus obſcuris commaculata notis;
Cum tam difficili tua ſit par dextra labori,
Laudibus eſt impar noſtra Camœna tuis.
Divini vatis cineres gaudete ſepulti,
Quem nunc poſt obitum lux rediviva beat.

Cornelius van Eck, J. U. D. & P.

Eidem.

Facunde ZURCKI, *gloria Palladis,*
Cui plaudit omnis Pïëridum chorus,
Jubente Phœbo, offertque fronti
Ingenuæ meritos honores:
Seu te Maronis vis rapit, impetu
Grandi celebras arma Virumque, qui
Adſertor, & noſtræ ruentis
Præſidium columenque terræ.

Non impudicos ſeu Batavum juvat
Cantare amores, perque elegos leves
Naſonis illuſtres propinquis
Paſſibus aſſequeris Camœnas.
Seu cura dextræ tendere barbiton
Flacci, canoram Pindarico ſono:
Cum temperas, miſceſque dulci
Utile, ſalque jocis honeſtum.
Quas ipſe Flaccus, ſi ſupereſt ſua
Poſt fata ſenſus Manibus, & tibi
Quas mente grates nos & omnis
Poſteritas memori rependent?
Te namque tutus vindice, non feras
Mordacis ævi jam metuit notas,
Sævoſque dentes, reſtitutâ
Vulneribus gravibus medelâ.
Priſcum decorem concilias lyræ,
Cultumque chordis; ut reſonent, tuo
Quæ digna, Mæcenas, favore,
Cæſaris & teneat quod aures.
Cinctum recenti tempora pampino
Vatem tuemur, non maculis togæ
Non fæce pollutum Falerna,
Sed nitido ſine labe vultu.
Jam Lydiæ, jam gratior & Chloës
Hæret lacertis, figit & oſcula,
Sed ore deterſo: probante
Hæc Venere & Charitum corona.

12 JU 62

JOHANNES van DUREN,
Eccleſ. Harlemenſis.

Eidem.

Eidem.

Quod vetus Actæis comœdia risit Athenis,
Quosque sales Satyri non sine dente serunt:
Quod stoa Zenonis, doctisque Epicurus in hortis,
Chrysippus quod cum Crantore cunque docent:
Vexavit mira numerosus Horatius arte,
Stultorum ridens somnia vana sophûm.
Cedat Aristophanes, Cratinus, & Eupolis, atque
Qui sale Romanam perfricuere togam.
Quin etiam doctum tornat formatque poëtam,
Qui possit colles scandere, Phœbe, tuos:
Hic canit & Lydes, teneros & Phyllidis ignes,
Tum Galatea tuos, Lydia sive tuos.
Præterea citharam rebus gravioribus implet,
Dum canit Heroum maxima facta Ducum.
Augusti laudes, & Mecænatis honores,
Et Drusi, lyricis lusit & ille modis.
Cum fremitu, ut celsis decurrens montibus amnis,
Fervet, & immenso Pindarus ore ruit:
At mage sublimis majori tollitur aura
Ille Venusinus non moriturus olor.
Et sapere, & fari recte hoc, hoc disce magistro,
Quisquis amas sophien, dicere quisquis amas.
Hujus tu scandes, Zurcki *clarissime, pennis,*
Ut ferias docto vertice summa poli.
Si revocare gradum, superas evadere ad auras,
Si virga posset Flaccus Atlantiadæ:
Hic tibi Phœbæas decerperet undique frondes,
Necteret ut capiti laurea serta tuo.
Hic citharam digitis, hic pollice tensa feriret
Barbita: sic grates solveret ipse tibi.

Joh. Lometer, Ecclesiæ Zutphanienſis Pastor, humaniorum literarum in Illustri Schola Prof.

Eidem.

Eidem.

Adeste Vates nobiles, qui Principum
Regumque laudes scribitis;
Horumque nomen, ad Deos & sidera,
Fama lyraque tollitis.
Hic vester ille Zurckius, *qui, carmine*
Nuper venusto, Martiam
Classem, Batâvis viribus, victam canit;
Gallique fractos impetus.
His Ille vatis inclyti vestigia,
Haud impari, premit grada,
Et alterum, divinitus vobis datum,
Ostendit esse Amphiona.
Mox impigro versat labore maximum
Flaccum, Virumque pristino
Reddit nitori, singulis usus locis
Lima sua feliciter.
Nunc ite, Vates optimi, & contendite,
Num Cynthio plus debeat
(Litem hanc enim non est meum componere)
An Zurckio *plus Cynthius?*

C. van HOUTEN
Phil. Doctor.

Eidem.

Pindaricas quicunque fides, aut vatis Horatii,
Scrutatur attentus Lyram;
Carmina difficili videt indaganda labore,
Et mille per molestias
Extricanda suis, queîs sunt immersa tenebris,
Ut mens Poëtæ clareat.

Hinc

Hinc meritò doctos ea torsit cura recentis,
Quin & prioris seculi,
Ut rectè explicitum, demptâ caligine, Flaccum
Vero nitori redderent:
Hos sequitur, medicamque manum Vati admovet, ipse
Apollinis choro sacer
Zurkius, *ingeniique sui monumenta recludit,*
Doctis ut ornet hunc notis.
Quis dubitat? Flacci Manes si talia nôrint,
Interpretem quin optimum,
Egregiamque Viri laudem, & memorabile nomen
Æternitati consecrent.

ADR. REELAND,
Phil: Candid.

Eidem.

Divino feriens Lyricorum carmine Princeps
Vertice sublimi rutilantia sidera prodit,
Ecce, novus, crassâ tandem caligine pulsâ,
Plurima quem, præter præstantia scripta virorum,
ZURKIUS *ingenio tersit, donavit & arte;*
Qui nihil intactum liquit, qui cuncta revolvit,
Abdita quæ referant tam celsi, tamque profundi
Vatis, quæ veteres clari cumulare diurna
Nocturnave manu potuerunt, quæque novorum
Docta cohors. Quicquid Dacierius atque Peraltus
Doctrinâ insignes, quos summos Gallia jactat,
Ingenioque alii solertes, arte potentes
Lumine Phœbeo scripserunt, ponderat æquus;
Laudibus extollens laudes quodcunque meretur:

Nec,

Nec, vero ſi qui deflectant tramite, parcens.
Candidus impertit nobis, quod rectius ipſe
Novit, quod Latium ſcrutanti, aut obtulit Hellas.
Explicat intortos ſenſus, dum plurima luſtrat
Fontibus è Grajis; aut altis merſa tenebris
Eruit, antiqui quæ conſcripſere Latini.
Hoc duce, quot reſtant obſcura aut abdita rerum,
Abſtruſoſque datur verborum ſcire receſſus.
Hoc duce, doctorum turbæ fas tramite recto
Tendere ad aſtra, datur pariter juvenilibus annis.
Summotâ jam nube patent, quæ maximus olim
Compoſuit Flaccus: nunc, quæ celaſſe vetuſtas
Invida gaudebat, dias Hic mittit in auras.
O bene! quod per Te florent Harlemia teſqua,
Muſageta, tuo ducat ſub pollice vultum
Invigilans ſtudiis SPARNÆ *generoſa juventus.*
Vive diu, magnum Tu Palladis incrementum.
Sic Tibi creſcit honos. Latium tua fama per orbem
Spargitur, & laudes non livida proteret ætas,
Zoïlus haud carpet. Vives, dum ſidera cœlum
Suſtinet, invidiâ major. Tibi baccare frontem
Cinxit Apollo favens: doctorum Teque caterva
Suſpicit, & ſcriptis juvat impalleſcere doctis.
Scrinia quæ pandunt tam docti, tamque diſerti
Pectoris, haud ullis quæ diſplicuiſſe peritis
Poſſunt. Sic pergas magnos diffundere rivos
Ingenii, & lætos ſtudiorum promere fructus.
Auſpice Te, ſine ſine rotâ ſingenda juventus
Pythagoræ diſcat ſurgentem limite dextro
Callem. Te multos HARLEMUM *gaudeat annos.*

12 III 62

Stridente ſtipulâ cecinit

J. STORM.

Q. HOR.

Q. HOR. FLACCI CARMINUM.

LIBER PRIMUS.

ODE PRIMA.

MÆCENAS atavis edite regibus [1],
O & præsidium [2], *& dulce decus meum;*
Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat [3]: *metaque fervidis*
Evitata rotis [4], *palmaque nobilis* [5]

1 QUidam, ait V. Cl. Dacierius hic texunt seriem regum Etruscorum, & inde arcessunt Mæcenatis genus: sed vere & cum ratione id fieri, negat. Certe *Regum*, *reginarumque* nomina pro potentibus & illustribus ubique legas. Hor. l. 1 ep. 7 v. 37 de ipso Mæcenate, *rexque paterque Audisti coram:* & ep. 17 v. 37 *coram rege suo de paupertate loquentes Plus poscente ferent.* & Ter. in Eun. ibique Don. *Porro Eunuchum dixti velle te, quia solæ his utuntur regiæ, repperi.* At cum od. 29 l. 3 de eodem referat, *Tyrrhena regum progenies*, & Prop. l. 3. el. 7. Mæcenas *eques Etrusco de sanguine regum*, & Mart. l. 12 epigr. 4. Mæcenas *atavis regibus ortus eques*, non video ut in genere ejus regio disputari adhuc possit. Rudis vero censura est in Menagianis (ut Rodelli morsus taceam) cum ab errore Dacierii commentarium inchoari notatur, & laus viri vel solo illo opere immortalis, tacetur. 2 Mæcenas, notum eruditis id temporis nomen. Experti eum sunt Virg. Propert. aliique. Per eum vero Horatius, Brutum secutus, Augusto sic conciliatus est, ut & ad hujus *mensam regiam* vocaretur, Suet. in vita Horatii. Od. 7 l. 2. 3 Origo ludorum Olympicorum tam antiqua, ut Pausanias ad primam hominum ætatem eos referat, addens Jovem cum Saturno in iis lucta, Curetas vero primos ibi cursu certasse; Unde jure conficias, Cretensibus eos deberi. Sed horum potentia finita, sero post Minoem, hic agon, ante annuus, in Elidem translatus, & triennalis, demumque quinquennalis factus videtur. 4 Ad currum circum metam duodecies agendum, ut Pind. notat, summa cautione opus erat. Nestor in Il. λ Antilochum, Amphitruo in Theocr. Herculem filium sollicite id docent. 5 Hic, & non vers. seq. punctum vult eruditorum princeps Grævius in literis ad me datis. Quinam enim, inquit, illi terrarum domini, nisi Romani? Certe Olympionicas Pindarus nusquam sic appellat, licet maximos eorum recenseat honores, eosque *reliquam vitam mellitam agere* dicat, Olymp. a init. Huc usque ergo Hor. primum genus hominum, Græ-

Terrarum dominos evehit ad Deos [6].
Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus [7]:
Illum, si proprio condidit horreo
Quidquid de Libycis verritur areïs:
Gaudentem [8] *patrios findere sarculo*
Agros: Attalicis conditionibus [9]
Nunquam dimoveas, ut trabe Cypria [10]

Myr-

corum se. studia, recensеat, sequentibus mox studiis Romanorum. Sed licet d. V. Cl. Rutgersium idem notasse mihi retulerit, codicis alicujus fidem exspecto, ut quid mutare ausim. 6 V. Cl. Dacier punctum hic omnino vult: ut constr. sit, *palmaque nobilis evehit ad deos dominos terrarum.* Nam & Cicero pro Flacco Olympicos honores ipsis Rom. triumphis præfert. At hic, inquit, recepta priori distinctione, Olympicos honores *juvare* tantum dicat, Romanos vero magistratus, vel triumphos, ad deos tollere. Ultra distinctio defensores suos habeat, certe Horatius proinde non meruit vapulare Peralto, ceu perplexus & obscurus poëta, & ita cum quibusvis aliis infra hodiernos dejiciendus. An Horatio soli alieni quid accidit, cum in variantes hominum sententias incidit? Sed nihil est quod male interpretando non possit depravari. Quicquid Peraltus moliatur, ut & linguæ Gallicæ dominium astruat; qui tamen cerebrum in calcaneo non gestant, omissis fontibus rivulos non consectantur. 7 Quidam per *tergeminos honores* intelligunt ædilitatem, prætu-ram, consulatum, tres amplissimas dignitates. Alii sex intelligunt, quæsturam, tribunatum plebis, ædilitatem, prætu-ram, consulatum, censuram. Sed *tergeminus*, *septemgeminus*, pro valde amplis sæpe usurpantur. Pro *mobilium* al. l. *nobilium*. 8 Per *hunc* exhibuit hominem ambitiose summos honores quærentem: per *illum* intelligit divitem civem & avarum, qui nihil aliud cupit, quam ditescere ex mercatura frumenti Africæ, neque tamen ulli periculo se vult exponere. Denique per *gaudentem* depingit hominem vitæ rusticæ otiique amantem, qui dignitates divitiasque non curans, unice delectatur cultura agri sui. Itaque tria hæc hominum genera mare navigare nolint: si vel Attali divitias eis proponas. 9 *Attal condit.* a Rom. datis Attalo, dum Asiam *ditissimam atque amœnissimam partem terrarum orbis* ipsi dederunt. Val. Max. l. 4 c. 8. Quin *Attalica* pro amplissimis in proverb. abiere. Fecerat etiam Attalus populum Romanum heredem. *Conditio* ergo pro divitiis; alias sæpe pro matrimonio sumitur. *Quærere conditionem filiæ*, pro collocare in matrimonium. 10 Jan. Parrhas. *longam navem*, rostratam firmamque & æneam explicat; nam & *Cypros* ærosa dicta est, & mercatura fuit nobilis. *Nisi trabarias naves* velit. Isid. *Trabariæ amnicæ naves, quæ ex singulis trabibus cavantur, quæ alio nomine litterariæ dicuntur. Hinc* Virg. 3 Æn. *Vastumque cava trabe currimus æquor.* Peraltus Horatio, & op-

Myrtoum pavidus nauta ſecet mare [11].
Luctantem Icariis fluctibus [12] *Africum* [13]
Mercator metuens, otium, & oppidi
Laudat rura ſui: mox reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.
Eſt, qui nec veteris pocula Maßici [14],
Nec partem ſolido demere de die [15]
Spernit [16], *nunc viridi membra ſub arbuto*
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ [17].
Multos caſtra juvant, & lituo tubæ [18]
Permiſtus ſonitus, bellaque matribus [19]
Deteſtata; manet ſub Jove frigido
Venator [20] *teneræ* [21] *conjugis immemor:*

timis quibuſque ſcriptoribus perperam hic inſultat: abreptus, ni fallor, nimio propagandæ linguæ Gallicæ ſtudio. 11 *Myrtoum mare*, ab inſula quæ hod. *Mandria*, olim *Myrtos* dicta. Partem facit Ægæi maris, rupibus periculoſi. *Pavidus nauta*, ſcil. factus, qui & mox *mercator* dicitur. 12 Mare Icarium etiam Ægæi maris pars eſt, prope Samum. Poëtæ Icarum alte nimis volantem ibi merſum ferunt, & exin mare ita denominatum. Sed certum ab inſula cognomine ſic dictum. *Icauros* Phœnicum lingua, eſt *inſula piſcium*. ἰχθυόεσσα eſt iſcoſa. Hod. *Mar di Nicaria*. V. Bochart. 13 *Africum* Gr. λιβς, & νοτοζέφυρος, *Zuyd weſte-wind*. Virg. *Creberque procellis Africus*, & Horat. *Præcipitem Africum* dixit. 14 Valde probatur vinum Maſſicum, nunc *Maſſacano*. Naſcitur in monte Campaniæ, qui nunc *Monte-Marſo*. 15 *Dies ſolidus* eſt totus dies. Senſus eſt, partem ſeu dimidium dici bibendo conſumit. Ut Catull. 48. *Vos conivia lauta ſumtuoſe De die facitis*. Veteres enim de die panem ſiccum comedere, βρεχίζειν, *guſtare* aliquid ſolebant. Sed *labente die* edebant. *Bucca*, *Buccea*, fruſtum panis. *Buccellarii* pro paraſitis, qui mane divitum jentacula quærebant. V. epod. 13 n. 6 16 Pro appetit. Λιμὸλης, ſeu *deminutio*, cuivis ſcriptori uſitata. 17 *Caput aquæ*, eſt *oſtium*, idque dicit *ſacrum*: nam origines fontium & aquarum ſacratæ erant, liſque aræ, templa, ſilvæ dicata. V. od. 15 l. 3 Ovid. met. 1. v. 275. 18 *Lituus* erat equitatus, acutique; *Tuba* peditatus, graviſque ſoni inſtrumentum. Illud incurvum, hoc rectum. 19 *Matris* nomen dignitatis eſt, uti & *Patris*: idque non ſolum e claſſicis ſcriptoribus, ſed & corpore juris civilis, conſtat. Juveniliter ergo ridet Peraltus Virgilium, quod Æneam *Patrem* ſæpe vocat. Sed Gallica levitas omnia ex hodiernis moribus pro mobilitate ſua tantum æſtimat; & hi ſe primos eſſe omnium cupiunt, nec ſunt tamen. 20 *Manere ſub Jo-*

Seu viſa eſt catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marſus aper [22] *plagas.*
Me doctarum hederæ præmia frontium [23]
Dis miſcent ſuperis [24]*: me gelidum nemus* [25],
Nympharumque leves cum Satyris chori [26]
Secernunt populo [27]*: ſi neque tibias*
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia [28]
Lesboum refugit tendere barbiton [29].
Quod ſi me lyricis vatibus inſeris [30],

Subli-

ve eſt pernoctare ſub dio. Suet. in Cæſ. *apud aliquem ex amicis manſit.* Inde *pervigilia* in honorem deorum *emanſiones* dicebantur. Inſcriptio, *Manſiones Saliorum Palatinorum*, erant loca ubi Salii nocte cubabant. P. 198, 33. 21 Juvenculæ. 22 *Marſi*, Sabinis vicini, ubi frequens venatio. De canum fide p. 182, 4. 23 Poëtæ ex hedera coronam habuere: nam Muſæ & Bacchus ea coronati. Varro. 24 Beatos faciunt, ἀγχιθέας, ἰσοθέας, *qui proxime ad deos accedunt, æquales diis.* Horatius ſuæ ſibi conſcius artis ac famæ, liberius ſibi applaudit: ſed quid vetat, quo minus decenter Mæcenati, ſibi ſatis familiari, probatum mox ſevelit, ſperetque? Peraltus ingratus erga antiquos eſſe mavult, quam ſuorum cum invidia illis præ ſuis juſtam laudem relinquere. Hoc negotii cum credidit ſibi dari, miror quod non plura in Horatio notet: cum nihil magis in proclivi ſit, quam reprehendere. 25 Luſus hîc eſt ſane poëticus. Nam dum deambulat, aut meditatur, videtur ſibi in medio Nympharum & Satyrorum verſari. *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes*, epiſt. 2 l. 2 v. 77. 26 Satyri, ruſtica numina, ſaltantes exhibentur. Virg. ecl. 5. *Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.* Ita creduli Eſaiæ c. 13 v. 21 *piloſos illos* accipiunt. Superiore parte hominem, inferiore hircum referebant, niſi quod in fronte duo eſſent cornua. *Satyri* profundæ & myſticæ ſapientiæ fingebantur, eoque & juxta fædiſſimos Gratiæ, Amores, & Venus pinguntur. Quid quod ſculptores Athenienſium ſtatuas Satyrorum cavas faciebant, ut apertæ, Venerem, Gratias, Amores, ſimileſque divinitates repræſentarent. Nihil ergo ſibi commune eſſe vult cum populo, ob furorem illum poëticum. Od. 19 l. 2. *Quo me, Bacche, rapis tui plenum. Euterpe* cum tibia, ſed non ita *Polyhymnia* cum barbito leguntur. Ergo communiter omnes Muſas intellige. 29 *Barbiton* quaſi Βαρύμιτον, ex craſſis funibus tenſum: nam inteſtinis ſiccatis tortiſque nondum repertis, ex lino nervi inſtrumentorum Muſicorum fiebant. *Lesboüm* dicitur, ob Alcæum, qui Lesbius civis, primus eo luſit. v. od. 32. 30 Accenſeri vult a Mæcenate, qui ipſi unus eſt inſtar omnium, novem lyricis Græcis. Latini enim tum nondum erant. Od. 30 l. 3. Uti vix ſerio Peraltum cenſuram in hunc aliaque loca egiſſe credas, ita ſomniaſſe dicas, qui Horatium ſibi, aut ſtatuæ

Sublimi feriam ſidera vertice 31.

ſuæ locum in Bibliotheca Mæcenatiana petere hic referunt. 31 Al. l. *Sublimis.* Audacter Prop. 1, 8. *Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis.* Theocr. ἐς οὐρανὸν ἄμμιν ἐλεύσομαι, *Exſiliam in cœlum.* Alius geſtum iſtum licenter vocat Ἀεροβατεῖν καὶ περιφρονεῖν τὸν ἥλιον.

Od. II. Ad Augustum Cæsarem.

Hæc ode, cui in MSS. tit. *In mortem C. Cæſaris*, non eſt compoſita mox a morte Cæſaris: Auguſto enim *Principis* & *Patris* nomen hîc tribuit, quod iſti tempori ac ætati non convenit. Edidit ergo Horatius hanc oden, tanquam vere illo tempore eſſet ſcripta, ut ex animo Auguſti deleret omnem memoriam, quod Brutum eſſet ſecutus. Idque partem aliquam per prophetiam inverſam. Hæc id temporis in uſu, poſt jure eſt exploſa. V. od. 15. & Tan. Fabri epiſt. l. 2 epiſt. 48.

Jam ſatis terris nivis, atque diræ
Grandinis miſit pater 1 *: & rubente*
Dextera 2 *ſacras jaculatus arces*
Terruit urbem 3.
Terruit gentes 4, *grave ne rediret* 5
Seculum Pyrrhæ 6 *nova monſtra queſtæ*,
Omne cum Proteus 7 *pecus egit altos*

1 Veteres *petroſam grandinem*, nive plerumque mixtam, tanquam ab iratis Diis immiſſam, & curatiſſimis cærimoniis expiandam, credidere, eamque *lapides* dixere, eoque *Novemdialia feſta* habuere. Feſtus. *Dira grando*, quaſi quæ venit a deorum ira. Nota, ut ſtuporem ob hæc prodigia lento, & ex diſyllabis compoſito verſu poëta deſignat. Ita & Virg. *Apparent vari nantes in gurgite vaſto:* & *Procumbit humi bos.* τὸ *Satis* autem hic non pro ſufficienti, ſed pro pari & æquo ponitur. Fruter. l. 3 conject. c. 9. 2 Jupiter, deus fulminator, rubra & ſanguinea fulmina mittit, quæ dicuntur *manubiæ*; a *manu* & *vi*, ſeu *flæ*. V. Nann. miſc. l. 3 c. 3. 3 *Capitolium arx ne magnis quidem exercitibus expugnabilis*, ut Tac. ait; Hîc pignora imperii, Jovis aliorumque templa. Proverb. *ſalva urbe, atque arce.* Expreſſit hoc Horat. *Incolumi Jove, & urbe Roma.* 4 Optimi auctores *Gentes* & *civitates* opponunt. 5 *Terruit gentes ne rediret*, pro ita *terruit gentes, ut timerent, ne.* Locutio Græcanica, uti tota lingua Latina eſt. An, quod Peraltus hic ludens velit, Dacierio vitioſa hæc expreſſio viſa eſt; an vero e divite Græcorum ſenſu hanc & infinitas alias phraſes vir ille explicat? ſi Peraltus hoc Latinis ſcriptoribus vitio vertat, quid fiet de ſuis, & tota lingua ſua, e tot aliis conflata? 6 *Pyrrha* filia Epimethei & Pandoræ, uxor Deucalionis, ſub quo diluvium in Theſſalia accidit. 7 *Proteus* pa-

Viſere montes [8]:
Piſcium & ſumma genus hæſit ulmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis [9],
Et ſuperjecto pavidæ natarunt
Æquore damæ [10].
Vidimus flavum Tiberim [11], *retortis*
Littore Etruſco violenter undis [12],
Ire dejectum monumenta regis,
Templaque Veſtæ [13]:
Iliæ [14] *dum ſe nimium querenti*
Jactat ultorem [15]: *vagus & ſiniſtra*
Labitur [16] *ripa*, *Jove non probante* [17],

Uxor-

ſtor monſtrorum maritimorum. Theocr. καὶ λέγε Μίλων Ὡς Πρωτεὺς φώκας καὶ θεὸς ὢν ἔμενε. Sub Proteo quoque Moſen, qui diu paſtoralem vitam egit, latere, cenſet illuſt. Huet. Nam gentes, & poëtas maxime, alia pro aliis ſubjeciſſe, notum. In f. l. 1 ep. 1 v. 90. 8 I. e. ut & Proteus littus non invenerit, ſed phocas ſuas eduxerit ad viſendos altos montes. 9 Quid attinet de ſede columbarum hic quærere, cum Suet. in Aug. c. 94 in palma Cæſaris nidificaſſe eas narret, & turtures aliaſque columbas in arboribus habitare, notum. Quin multis locis planum facit Bochart quid ſit in Pſalmi 56 titulo, *columba arborum*, ſeu *nemorum remotorum*. Scaligeri ergo & ex eo Peralti cenſura ſic ſatis expuncta eſt: nec quod & hic de longo ſyrmate queritur, Poëtæ noſtro convenit. Nonne ſatis eſt ſi hoc nomine Homeromaſtix impune eſſe poſſit? V. Art. poet. v. 29. 10 Serv. in Virg. *damas* maſc. gen. uſurpari, probat, & Horatium tangit quod *Pavidas damas* dixerit. At Virgilio maſculina terminatio gratam variationem præbet: Horatium vero feminini convenientia magis hic decet. Aurium judicium hic adhibendum. 11 *Tiberis Flavus*, *cæruleus*, & ξανθὸς pro pulchro vulgo ſumitur. Epitheton hoc datum videtur ob colorem rubellum, quem turbatus jam & ſabulo mixtus, & exundans referebat. 12 *Littus Etruſcum* eſt ripa fluminis Etruriam verſus, ad dextram fluminis, quod in mare excurrit. Tiberis ergo plenus ab Etruſco littore agitatus fuit ad alteram, ſeu ſiniſtram, depreſſiorem ripam, & ita Romam verſus Noto impellebatur. 13 Numæ regis palatium, templo Veſtæ contiguum, erat ad ſiniſtram ripæ Tiberis. 14 *Ilia* uxor Martis, mater Romuli fuit: Horat. & Claudianus eam Tiberis uxorem faciunt, alii fluminis Anienis. Cauſa diverſitatis, quod Ilia juſſu Amulii in alterutrum flumen merſa ſit. 15 *Nimium* rectius jungas cum *ultorem*. Querentem dicit Iliam, quod Cæſar, progenies ſua, tam immaniter eſſet necatus. 16 *Labi* lentum motum notat. At qui hoc pleno flumini, & a Noto agitato, convenit? ſed hoc artis eſt. Vult Tiberim ob tantam cædem magis ulto-

Uxorius amnis [18].
Audiet cives acuiſſe ferrum [19],
Quo graves Perſæ [20] *melius perirent:*
Audiet pugnas vitio parentum
Rara juventus [21].
Quem vocet Divum populus ruentis
Imperi rebus [22]*? prece qua fatigent*
Virgines ſanctæ [23] *minus audientem*
Carmina Veſtam [24]*?*
Cui dabit partes ſcelus expiandi
Jupiter? tandem venias precamur
Nube candentes humeros amictus [25]
Augur Apollo [26].
Sive tu mavis Erycina ridens [27],

rum eſſe debere, & vehementius exundare. 17 Quia tam parvus deus, uti Tiberis, ultionem aggrederetur, idque in gratiam Iliæ; cum hæc vindicta Auguſto eſſet reſervata. V. Suet. Aug. c. 10, 29. 18 *U* in *uxorius* abſorbetur ob priorem vocalem. Ita l. quid. cod. l. 3 od. 2 *Incontaminatis*, & od. 27 *Elidere collum. Uxorius*, uxori indulgens nimis. 19 Locutus eſt de grandine, fulmine, exundatione, & proſequitur per bella civilia, quæ ante & poſt mortem Cæſaris fuerunt. V. Appian. l. 4 Dio. l. 47. 20 Parthi, ſub quibus & Perſas ſæpe comprehendit, jam erant Rom. terribiles, ob Craſſianam cladem. 21 *Rara* ſc. facta. Od. 1. *Pavidus nauta* ſc. factus. 22 *Rebus* in dandi caſu. 23 Veſtales, ob votum & caſtitatem *ſanctæ*. Hæc ignem perpetuum, ut pignus imperii, ſervabant. V. l. 1 Sat. 5 v. 100. 24 Quia Cæſar, cum occideretur, erat Pontifex Maximus. 25 Solent Dii nubibus tecti hominibus manifeſtari, uti apud Homerum & Virgil. frequenter patet. Idque ad imitationem tremendæ Dei majeſtatis, ita nobis in S. S. literis deſcriptæ, ſic effictum. Horatius forte reflectit ad hiſtoriam, quam Dio & Plutarchus narrant, ſolem ſcil. obſcuratum fuiſſe poſt necem Cæſaris, & toto anno radios non potuiſſe penetrare nubes, quibus ſol obductus erat. Virg. 1 Georg. v. 466. 26 Quem credebant patrem Auguſti, & Cæſarem per Trojanos ab eo deſcendiſſe. Nota, licet Apollo creditus ſit auctor ac conditor Trojæ, ejuſque juſſu favoreque, uti & auguriis ac vaticiniis Trojani in Italiam venerint, eum tamen tempore regum Romanis fuiſſe incognitum. 27 *Erycina Venus* ſeu parva ejus imaguncula ab Æneа in Italiam advecta fertur. Ad hanc Venerem, matrem Æneæ, unde Cæſar venit, poeta decurrit. Nam & Cæſaris teſſera fuerat, *Genitrix Venus*. *Eryx* mons & urbs Siciliæ fuit, in quo templum Veneris, & in quo Siculi & peregrini devovebant multas feminas, quæ ex turpi ſua pro-

Quam Jocus circumvolat, & Cupido [28]:
Sive neglectum genus, & nepotes
Respicis auctor [29],
Heu nimis longo satiate ludo [30]!
Quem juvat clamor, galeæque leves,
Acer & Marsi [31] *peditis cruentum*
Vultus in hostem.
Sive mutata juvenem figura [32],
Ales [33] *in terris imitaris, almæ*
Filius Majæ [34], *patiens vocari*
Cæsaris ultor [35]:
Serus in cœlum redeas [36] *diuque*
Lætus interfis populo Quirini [37]:

Neve

stitutione thesaurum hujus Deæ valde ditebant. *Ridens* dicitur Venus, ut quæ amat risum. 28 *Amor* & *Cupido*, ἔρως & ἵμερος, differunt apud antiquos. Ille moderatus & suavis, hic vero vehemens est. Afranius in comœdia *Neraria* dicta, *Alius est Amor, alius est Cupido; amant sapientes, cupiunt cæteri.* 29 Tandem ad Martem Romuli patrem Romanorumque auctorem se vertit. Deorum *respicere*, favorem notat & defensionem, uti *aversiones* eorum, iram. Inde Mercurius *Malevolus* dictus, quod Romæ duas haberet statuas in locis mercatorum, sic collocatas, ut nullam tabernam respicerent. 30 Martem alloquitur. *Longum ludum* vocat bellum civile Cæsarem inter & Pompejum. *Bellum* & *leves* seu politæ galeæ Marti ludus jocusque sunt. 31 Fide ant. codd. reposui *Marsi* pro *Mauri*. Illi enim optimus Romanorum peditatus erant: Virgil. *Hinc genus acre virum Marsos &c.* De Mauris nihil simile, nisi in vultu. Et quod Torrentius hic putat respici ad historiam Jubæ, cujus exercitus Cæsarianos primo aspectu terruit, incredibile est, & nequicquam tam ingrata revolverit Horatius. De quo Suet. Jul. c. 66. 32 Persuadere vult Romanis Augustum haud alium esse, quam Mercurium (Promachum etiam dictum) ut qui ejus formam assumserit, Cæsarisque ultor esset. *Juvenis*, & νέος Augustus dictus, cum jam talis non esset. Tempus suscepti imperii, cum XIX annorum juvenis esset, huc nihil pertinet. 33 Ab alis, quibus pedes & pileolus erant instructi. 34 *Mercurius* Jovis filius & *Almæ Majæ* i. e. *Sanctæ, castæ*; ita Bochart hanc vocem Punicam facit, & *Virginem abditam* significare ait. Nota hîc, deos humanam induere quoque naturam, gentibus creditum. V. Huet. Alnet. quæst. l. 2 c. 13. 35 Suet. in Aug. 10. *Nihil convenientius ducens quam mortem avunculi vindicare. Vocari* pro esse, ad imitationem Græcam. 36 Mercurius e cœlis descendens eodem redire debebat. Sed & hoc ad Augustum refertur, qui vivus divinos honores accepit, cum Cæsar post mortem demum consecratus est. 37 P. R. *Quirinus* dictus, causa

Neve te noſtris vitiis iniquum
Ocyor aura
Tollat [38] *: hic magnos potius triumphos* [39],
Hic ames dici pater [40] *atque princeps* [41] ;
Neu ſinas Medos [42] *equitare* [43] *inultos* [44]
Te duce, Cæſar.

Martis & Romuli, qui id nomen habuere a populo Sabinorum, quos Curites vocabant. Ita V. Cl. Dacier. 38 Q. D. Auguſtus eſt Deus, metuendum ergo ne *alis* ab aura ocyus ſuſtollatur, averſus ab hominibus vitiis contaminatis : uti Deos primum feciſſe, narrat Heſiod. 39 Hic Romæ *magnos triumphos* ſcil. accipe. Tres magnos *curules*, & duos minores, *ovationes* dictos egit. Suet. c. 22. 40 Serius narratur *Patris Patriæ* nomen Auguſto datum, quam Horatius vixit. Sed quis credat hoc nomen, Auguſto tam gratum, tamdiu dilatum a populo, cum & *Deum* appellarent, araſque ei exſtruerent ? in faſtis ergo conſularibus fons erroris eſt : quod bis, & ſatis longo intervallo Valerius Meſſala cum Auguſto Coſ. ibi legatur. Suet. c. 58. 41 Auguſtus nomen *Principis* cepit ſexto ſuo conſulatu, annos agens XXXV. 42 Intelligit Parthos, quos ſupra *Perſas* dixit : Cauſa, quod tria hæc imperia inter ſe confuſa fuerint. Perſæ ſubegerunt Medos, & Parthi poſt Perſas ſibi ſubjecerunt. 43 Perſarum Parthorumque robur in equitatu. 44 Ob cladem Craſſi, Charris illatam. Od. 19.

OD. III. AD VIRGILIUM, SEU POTIUS NAVEM QUA VEHEBATUR.

Hæc ode, ſingularis in Virgilium amoris argumentum, facta a. æt. Horatii XLVII, cum Virgilius, quinquennio major, Athenas peteret, ut ibi ultimam manum imponeret Æneidi ſuæ.

Sic [1] *te diva potens Cypri* [2],
Sic fratres Helenæ [3], *lucida* [4] *ſidera*, *Ven-*

1 *Sic*, vox ſacrata votis & adjurationibus, ut & Græcum ὅτως. Horatius hîc morem Græcorum ſequitur, qui nihil ſolent rogare, niſi præviis votis. Ita & vett. in S. S. Vet. cod. 2 Regina Cypri, ut infra Diana, *potens ſylvarum*. *Cyprus* inſula maris mediterranei ultima ad orientem, ſic dicta a flore Cypro, Hebr. *copher*, ibi copioſe naſcenti. Erat hæc inſ. Veneri ſacra. Venus autem navigantibus adorata, quod ejus ſtella eſſet iis utiliſſima : nam pyxide nautica nondum inventa, ad ſidera quædam curſum dirigebant. Niſi forte Venus in prora puppive eſſet picta ut tutelaris dea. 3 Veteres vagos in aëre ignes honorabant nomine aſtrorum Caſtoris & Pollucis, credebantque ſi uno eodemque tempore ſimul apparerent, mare fore placidum, contra, ſi unum tantum : Plin. l. 2 c. 37 *Caſtorum ſtellas cum ſimul videntur, ſalutares credi ; cum ſolitariæ, graves & noxias*. Majoribus noſtris Batavis hos deos ut σωτῆρας cultos fuiſſe, apparet ex nautico illo *jemini* pro *gemini*. 4 I. e. Salutaria. *Lux, lucidum*, Latinis Græciſque ſæpe pro

Ventorumque regat pater [5],
Obſtrictis aliis [6], *præter Iapyga* [7].
Navis [8], *quæ tibi creditum*
Debes Virgilium, finibus Atticis [9]
Reddas incolumem precor [10],
Et ſerves animæ dimidium meæ [11].
Illi robur, & æs triplex [12]
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus [13], *nec timuit præcipitem Africum*

Decer-

ſalutari. 5 Æolus, qui magnus aſtrologus ventos obſervabat prædicebatque ex motu nubium fumique ex Vulcania inſula venientis. Ulyſſes magno ſuo bono in itinere conſulebat eum, didicitque ventos quibus porro deberet uti. Homerus veram hanc hiſtoriam involvit fabulæ; fingit enim eum regem inſularum Æolicarum, qui ventos in antris tenebat, & certo quodam die omnes incluſos utre, præter Zephyrum, donaſſe Ulyſſi. Phœnicum linguâ *Aol* eſt *tempeſtas*, unde Græca vox ἀέλλα *turbo, procella.* Bochart. 6 Mur. l. *Obſtructis.* Alludit ad dictam Homeri fabulam, cum de Æolo dicit καὶ ἔδησε, *obſtrinxit, ligavit* in utre ventos. 7 *Japyx*, Corus vel Caurus, navigaturis ex Italia in Græciam aut Ægyptum in ſerviens, & plane ſecundus uſque ad Peloponneſum. Ita Cleopatra poſt pugnam Actiacam fugit ex Epiro Alexandriam. *Japyx* al. ventus velox. Barth. e gloſ. ined. l. 28 adv. 19. 8 Navem tanquam bonæ fidei debitorem alloquitur. Similem ex Callimacho locum huc ſparſit ex Annæ Tanaquillæ Fabri obſervatione v. cl. Dacierius, Ὦ νᾶυς ἢ τὸ ἐμὸν φέρῃς ἔτι καὶς τὸ γλυκὺ τῆς ζωῆς Ἀρπάξασα, πολὺ ζώειν ἐκνεῦμαι λιμενοσκόπε. *Navis, quæ avehis mihi lucem meam*, (amicam) *& vitæ delicias, per Jovem portus præſidem precor, &c.* 9 Dixi in argum. 10 Notanda ex jure depoſiti grata illa reciproca verba, *Creditum, debes; reddas, incolumem.* 11 Horat. amoris in Virg. hîc, & oda 24, & Sat. 3 & 5 l. 1 monumenta reliquit: Sed cum viciſſim nihil inveniatur de Virgilio ad Horatium ſcriptum, vix dubitandum ſit, quin multa Virgilii ſint deperdita. 12 De *robore* arbore ſi cum Dacierio intelligas, alluſio fit ad ſuperſtitionem veterum, qui credebant homines e roboribus natos vel potius e Nymphis, quæ iis alebantur. Eoque refert Vir ille Callim. Hymn. in Del. 82. *Dicite mihi Muſæ, Deæ meæ, verumne robora cum Nymphis nata? Videmus enim Nymphas gaudere, cum pluviæ alunt robora, & contra eas affligi, cum non habent folia.* Simpliciter malim pro triplici æris robore accipere, ut Virg. *æterna ferri robora* dixit. Sic Græci χάλκεον σῆθος, χαλκοκάρδιος dicunt. Theocr. Id. 13 v. Juven. Sat. 12 v. 57. 13 De primo navigatore maris, an ſit Jaſon, an Ætes, qui diu ante illum vixit: an magis Græci & Phœnices jam ante rotundis navibus uſi ſint, & ita Jaſonis illa *Argo*, lingua Phœnicum,

Decertantem Aquilonibus [14],
Nec triſtes Hyadas [15], *nec rabiem Noti*;
Quo non arbiter Adriæ [16]
Major, tollere ſeu ponere vult freta [17].
Quem mortis timuit gradum [18],
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia [19]?
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili [20]
Terras: ſi tamen impiæ [21]
Non tangenda [22] *rates tranſiliunt vada.*

Audax

navis longa, prima dicta ſit, quæ navigarit in Ponto Euxino, quæri poſſit: niſi exemplum arcæ Noachicæ, & commercii uſum utilitatemque homines ſemper invitaſſe ad naves fabricandas crederemus: ſed hoc ad ἄδηλα pertinet. V. Phæd. l. 4 fab. 6. 14 Aquilo ſeu Boreas *Noord-Noord-Weſt*, oppoſitus fere Africo *Zuyd-Ooſt*. 15 Hyades filiæ Atlantis & Æthræ. fratrem habuere Hyantem, devoratum a leæna, cujus mortem ſic ploravere, ut pietas cœlo eas inſeruerit, poſueritque in fronte Tauri, ubi etiamnum plorant; unde nunquam apparent, quin mox pluvia ſequatur. Poëtæ ita fabulati ſunt, quod quinque illæ ſtellæ υ Græcorum forment, quæ dictæ Hyades, ἀπὸ τοῦ ὕειν pluere, Lat. *Succulæ*, a *Succus* qui aliquando *pluviam* notat. 16 Lib. 3 od 3 *Auſter dux inquieti turbidus Adriæ*. *Adria* Vulturno vel Euro maxime expoſita, non Auſtro, Dionyſ. per. v. 102. 17 *Notus* ſæpe tam lenis, ut vix ſentiatur, ſæpe partes ejus (duas quartas vocant) mare illud non minus concitant, quam Vulturnus. Hypercritici ergo Jul. Scal. Horatium carpit, quod *Notum* dicit *tollere & ponere freta*. 18 Phæd. d. l. *profeſſam mortem* dicit. Tria mortis genera triſtiſſima ponit, ſubmergi, devorari a piſcibus, & in ſcopulis exſpirare. 19 Strabo recte notat ex Italia in Græciam euntes & viciſſim, legiſſe Epiri littora, monteſque Acroceraunios, dictos a κεραύνω *Fulmine*, quod ob ἄκρον, ſeu altitudinem excipiunt. *Infames ſcopuli* ob naufragia. Promont. illud hodie *Capo della Chimera*. 20 *Diſſociabilis* active hic ſumitur, qui dividit, ſeparat. Ita Virg. *Penetrabile telum*, *penetrabile frigus*, pro eo quod facile penetrat. 21 *Impiæ rates* pro impiorum, avarorum. Ita *Sceleratas pœnas* dicit Virgil. pro pœnis malorum & ſceleratorum. 22 Veteres credebant Oceanum a Deo jactum quo terras diſterminaret, & primum qui hos fines tranſierat, ob audaciam impietatemque fuiſſe punitum. *Exitu diro temerata ponti Jura piavit*. Poëta Græcus ait terram mari tam eſſe optabiliorem, quam mater dulcior eſt novercâ. 23 *Vadus* & *Vadum* proprie locus ubi parum aquæ eſt, *een Wadde*. Sed & vaga vox eſt, quæ & ſumitur *uti Lacus, Rivi, Torrentes, Flumina* pro *Mari*.

Audax omnia perpeti [24]
Gens humana ruit per vetitum nefas [25].
Audax Iapeti genus [26]
Ignem fraude mala [27] *gentibus intulit.*
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & nova febrium [28]
Terris incubuit cohors [29]:
Semotique prius tarda neceſſitas [30]
Lethi corripuit gradum [31].
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis [32]. *Per-*

24 *Perpeti* hîc non pro *tolerare*, ſed *agere*, *ſuſcipere* notat, ad exemplum Græci πάσχειν: nam Græci ſæpe paſſivum confundentes cum activo πάσχειν pro ποιεῖν uſurpant. Ita Ariſtoph. ſolet, cujus interpres, *Pati non tantum de iis, qui ferunt, patiuntur; ſed & de iis qui agunt; quia quodammodo patiuntur actum hunc agendi.* Ita Ariſtoteles dixit, πάσχειν ἀβέλτερόν τι, *pati indecorum aliquid*, pro facere rem quampiam indecoram. 25 Satis erat dixiſſe *vetitum*, abſque *nefas*. Sed epitheta hæc non neceſſaria veteres amant. 26 Prometheus filius Japeti & Climenis, ope Minervæ in cœlos aſcendit, & ſuſpenſa ad rotam currus ſolaris face, furatus eſt ignem de cœlo, eoque homines donavit. Dii in vindictam hujus ſacrilegii affixerunt eum ſcopulo in monte Caucaſo, cum vulture eum devorante. Ita in Fabulis. Veritas ejus, quod Prometheus Aſtrologiæ peritus in monte Caucaſo orientia & cadentia ſidera obſervabat. Aſſyrios hanc ſcientiam edocuit, ſimulque ut ignem certis ceremoniis e cœlo in ſacrificia attraherent. At v. Huet. 4. 8. 7. D. E. 27 Veteres, perinde ut in jure noſtro, dicebant *dolus bonus*, *dolus malus*, *fraus bona & fraus mala*. Ita Græci. Æſchyles ἀπάτη δικαία *fraus juſta* dicit, ut notat Muret. var. lect. 18, 4. Inf. od. 16 n. 14 od. 13 l. 2 n. 31. 28 Et hoc uti & præcedentia deprompta ex Heſiodo; qui narrat poſt illud furtum Pandoram tot mala in homines effudiſſe Jovis juſſu, ut terra & mare iis complerentur. *Nova* hîc pro ignota ponitur, non verò tanquam ante febres in terris non fuiſſent. 29 Adeò ut nulla terræ pars malis non eſſet contecta. Ita Virg. *Ponto nox incubat atra*. 30 Mirabile hîc artificium per lenta hujus verſus verba, quibus mortis curſum quaſi ſufflaminat, ut ei mox verſu ſequenti alas det, ſubjungendo *corripuit*. Nota e S. S. Literis longævitas primorum hominum: unde & malorum origo gentibus innotuit. Bene Plin. proœm. l. 14 *Quando voluptas vivere cœpit, vita ipſa deſiit.* 31 Virgil. *corripiendi* verbo hoc ſenſu ter quaterve uſus eſt. *Corripuere viam: Corripiunt ſpatium. Corripere gradum eſt paſſus duplicare.* 32 Dædalus magnus ſtatuarius & architectus, vixit in Creta in Minóis regis aula paulo ante bellum Trojanum, ibique ejus juſſu celebrem illum labyrinthum fecit, cui ipſe artifex incluſus

Perrupit Acheronta Herculeus labor 33.
Nil mortalibus arduum eſt:
Cœlum ipſum petimus 34 ſtultitia 35: neque
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Jovem ponere fulmina 36.

eſt, quod ſecretos meatus Theſeo indicaſſet. Amici, ipſaque regina, in amoribus ſuis a Dædalo adjuta, cuſtodes ejus corrupere, navique eum liberatum impoſuere tam bene volatili, ut qui emiſſi erant ad aſſequendum, renunciarent alis eum ſuis avolaſſe. Itaque creditum vulgo verè eum volaſſe, cum antiqui pro velis navium *alas*, & *alarum remigium* dixerint. 33 *Herculeus labor* pro *Hercule*, qui ad inferos deſcendit, ut Cerberum inde protraheret. Boulier. l. *perrupitque*. 34 Alluſio fit ad fabulam de gigantibus, vel Phaëtonte. Curt. *Cœlum vanis cogitationibus petere*. 35 Hoc e Schola Stoïca, qui omnia animi vitia inordinatoſque ejus motus *ſtultitiam* dixere. Sat. 2 l. 1 v. 24. 36 *Iracunda fulmina*, pro fulmina Jovis irritati. In Pindaro legerat ἐγχος ζάκοτον *iracunda haſta*, pro irritata.

OD. IV. AD P. SEXTIUM 1.

Incertum quo tempore hæc oda ſit compoſita. Adventu veris, & communi moriendi conditione propoſita, ad voluptates hortatur.

Solvitur 2 *acris hyems grata vice veris, & Favoni* 3:
Trahuntque ſiccas machinæ 4 *carinas:*
Ac neque jam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni:
Nec prata canis albicant pruinis.
Jam Cytherea choros ducit Venus 5, *imminente Luna* 6:
Junctæque Nymphis Gratiæ decentes 7

Alter-

1 Scribe *Seſtium* qui conſul fuit anno U. C. 730. 2 Per calorem remittitur, cum frigus omnia claudat. 3 Zephyri, qui ver adducit, vel comitatur. Ovid. 5 Februarii hunc ſurgere ait. De vere v. Virg. 2 Georg. v. 324. 4 Palangæ, vectes, quibus naves hyeme ſubducuntur in terram, & vere deducuntur. 5 Sic dicta Venus ab inſula Cythera, hod. *Cerigo*, infra Peloponneſum, ubi templum habuit. *Cythera* Phœnicibus a *vupibus* dicta; *circa ipſam* enim *ſparſi ſunt plures ſcopuli*, ut Mercator refert. 6 I. e. Supra caput lucente, non primo menſis, velut Græci ἱσταμένου μηνὸς *inſtantem menſem* dicunt. Intelligit tamen Marcil. Kal. Martias, ſeu Matronalia, læta certe Veneris nepotulis, paratiſque catillare partem lætitiæ inter Veneres illas, & gaudentibus ſpectare Nympharum choreas. At cur nocte choros ducit? *Tunc Superis terrena placent*. Stat. 7 Veneris chorus lepidiſſimus. Nymphæ, Gratiæ, Juventus, Mercurius eam ſequuntur. v. od. 30. Sed elegans hic allegoria, *Venus* pro matronis, *Nymphæ & Gratiæ*

Alterno terram quatiunt pede: dum graves [8] *Cyclopum* [9]
Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum [10] *caput impedire* [11]
myrto [12],
Aut flore, terræ quem ferunt ſolutæ.
Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare lucis [13],
Seu poſcat agna, ſive malit hædo [14].
Pallida mors [15] æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumque turres, *ô beate Sexti*,
Vitę ſumma [16] brevis ſpem nos vetat inchoare * longam.
Jam te premet nox, fabulæque Manes [17]
Et

pro puellis, *Cyclopes* pro ſtultis maritis qui ſe enecant curis & laboribus, dum uxores recreant ſe. 8 Graveolentes ex ſulphure metallico. Ut lepidi ſunt, qui hic per *Graves officinas* membra genitalia intelligunt, quæ vere exercentur maxime! 9 Cyclopes gigantes Siciliæ ad promontorium Lilybeæ habitarunt, unde ipſis nomen. *Khéklub* Phœnicibus dictus ſinus Lilybætanus. Græci undique materiem fabulæ quærentes a voce κύκλος *& rotundus* derivarunt, quod unum haberent oculum *Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.* Accesſit ad fabulam, quod Cyclopes tecti eſſent cucullis tantum ad frontem apertis. Vicinia Æthnæ montis inſularumque Æoliarum poëtis cauſam dedit fingendi hos Cyclopes fuiſſe fabros Vulcani. Ut hyems inertiæ, ita Vulcanus induſtriæ imaginem habet. 10 *Nitidum* ab unguentis. Od. 36. 11 Cingere, innectere. 12 Coronis ex myrto Veneri ſacra. Latini a Græcis, hi ab orientis populis morem in compotationibus ſe coronandi accepere. V. Sap. 2 v. 8. Nec id tantum ad hilaritatem augendam, ſed & ad deprimendos fumoſos vini halitus. Athenæus deipnoſ. L. 15. *Iis quorum caput meri potione tentaretur, opus remedio fuit. Promtiſſimum id erat ex florum faſciculis ac ſertis.* 13 Sacrificium Fauno ſeu Pani, ruſticorum Deo, factum 13 Feb. in inſula Tiberis. Ovid. 2 faſt. *Idibus agreſtis ſuſtant altaria Fauni: Hic ubi diſcretas inſula rumpit aquas.* V. Not. ad od. 18 l. 3 & de lucis l. 1 epiſt. 6 v. 25. 14 Servio, aliiſque auctoribus, lego, *Seu poſcat agna, ſive malit hædo*, ſcil. fieri, ſacrificari. 15 Antiqui, mox poſt Fauni illa feſta, celebrabant *feralia*, quibus ſacrificabant mortuis. Ovid. l. 2 faſt. v. 565 loquens de XIIX. Febr. *Nunc animæ tenues, & corpora functa ſepulchris Errant, nunc poſito paſcitur umbra cibo.* Ex hac obſervatione hujus loci intellectus, & elegantia pendet. 16 Metaphora a numeratione. * *Inchoare* verbum ſacrorum, notans perficere & conſummare, ut vult Is. Voſſ. in Catul. ep. 36. 17 *Fabula* eſt *falſa* &

Et domus exilis Plutonia [18]: quo ſimul mearis,
Nec regna vini ſortiere talis [19],
Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet juventus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt [20].

vera. Fabulæ Manes ſunt, de quibus multa fiunt fabulæ, narrationes. Infra, *Fabuloſus Hydaſpes* i. e. celebratus in hiſtoria. Gentium Theologia de diis Manibus valde fuit incerta. Alii *animas mortuorum*, alii *genios hominum* credebant. Horat. Epicureorum ſententiam & hic ſequitur, qui omnem de Manibus doctrinam, pro commento habuere. Ita Perſ. Sat. 2 *Indulge genio, carpamus dulcia. Noſtrum eſt, Quod vivis; cinis, & manes, & fabula fies.* 18 Plutonis *inania regna* dicta cum ſint, recte hic *domus ejus exilis* i. e. *paupercula, vacua*, uti umbris tantum habitata, dicitur. Virg. *Perque domos Ditis vacuas.* 19 Veteres ſympoſii regem creabant talis & ſortitione, *ſympoſiarchum, modimperatorem, arbitrum bibendi* dictum. l. 2 od. 7. 20 Amabunt, cum Lycidas adoleverit.

OD. V. AD PYRRHAM.

Hæc ode brevitate, verborumque elegantiæ proprietate inter optimas cenſetur.

Quis multa gracilis [1] *te puer* [2] *in roſa*
Perfuſus liquidis urget [3] *odoribus*
Grato, Pyrrha, ſub antro?
Cui flavam religas comam [4],
Simplex munditiis [5]: *heu, quoties fidem,*
Mutatoſque deos [6] *flebit, & aſpera*
Nigris æquora ventis [7]
Emirabitur inſolens [8], *Qui*

1 *Gracilis*, ſtaturæ decentis elegantiſque. Ter. Eun. *Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſludent demiſſis humeris eſſe, vincto corpore, ut graciles fient*, &c. 2 *Puer* ſine reſpectu ætatis dicitur; eſtque vox tenerioris amoris. Virgil. de Cæſ. & Pomp. *Ne pueri ne tanta animis aſſueſcite bella.* 3 Hæc vox arcana amoris & *cevere* notat. 4 Horat. matronarum Laconicarum neglectam comarum concinnationem hic intelligit, quæ religabant comam cum florum ſertis ab occipite. l. 2 od. 11. *Incomtam Lacænæ More comam religata nodo* 5 *Simplex munditiis, cui nihil aderat adjumenti ad pulcritudinem.* Ter. in Phorm. 6 Venerem, Cupidinem, &c. 7 Plaut. *mulier mare acerrimum. Nigrum* hic vocat. Ita Virg. *Nigerrimus Auſter.* Ideo Tempeſtati & Hyemi nigra pecus immolatur. Virg. 3 Æn. *Nigram hyemi pecudem.* 8 Horat. plerumque talibus conpoſitis utitur; ut alibi; *Enitescis pulchrior multo. Inſolens* hic pro inſuetus.

Qui nunc te fruitur credulus aurea 9:
Qui semper vacuam, semper amabilem
Sperat, nescius aurae 10.
Fallacis! miseri quibus
Intentata nites 11: *me tabula sacer*
Votiva paries indicat uvida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo 12.

9 Bella. Ita Graecis χρυσῆ Ἀφροδίτη dicitur. 10 Persistit in metaphora de mari, aëre, vento, &c. Lepor est in *aurea* & *aura*. 11 Et hoc explicandum ex eadem metaphora. Placidum inexpertis mare dici potest. *Nitere* enim & de pulchritudine feminarum, & maris tranquillitate usurpatur. 12 Constructio est: *Paries sacer indicat tabula votiva, me suspendisse vestimenta deo potenti maris*. Hor. ut exprimat se naufragium fecisse in amore Pyrrhae, eleganti utitur translatione de iis qui naufragii tabulam in Neptuni, vel Castorum templo suspendebant. Quin & simili tabula de collo suspensa mendicantes utebantur, & inde canticis quibusdam casus suos explicabant. Juv. *fracta nave naufragus assem Dum rogat, & picta se tempestate tuetur*. Quintil. l. 6 c. 1. *Sed non ideo probaverim quod factum & lego, & aliquando vidi, depictam tabulam supra Jovem in imaginem rei, cujus atrocitate judex erat commovendus*. Sanati quoque morbo aliquo tabulam suspendebant in templo dei, qui succurrerat. Tibull. 1 el. 1. *Nunc dea, nunc succurre mihi; nam posse mederi Picta docet templis multa tabella tuis*. Hinc ἀναθήματα in Christianorum templis. V. Voss. in Cat. dedicat. Phaseli ep. 4, & infra. l. 1 Sat. 5 v. 65.

OD. VI. AD AGRIPPAM.

Haec ode, qua Agrippa, Augusti gener, laudatur, facta videtur paulo post od. 37 l. 1.

Scriberis Vario 1 *fortis, & hostium*
Victor 2, *Maeonii carminis alite* 3, *Quam*

1 *Varius* magnus fuit tragoediographus, cujus fragmenta pauca ad nos venere. Quanti fuerit, monstrat Virg. ecl. 9. *Me quoque dicunt Vatem pastores, sed non ego credulus illis: Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna Digna*. 2 Vellei. l. 2 *M. Agrippa, virtutis nobilissimae, labore, vigilia, periculo invictus .... per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens*. 3 I. e. Homeri sublimi ore & carmine epico. Ita Theocr. poëtas vocat Ὄρνιχας Μουσᾶν aves *Musarum*. Nannius *alitem* pro penna, calamo explicat l. 6 nov. lect. c. 12. Sed recepta parum sententia. *Maonius* autem dicitur Homerus, vel quia ex Maonia, aut quod sit Maonis filius. Sed de patria 7 urbes disputant ἀνθολ. 4. 2. Plures sane Homeri fuerint: at unde Peraltus in parallelismo antiq. & hodiern. probet, Homerum significare Graecum, & cae-

Quam rem cunque ferox, navibus [4], *aut equis* [5]
Miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec gravem
Pelidæ stomachum [6], *cedere nescii* [7]
Nec cursus [8] *duplicis* [9] *per mare Ulyssei,*
Nec sævam Pelopis domum [10],
Conamur tenues grandia: dum pudor [11],
Imbellisque lyræ [12] *Musa potens vetat*
Laudes egregii Cæsaris [13], *& tuas*
Culpa deterere ingeni.
Quis Martem tunica tectum adamantina [14]
Digne scripserit? aut pulvere Troico
Nigrum Merionem [15]*? aut ope Palladis*
Tydiden [16] *superis parem?*

eos cantores & mendicos ῥαψῳδῶν Homericarum auctores fuisse, & inde 7 urbium (pro 7 mendicis decertantium) litem ortam? 4 Intelligit duas navales victorias, contra legatum Pompeji, & ipsum Pompejum, unde rostrata corona ornatus est: tum & pugnam Actiacam, ad quam non leve victoriæ momentum prudentiâ suâ Agrippa attulit. Virg. 8 Æn. v. 683. 5 Nam in Gallia res bene gesserat, secundus Romanorum transgressus Rhenum. 6 *Stomachus* pro ira, θυμῷ Achillis. V. Art. poët. 7 Achilles diu flecti nequiit, ut arma caperet contra Trojanos, nisi a morte Patrocli. 8 Intelligit Odysseam, plenam narratione, eoque non tam sublimem, uti est Ilias. Quin illa soli occidenti comparatur a Longino c. 7. 9 Ita Hom. πολυτροπον, πολυμητιν i. e. vafrum, prudentem dicit Ulyssem, ut nescias, ait Peraltus, utrum laudet eum an vituperet. Al. l. *duplices*, cursus, sc. per internum & externum mare, ita Manil. init. l. 2 *Erroremque ducis totidem quot viderat annis Instantem bella, geminata per æquora ponti: duplex* pro doloso satis Latine dici videtur. V. Epod. 16 n. 46. 10 Familia Pelopis, Atreus, Thyestes, Agamemnon, Clytemnestra, ingentem tragœdiæ materiem dedere. Thyestem tragœdiam Varius fecerat, quam Quintil. alhuc vidit. 11 *Pudore* a magnis abstinere ait. Nam *inopis & pusilli animi fictum* se, dicit l. 1 Sat. 4 v. 17. Sed gravia & longa certe ingenium & ætas illa non ferebant. 12 *Lyra* intermis, & amoribus apta magis. V. art. v. 83 & Hor. passim gravia tractat quoque in odis. 13 *Egregium* a grege separatum, & sacratum separatumque Deo. E'κ Διὸς βασιλῆες, Callim. 14 Hom. Martem χαλκοχιτωνα vocat. 15 Comitem Idomenei, qui ab Hom. Marti exæquatur, semper ardens mediis in hostibus. 16 *Tydides* pro Diomede, Tydei filio, Græcorum fortissimo, ut ex Virg. 2 Æn. patet; *Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles, Non anni do-*

Nos convivia, nos prælia virginum
Sectis in juvenes unguibus acrium
Cantamus vacui [17], *ſive quid urimur,*
Non præter ſolitum leves.

muere decem, nonnille carinæ. Pallas illum juvit, ut Martem & Venerem vulneraret, reddiditque immortalem, ut cum Caſtore & Polluce adoraretur. 17 Hom. Θεοῖς ἀτάλαντος, *æqualis diis.* Facete alludens ad deorum geſta, ſe quoque in prœliis verſari ait; ſed amatoriis, ubi virgines acres ſunt *unguibus ſectis in juvenes.* Male quidam *ſectis* pro reſectis, decurtatis: cum Poëta contrarium velit. Puellæ arma ungues ſunt, & fere dixerim, *Ocyus illud Extorquebis ut hac oculo contenta ſit uno*, quam ut illos ponat, iiſve nihil noceat.

Od. VII. Ad Munatium Plancum [1].

Laudabunt alii claram Rhodon [2], *aut Mitylenen* [3];
Aut Epheſum [4], *bimariſve Corinthi* [5]
Mœnia, vel Baccho Thebas [6], *vel Apolline Delphos* [7]
Inſignes, aut Theſſala Tempe [8].
Sunt quibus unum opus eſt intacta Palladis [9] *urbem*
Carmi-

1 Planci ad Ciceronem præclaræ extant literæ. Hic Antonio prius adhærens ad Cæſarem tranſiit, eique nomen Auguſti dedit. Fuit & is cos. 2 *Rhodus* inſula celebris antiquitate & elegantia trium civitatum, Coloſſo, & eloquentiæ gymnaſio; Dicta eſt a voce *rod*, pro *jarod*, *ſerpens.* qu. d. *inſula ſerpentum*, qui ibi valde incommodi; inde Græcis ὀφιοῦσα. Bochart. 3 Urbs eſt in Lesbo, ſic dicta ab inſula ei oppoſita. Venetiis comparatur, quia multis foſſis & pontibus albi lapidis diſtincta fuit. Hodie tota inſula *Metelin* dicitur. 4 *Epheſus* eſt urbs Aſiæ minoris maritima, ubi Dianæ templum, hodie *Fiena*, vel ut alii, *Epheſe.* *Corinthus bimaris*, quæ inter Ægæum & Ionium mare ſita. Xenoph. ἀμφιθάλασσον, & S. Lucas Διθάλασσον vocat. 6 Intell. *Thebas* Bœotiæ, claras conditore Cadmo, origine Bacchi, morte OEdipi. *Thebæ* cænum notant: nam valde cænoſæ ſunt. Bochart. 7 *Delphi* in monte Parnaſſo, nobiles templo Apollinis, & oraculis: Hod. *Salona.* 8 *Tempe Theſſalica* fuerunt valles inter montem Oſſam & Olympum amœniſſimæ. Ælian. pulchritudine deſcriptionis cum ipſo loco certare videtur l. 3 Var. Hiſt. c. 1. Inde *Tempe* pro quibuſvis locis amœnis. *Pallas intacta*, ſeu virgo ſemper habita: ejus dicuntur Athenæ, ob deorum judicium eam inter & Neptunum. Quod ſecundum eum pronunciatum eſt, qui optimum hominibus donum dediſſet. Neptunus tridente ſuo e terra excuſſit equum, Pallas dedit olivam, quæ ut pacis ſignum, melior judicata eſt. Pro certo habetur Cecropis tempore olivam Athenis enatam fabulandi materiem præbuiſſe. Sed vox *Athena* extranea eſt. *Thanaa*

Carmine perpetuo [10] *celebrare, &*
Undique decertæ frondi præponere olivam [11].
Plurimus, in Junonis honorem,
Aptum dicit equis Argos [12], *diteſque Mycenas* [13].
Me nec tam patiens Lacedæmon [14],
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ [15],
Quam domus Albuneæ reſonantis [16],

vel *Thani* doctum hominem notat: & *Minerva* Ἀθήνη dicitur, quia ſcientiæ dea; & urbs *Athenæ*, q. d. locum doctrina celebrem. Iſ. Voſſ. in Catul. & jam ante in Scylacem, monuit ἀκτην notare peninſulam cujus formam Attica habet. 10 *Perpetuum carmen*, quod Græci κυκλικον ἐπος dixere. Tale eſt Ovidii metam: quam *perpetuo carmine deducere* ſe ait, i. e. a cujus fine ad principium regredi potes; ſive cujus fabula prima cauſa eſt ſecundæ, ſecunda tertiæ, & ſic porro. Vitioſum hoc fit, cum poëta hiſtoriam tractat ab initio ad finem; quod ridet Hor. in arte Poët. *Nec ſic incipies, ut ſcriptor cyclicus olim, Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.* Ille enim non ſolum bellum Trojanum deſcripſerat ab initio, ſed omnem de Priamo hiſtoriam exhauſerat, adeo ut ne minima quidem vitæ ejus obliviſceretur. Tale nobis reſtat poëma Statii de Achille, in quo *ire per omnem, Sic amor eſt, heroa cupit.* Ita Ariſtot. Theſeidem, in qua omnia quæ Theſeo acciderant, reprehendit. Homeri Ilias & Odyſſea hoc vitio inquinatur a Peralto in parallelis antiq. & hodiern. 11 Al. l. *Decerptam fronti. Frons undique decerpta* eſt *frons quælibet*, ὅλιον φύλλον. Qui ergo Athenas perpetuo carmine laudaſſet, ut legitimus cyclicus ſcriptor, is & laudaſſet olivam, eamque non ſolum prætuliſſet equo Neptuni qui e terra prodiit, ſed & alii cuilibet frondi ſeu arbori. Talem cum ratione extenſionem in uno ſubjecto Horatius, & poſt eum quivis probet, ac jure imitetur. V. Art. poët. 12 Multi *Argos*, *aptum equis*, laudant; ut quæ Junoni erat ſacrum, uti & Sparta & Mycenæ; quas ideo *ſuas* vocat apud Hom. qui & Ἄργος eodem ornat epitheto, cum ἱππόβοτον vocat: nam pabulum & planities camporum infra Corinthum, ubi ſiti erant Argi, equis nutriendis peraptа ſunt. 13 Poëtæ *Mycenas*, Peloponneſi urbem, ab Argis ultra ſex M. paſſuum diſſitam, πολύχρυσον dixere. 14 *Lacedæmon patiens.* Nepos in Alcib. c. 11. Lacedæmoniis *ſumma virtus in patientia ponebatur.* Ita Lycurgus inſtituerat. Plut. in Lyc. Pueri eorum ad aram Dianæ certabant, quis plures plagas, quibus & ſanguis exiret, ſine gemitu poſſet ſuſtinere. Victoreſque in bello hoc ludo βουπλήγες dicebantur. Petron. eo alludit. *Ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi.* 15 Intellige hic *Lariſſam* Theſſaliæ, regni Achillis metropolin, unde & is Lariſſæus vocatur Virg. Hæc campi circumjacentis ubertate & amænitate nobilis fuit, Græciſque ἐριβώλαξ dicta. *Percutere* eleganter pro *afficere*, *commovere.* 16 Urbs & locus, fontibus & fluviis cognomines, quales in Sicilia & Italia

Et præceps Anio [17], *& Tiburni lucus* [18], *& uda*
Mobilibus [19] *pomaria* [20] *rivis.*
Albus ut obſcuro [21] deterget nubila cœlo
Sæpe Notus [22], neque parturit imbres
Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, vitęque labores
Molli, Plance [23], mero: *ſeu te fulgentia ſignis*
Caſtra tenent [24], *ſeu denſa tenebit*
Tiburis umbra tui [25]. *Teucer* [26] *Salamina, patremque*
Cum fugeret, tamen uda Lyæo [27]
Tempora populea fertur vinxiſſe corona [28],

Sic

olim fere urbes erant, οἰκήματα πολεμῶν voc. a Pind. 2 Olymp. *Albunea* dicitur Horatii domus, a fonte & ſylva *Albunea* juxta Anienem fluvium. Et ita Virgil. intelligendus, cum Tiberim inducit loquentem ad Romam, *Hic mihi magna domus celſis caput urbibus erit.* Fuit & Nympha *Albunea*, ejuſdem fontis ſylvæque præſes. V. n. 17 od. 1. 17 *Anio* fluv. hodie *Teveron* ſcaturiginem habet in montibus Tiburis, nunc *Tivoli*, unde effunditur in Tiberim ſupra Romam, qui locus exinde *La caſcata* dicitur. 18 Hic lucus erat ſacratus in memoriam Tiburni, qui Tibur condidit. Horat. uti & Plancus ibi domum habuere. Suet. in ejus vita, *Domus Horatii oſtenditur circa Tiburni lucum.* 19 *Mobiles rivulos* alibi *ſequaces*: qui *ductiles* qua velis, ad rigandos hortos. 20 Tiburis regio amæna & pomoſa valde, uti nunc Normannia Galliæ. 21 Heinſ. 2 MSS. uſus, ubi hæc oda hîc diviſa, in altero leg. *Ad Plancum oratio, ad bene vivendum.* In altero, *Ad Plancum hortatio, ad bene vivendum.* Sed lacunam aliquot verſuum, qui nexum facerent, relinquendam putat. 22 *Notus* udum & ſudum rectè aſcribit Horat. ut primus probavit Luiſ. par. 1 c. 2. 23 Plancus a Pontio Aquila, legato D. Bruti, præliis aliquot victus fuerat, ut Dio l. 46 refert. Id forte virum male habuit. V. Cl. Dacier hanc circumſtantiam deſiderabat. 24 *Sive* verſeris inter inſignia caſtrenſia, i. e. militiæ. De variis Rom. ſignis v. pauca quæ ad 1 Cat. Cic. c. 9 n. 12 dixi. 25 Ibi Plancus fundum, vel inde originem forte habuit. 26 Horatius more Pindari hiſtoriam interſerit (quæ nuſquam tamen ſic legitur) de Teucro; ut tanti heroïs exemplo Plancum exhilaret. Id conſtat de eo; Veniſſe eum cum Ajace fratre contra Trojam, ſed rediiſſe ad patrem Telamonem Salaminis regem ſine illo: quare & a patre repulſus ſolum vertit, & Cyprum navigavit, ubi novam Salaminam condidit. 27 *Lyæus* dicitur Bacchus, ἀπὸ τῦ λύειν. Nam ſolvit dolores. 28 De coronis in feſtis v. od. 4 n. 12. Fiebant e quavis decenti & obvia fronde. Aliter *populus* eſt Herculi ſacra.

Sic triſtes affatus amicos;
Quo nos cunque feret melior fortuna parente 29,
Ibimus ô ſocii, comiteſque.
Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro 30,
Certus enim promiſit Apollo 31
Ambiguam tellure nova Salamina futuram 32.
O fortes, pejoraque paſſi
Mecum ſæpe 33 *viri, nunc vino pellite curas:*
Cras ingens iterabimus æquor 34.

29 De ira patris in eum, & ſuſpicione, quod Ajax a Teucro fratre eſſet interfectus v. n. 26. Melior fortuna Teucrum ſecuta eſt: in Cypro enim novam Salamina condidit, poſteroſque reges habuit. 30 De Teucro, Græco viro, Romanorum more loquitur. *Auſpicia* ſunt vel *majora*, quæ majoribus magiſtratibus competebant; *minora*, quæ minores magiſtratus ante negotium aliquod ſumebant. In exercitu ſolus imperator jus *auſpicii* (qu. *aviſpicii*) habebat, eoque omnia eo duce ac auſpice fiebant. Cum imperator id jus in legatos transferebat, dicebatur deos ſuos iis commodaſſe. Lib. 4 od. 14. Ad. Aug. de Claudio ait, *Te conſilium & tuos Præbente divos.* Ovid. de Tib. *Auſpicium cui das grande deoſque tuos.* 31 Oracula Apollinis vera habebantur. Ter. *Non Apollinis magis verum atque hoc reſponſum.* Et Proverb. eſt; *Tanquam ex Apollinis tripode.* 32 Tam ſimilem Salamini derelictæ, ut nova Salamis inde diſcerni nequeat. Ita l. 2 od. 5 *Solutis crinibus Ambiguoque vultu*; i. e. ut diſcerni non poſſit puer an puella ſit. 33 Ad Trojam, & alibi. 34 Idem mare conſcendemus, quod nuper enavigavimus, a Troade huc in Græciam remigrantes. Nova quæſituri loca priorem relegemus curſum.

OD. VIII. AD LYDIAM.

Scopus Horatii, ut reprehendat Lydiam, quod Sybarim muliebri habitu, vel certe ita ſecum teneret aſſiduum, ut in eo appareat, quod de Phædria apud Ter. exclamatur, *Adeon' homines immutari ex amore, ut non Cognoſcas eumdem eſſe!*

Lydia 1, *dic, per omnes*
Te Deos oro, Sybarin cur properes amando 2
Perdere: cur apricum

1 Ego hæc & ſimilia nomina Græca quibus Horatius aliquem læſit, ficta eſſe, perinde uti Martialem libris epigr. 4 feciſſe, & vel ex epigr. 15 lib. 5 ſtatuo cum Radero. *Sybaritæ* enim ut deliciis fracti male audiebant. *Amando*, paſſive. Virgil. *Uritque videndo Femina.*

Oderis campum [3], *patiens pulveris atque solis* [4]. *Cur neque militaris*

Inter æquales equitet [5]: *Gallica* [6] *nec lupatis* [7] *Temperet ora frænis.*

Cur timet flavum Tiberim tangere [8]? *cur olivum* [9] *Sanguine viperino*

Cautius vitat, neque jam livida gestat armis Brachia [10], *sæpe disco* [11],

Sæpe trans finem [12] *jaculo nobilis expedito* [13]?

Quid latet [14], *ut marinæ*

Filium [15] *dicunt Thetidis sub lacrymosa Trojæ Funera* [16], *ne virilis*

Cultus

3 Exercitia, uti & comitia Romanorum fiebant in campo quem Tarquinius inter Tiberim & Romam habuerat, quique erat publicatus. *Apricum* quasi *apericum*, expositum soli. 4 Hæc explicant *apricum*. 5 I. e. Cur non militet in equis. Respicit exercitium equestre quod Ascanius in Italia renovavit, quod Troicum (nobis *Tournoyspel*) dictum est. Suet. in Aug. cap. 43 *Trojæ ludum frequenter edidit majorum minorumve puerorum delectu.* 6 Equi Gallici, ut acres celeresque, Romæ in pretio erant. 7 Græci Latinique *lupos* vocant dentes frænorum. Forte quod olim dentibus lupinis ad id usi sint. 8 Veget. de re mil. l. 1 c. 10 refert, *post exercitium armorum sudorem pulveremque dilui, ac lassitudinem cursusque laborem natando deponi* In Tiberim ergo ut vicinum, se immergebant. V. l. 2 Sat. 1 v. 7 *Ter uncti Transnanto Tiberim somno quibus est opus alto* 9 *Olivum* pro lucta; in qua χήρωμα seu unguentum ex cera & oleo in usu fuit, quo palæstritæ expeditiores, minusque prehensibiles essent. Catull, *Ego Gymnasii fui flos, ego eram decus olei*, i. e. palæstræ. 10 Hæc verba inserviunt seqq. ludis *disci*, & *jaculationis*, neque separatum ludum faciunt. *Gestare* bene exprimit gestum emittentis discum vel jaculum manu bis terve ante in orbe rotata ad majorem motum faciendum. Pind. κυκλεῖν, Prop. *in orbe rotare* lib. 3 el. 13 *Missile nunc disci pondus in orbe rotat.* Et quia nudi se exercebant, facile *brachia livida armis* scil. lusoriis. 11 *Discus* in medio perforatus sæpe ex lapide, ut & ære aut ferro, qui coriaceo emittebatur loro; Formam dat Grut. inscript. p. 54. 12 Ultra metam; quod jaculo notabatur. 13 Fortiter vibrato. 14 Exprobare videtur Lydiæ quod Sybarin habitu puellari secum servet: quamquam id haud præ pudore factum putem, cum apertius Romani amarent. At cum ode sit satyrica, illa explicatio præ alia tuenda est. 15 Achillem, cujus historia nota est: nam eum mater Thetis in habitu puellari occultavit, ne iret contra Trojam, ubi moriturum sciebat. 16 *Sub* paulo laxius accipe; nec in decen-

Cultus in cædem, & Lycias 17 *proriperet catervas?*

nali Trojæ obsidione annum diemve anxie nota. *Funera* pro casu & excidio. 17 Lycii præcipua Trojanorum auxilia fuere. *In cædem, & Lycias catervas*, pro *in cædem Lyciarum catervarum.*

OD. IX. AD THALIARCHUM. 1

Hæc ode docet, nec hyemem respuere gaudia. V. lib. 3 Od. 17, 19 & lib. 4 Od. 12.

Vides ut alta stet nive candidum 2
Soracte 3, *nec jam sustineant onus*
Sylvæ laborantes 4, *geluque*
Flumina constiterint acuto 5?
Dissolve frigus, ligna super foco
Large reponens: atque benignius 6
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota 7.
*Permitte divis cætera: * qui simul*
Stravere ventos æquore fervido
Deprælliantes, nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni 8.

B 4 QUID

1 *Thaliarchus* etsi nomen proprium sit, ut init. Od. 8 rationem dedi, notat tamen, ut pleraque Græcorum nomina, *Sympostiarchum.* Θαλία est *convivium.* *Stare* poëtis pro *esse.* Et si verbum hoc solum reperitur, subint. *plenum*, aut simile. Ita *Stant pulvere campi. Stat sentibus ager. Stant lumina flamma* sc. plena. 3 Mons in Falisciis prope Romam. Nunc *Monte San-Sylvestro*, & corrupte *Monte-tresta.* 4 Laborantes nive scil. & vix sustinentes onus. 5 *Gelu acutum* pro acri, vehementi. Ita Pind. χειὼν ὀξεῖα. 6 *Benignius*, *largius.* At quid commeruit, quid peccavit Poëta, ut proinde Dacierio vapulet? Certe carminis legi, & linguæ elegantiæ satis factum video, aut nihil video. Miseri grammatici id exigant, ut dicatur *large*, & mox augendo *largius.* Quantum iis plus sapit Dacierius, tanto hic æquiorem Horatio velim. Porro Alcæum imitari eum volunt qui hyeme potandum esse docet. Athen. 10, 8. Sed quis, qui bibere amat, hoc nescit? 7 *Diota* est vas vinarium habens duas ansas sive aures, Lat. *quadrantal* & *amphora*, pedem quadrata, capiens 48 sextarios. * Melius hic, quam l. 1 Sat. 5 v. 101 de diis loquitur. Hic Stoicus, ibi Epicureus est. Nisi hic joculariter agat, ut e seq. patet. 8 Dum

Quid sit futurum cras, fuge quærere: &
Quem fors [9] dierum cunque dabit, lucro
Appone [10]: *nec dulces amores*
Sperne puer, neque tu choreas,
Donec virenti [11] *canities abesſt*
Moroſa, nunc & campus [12], *& areæ* [13],
Leneſque ſub noctem ſuſurri [14]
Compoſita repetantur hora [15]:
Nunc & latentis proditor [16] *intimo*
Gratus puellæ riſus [17] *ab angulo,*
Pignuſque dereptum lacertis [18],
Aut digito male pertinaci [19].

genio indulgere vult, magnifica loquitur, & Philoſophiam ſuam ſequitur, præſentibuſque ſolum cupit gaudere. V. Od. 16 l. 2 & Od. 8 l. 3. *Ornus* quaſi ὀρεινὸς, eſt *montanus*. Voſſ. etym. 9 *Fors* ſeu *Fortuna*. Loquitur ut Epicurus, qui vitam non a diis, ſed caſu pendere ajebat. Epicurei verba erant cum moreretur; *Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi.* 10 *Ponere, apponere* numerandi verba ſunt. 11 Græci & Latini τὸ *viridis* & χλωρὸν pro *juvene, vivido, robuſto*. Nos pro eo *bloejend* uſurpamus. 12 Martius. 13 *Areæ* ſunt loca publica prodeambulationi commoda. V. Sabini lect. ſubciſ. l. 1 c. 9. 14 Amantium eſt ἀλλήλοις ψιθυρίζειν. Ovid. de Pyr. & Thiſbe. *In ſolitum coïere locum, cum murmure parvo Multa prius queſti.* 15 *Compoſita hora* eſt dicta, ſtata, de qua convenit. 16 Virg. *Et fugit ad ſalices & ſe cupit ante videri.* Corn. Gallus. *Erubuit vultus ipſa puella meos. Et nunc ſubridens latebras fugitiva petebat: Non tamen effugiens, tota latere volens: Sed magis ex aliqua cupiebat parte videri; Lætior hoc multo quod male tecta foret.* Eadem riſu ſuo, quem non continet, e latebris ſuis facile ſe aperit. 17 Subint. τὸ *repetatur*. 18 *Pignus* puellis ablatum per amatores, *Deripere* eſt rapere, & quidem ſuperne. 19 *Male-pertinaci* ut compoſitum ſcribi poteſt. Ita *male* pro *non*. Ἐθελοκακεῖν eſt *Pugnare tanquam ſi vincere nolles*. Ἐθελοκωφῶν eſt *Male ſurdus*.

OD. X. HYMNUS AD MERCURIUM. [1]

Hoc carmen videtur compoſitum in feſto Mercurii. Gyrald. tanti hoc fecit, ut & edi ſcendum cenſeat. Scalig. verò more ſuo id carpit.

Mercuri facunde, nepos Atlantis [2],
Qui feros cultus hominum recentum [3]
Voce formaſti [4] *catus* [5], *& decoræ*
More palæſtræ [6]:
Te canam magni Jovis, & deorum
Nuncium [7], *curvæque lyræ parentem* [8],
Callidum, quidquid placuit, jocoſo
Condere furto [9].
Te, boves olim [10] *niſi reddidiſſes*

1 *Mercurii* varia ſunt epitheta. Talem finxere gentes ex iis quæ legerant de Chanaane. Chanaan Hebræis mercator. Mercurius mercaturæ deus eſt habitus. Bochart. Huet. e Moſe Mercurium facit. 2 Mercurius e Maja Atlantis filia. Atlas pro Enocho cenſetur, niſi aſtrologus fuerit, & Moſi æqualis. Ita Auguſtin. 3 Idem Orpheo adſcribit in Art. v. 391. 4 Mercurius eloquentiæ parens habitus propter eundem Chanaanem: quia Phœnices primi literas tulerunt in Græciam, & Mercurius eas formare primus edocuit. *Voce* hic pro Græco λόγῳ, unde Mercurius λόγιος *eloquens*. V. Act. Apoſt. c. 14. 5 *Catus*, vox Sabina eſt, notatque *acutum*. Varro. 6 *Mos palæſtræ* eſt *inſtitutio*, *lex palæſtræ* quæ *decora* eſt, quod corpus & geſtus reddat decoros facileſque. Virg. de Merc. *Et membra decora juventæ*. Ubi Serv. *Membra decora*, *quia palæſtræ deus eſt*: eoque hunc Horatii locum affert. 7 Scimus e S. S. Literis *Chanaanem fratribus ſervum ſervorum factum*. Inde & Mercurius ſervus deorum gentibus eſt habitus. Phœnices illum dixere *Aſumes*, Hetruſci *Camillum*, qu. *Miniſtrum deorum*. Bochart. Illuſtris Huet. Mercurium legatum deorum fingi, per imitationem ad Moſen, multis docet, hic enim dei ad Iſraëlitas internuncius fuit. 8 *Mercurio* lyram tribui, quod Canaan & Phœnices eam invenerint, & a Cinyra Phœnicis Cypriique rege κινύρα citharam notet, docet *Bochart*. 9 *Mercurius* ut mercaturæ, ita & furti, ſed jocularii illius, deus. Phœnices Chanaanis poſteri mercatura ſimul & fraude noti. Huc Bochart. aſpergit ex Hom. Φοίνιξ ἦλθεν ἀνὴρ ἀπατήλια εἰδὼς Τρωϊκὸς. Sed illuſtris Huetius in Mercurio fure Moſen invenit, ob avectos Ægypti theſauros. Mercurio duæ adduntur ſociæ Πραξιδίκη & *Laverna*. 10 *Mercurius* boves Admeti regis, quos Apollo paſcebat, abduxit, & alio tempore pharetram ei abſtulit. Huet. & hoc ad Moſen referri docet, ex Exodi c. 12 v. 38. *Quinetiam miſcellanea turba multa aſcendit cum eis, greges quoque & armenta poſſeſſio gravis valde.*

Per dolum amotas, puerum [11] *minaci*
Voce dum terret, viduus [12] *pharetra*
Risit Apollo.
Quin & Atridas [13], *duce te* [14], *superbos*
Ilio dives Priamus relicto [15],
Thessalosque ignes [16], *& iniqua Trojæ*
Castra fefellit.
Tu pias lætis [17] *animas reponis*
Sedibus [18]: *virgaque levem coërces*
Aurea [19] *turbam, superis deorum*
Gratus, & imis [20].

11 Mercurius valde juvenis erat cum fallacias illas primum struetet. 12 *Viduus* i. e. privatus. Quis putet & hoc Scaligero reprehensum? 13 *Atridæ* sunt Agamemnon & Menelaüs, Græci principes. 14 Mercurius Jovis jussu Priamum duxit ad Achillis tentorium sopitis excubiis, quæ regum agnitum detinuissent, missisentque bellum in compendium. 15 Priamus Troja exiit, curru donis referto ad redimendum Hectora. Il. ult. 16 *Thessalos ignes* pro excubiis Græcis; vel Achillis, cujus illæ erant. 17 Ut *Moses* populum dei duxit in promissam terram, & virgam manu tenuit, quæ & in serpentem fuit mutata; ita Mercurio virgam seu caduceum serpentibus circumdatum, & jus ducendi animas ad inferos, gentes tribuunt. Unde & *κομπᾶιον* dixere. V. Magii misc. l. 4 c. 11. Ab eadem virga sceptra, baculi, similiaque imperii insignia. V. Huet. D. E. Prop. 4, 6. 18 In campis Elysiis. Virgil. tam *lætas sedes* ibi facit *ut strati per herbam vescentur, & choreas ducant inter odoriferum lauri nemus.* v. l. 6 Æn. 19 Hom. vocat Mercurium *χρυσόῤῥαπιν qui auream habet virgam.* Coërcet seu cogit instar pastoris cum pedone *levem* animarum scil. turbam. 20 *Imis* pro inferis.

OD. XI. AD LEUCONOEN. [1]

Hoc carmen Horatio dignum stilus, & ratio vitæ, quam tum sequebatur, evincunt.

TU ne quæsieris scire, nefas [2], quem mihi, quem tibi
Finem

1 Non dubitem quin hoc nomen sit fictum. Cum ex iis quæ ad Od. 8 dixi, tum ex eo quod astrologos consulere non liceret. 2 Historiæ & ratio id vetant. Nam *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit deus.* V. Juven. Sat. 6 v. 550 &c.

Finem Dii dederint, Leuconoë [3]: nec Babylonios [4]
Tentaris numeros [5]: ut melius, quidquid erit pati [6]:
Seu plures hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam:
Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare [7]
Tyrrhenum [8]: *sapias* [9], *vina liques* [10], *& spatio brevi* [11]
Spem longam reseces: dum loquimur, fugerit invida
Ætas, carpe diem [12], quam minimum credula postero.

3 Λευκὰς φρένας ἔχειν *alba præcordia habere* eos dicebant Græci, qui leviter tantum saperent: contra μέλαινας φρένας *profundioris prudentiæ homines* dicebant: Transl. ab aquis, quæ quo profundiores, eo nigrescunt magis. *Adag. Jun. Leuconoë* ergo fictum nomen puto. 4 *Chaldæi* astrologiæ judiciariæ semper dediti fuere, ut e SS. Literis patet. 5 Supputationes ex astrologicis rationibus & genesi. 6 *Ut* pro ὡς *quoniam, quandoquidem*: vel si *ut* finale intelligas, more Græco, *pati* est pro *patiare*. 7 Hyems impellit frangitque fluctus contra *pumices* seu *cavas antiquasque rupes*. 8 *Tyrrhenum* mare est inter Italiam, Siciliam & Sardiniam. 9 *Sapias*, contentus sis sorte tua: quæ optima est philosophia. Alibi, *dona præsentis rape lætus horæ ac linque severa*. 10 *Liquare* pro *percolare* accipi possit: sed cum vini vis sic frangatur & castretur, pro colo stomachum, & pro *liquare* largius bibere, intelligere malim. 11 Od. 4 *Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam*. 12 Epicuri καρπίζειν *defrugare, defrui*, facile in animo habuerit, ut Heins. notat; quicquid Salmas. contra voluerit. *Carpere diem* al. est in partes quasi scindere, dum insumitur & impenditur. Pro *fugerit*, al. l. *diffugit*.

OD. XII. DE AUGUSTO.

Hæc ode seu hymnus videtur factus paulo post Actiacam victoriam, cum senatus hymnos, templa, aras que Augusto decrevit. *Dio l.* 51.

Quem virum [1], *aut heroa* [2], *lyra, vel acri*
Tibia [3] *sumes celebrare Clio* [4]?
Quem Deum? cujus recinet jocosa
Nomen imago [5],
Aut in umbrosis Heliconis [6] *oris*,

Aut

1 Horatius, Pindari exemplo, qui Thebanos tamen deos heroasque laudat solum, hæc expressit ex illius od. 2 Olymp. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, Τίνα Θεὸν, Τίν' Ἥρωα Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν. V. Loens. misc. l. 7 c. 18. 2 *Heroës* a Pindaro & Hor. deos inter & homines ponuntur. 3 *Lyra*, ut gravior modestiorque, deorum, *tibia*, acutior & sonora magis, hominum laudibus convenit. 4 *Clio* (a κλείω *celebro*) laudibus apta. 5 *Imago jocosa*, Echo, Hebræis *filia vocis*. Od. 20. 6 *Helicon* mons in Bæotia Apollini, Musisque sacer.

Aut ſuper Pindo [7], *gelidove in Hæmo* [8]?
Unde vocalem [9] *temere inſecutæ*
Orphea ſylvæ [10],
Arte materna [11] *rapidos morantem*
Fluminum lapſus, celereſque ventos,
Blandum [12] *& auritas* [13] *fidibus canoris* [14]
Ducere [15] *quercus.*
Quid prius dicam ſolitis Parentis [16]
Laudibus: qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, & terras, variiſque mundum
Temperat horis [17]?
Unde [18] *nil majus generatur ipſo:*
Nec viget quidquam ſimile [19], *aut ſecundum* [20]:
Proximos illi tamen occupavit [21]
Pallas honores.
Præliis audax neque te ſilebo
Liber [22], *& ſævis inimica virgo* [23] *Belluis:*

7 *Pindus* mons Theſſaliæ, qui & Muſis conſecratus. 8 *Hæmus* mons Thraciæ Muſis ſacer. Cujus cum Hor. meminit, de Orpheo 6 verſibus ſeqq. canit. 9 *Orpheus vocalis*, quod lyræ vocem jungeret. *Temere* eſt facile. Epiſt. 1 n. 76 l. 1. 10 Hiſtoria Orphei ſatis nota; Tam peritus Muſices & Poëſios ſingitur fuiſſe, ut *ſaxa ferasque lyræ* moveret, filiuſque Calliopes & Apollinis haberetur. 11 Mater Calliope cantare eum docuerat. *Calliope* i. e. *quæ bellam habet vocem.* 12 *Blandus* eſt ſuavis, qui vocis dulcedine & harmonia trahit. *Blanditias dicere* eſt grata loqui. 13 *Senſu* audiendi præditas. 14 Cithara canora. Ovid. de Orpheo *Threïcia fretus cithara, fidibuſque canoris.* 15 Rapere quo vellet. 16 Ex antiq. Grammaticis hic lego *parentis*. Nam *Jupiter parens, pater* i. e. creator dicitur, a quo hymni incipiunt. 17 *Horas* pro 4 anni tempeſtatibus, quibus præſunt, ſumit. Hom. 18 Per quæ ſit ut &c. Vel qui ſe nil majus producit. Sed quam bella hæc theologia! 19 Apud Hom. Jupiter ſæpe ait nullum deum ſibi eſſe ſimilem, compararive ei poſſe. Et cum hic ſermo vero deo conveniat, ſunt qui Homero ejus agnitionem aſcribunt. Sed oppido favent illi theogoniæ architecto! Eum e Moſe furatum eſſe probat Huet. p. 4. 20 Nihil Jovi eſt ſecundum; nam nullus ordo eſſe poteſt inter infinitum & finitum. 21 Nam Pallas e Jovis cerebro nata & ad dextram collocata dicitur. Virg. *Proximus huic, longo ſed proximus intervallo.* 22 *Bacchus addit cornua pauperi, & in prælia trudit inermes:* dicitur *& Liber*, & *Lyæus*, nam vinum ſolvit curis. *Liberi* in oriente vocabantur principes & reges. Eccleſ. 10, 17. *O te beatam regionem, cujus rex eſt filius liberorum.*

Belluis : nec te metuende certa,
Phœbe, ſagitta [24].
Dicam & Alciden [25] *puerosque Ledæ* [26],
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem : quorum ſimul alba [27] *nautis*
Stella [28] *refulſit,*
Defluit ſaxis [29] *agitatus humor* [30] :
Concidunt venti, fugiuntque nubes :
Et minax, quod ſic voluere [31], *ponto*
Unda recumbit.
Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompilî regnum [32] *memorem, an ſuperbos.*
Tarquinî faſces [33], *dubito, an Catonis*
Nobile lethum [34].
Regulum [35], *& Scauros* [36], *animæque magnæ*

Prodi-

Bochart. ex Eſai 34, 12. 23 Diana venatrix. 24 Apollo ſagittas in homines, ut in Niobes gemina prole patuit, mittit : & Hom. narrat, ejus ſagittas peſtem intuliſſe caſtris Græcorum. Inde liquet male vulgo occini cantilenam illam, *Neque ſemper arcum Tendit Apollo.* 25 Herculem : cujus avus Alceus, pater Amphitryo. 26 Caſtorem & Pollucem. 27 *Albus* & *lucidus* pro ſalutari. 28 *Stella* pro *ſtellæ* poët. Nam ſi una ſtella appareret, ſignum erat tempeſtatis. Ita lib. 3 od. 1. *Hædus* pro *hædi.* 29 Bella tempeſtatis jam ſedatæ deſcriptio : nam aquæ tum diu adhuc decidunt de ſcopulis, quæ eos texerant ; vel *Defluit* pro deſinit fluere. Ut, *Ruſticus expectat dum defluat amnis : at ille Labitur & labetur in omne volubilis ævum.* Ita Ovid. *Potui dedoluiſſe ſemel.* 30 *Humor, liquor, ſtagnum, lacus* ſæpe pro aquis maris. Nec hoc indecens Horatio, aliiſve. 31 Caſtor & Pollux θεοὶ σωτῆρες, ſed qui apud Jovem intercedunt pro periclitantibus. Catull. epig. 69 *Jam prece Pollucis, jam Caſtoris implorata*, & ibi Iſ. Voſſ. 32 Regnum Numæ Pompilii tam pacatum fuit, quam Romuli turbidum. 33 Memorat Tarquinium Priſcum, quintum Rom. Regem, qui Etruriam ſubegit, faſces ſeu imperii inſignia induxit, & annulos, & lecticas eburneas, veſtes purpureas, aliaque, quæ imperii ejus ſplendorem augent. *Superbum* enim magnificum ſæpe notare docet Serv. ad 2 Æn. *Poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi.* 34 Cato Uticæ audita Pompeji clade mortem ſibi conſcivit, lectis prius Platonis de immortalitate animæ libris. *Lethum nobile.* Hoc enim audito Cæſar dixiſſe fertur, *Invideo morti tuæ, Cato : nam & tu gloriæ meæ invidiſti.* 35 M. Attilius Regulus a Pœnis captus, Romamque fide ſua miſſus, ut Romanis pacem captivorumque permutationem ſuaderet, primus

Prodigum Paulum 37, *ſuperante Pœno* 38,
Gratus inſigni referam Camena 39,
Fabriciumque 40.
Hunc, & incomtis Curium capillis 41
Utilem bello tulit 42, *& Camillum* 43
Sæva paupertas 44, *& avitus apto*
Cum Lare fundus 45.
Creſcit occulto velut arbor ævo
Fama Marcelli 46: *micat inter omnes* *Juli-*

ea diſſuaſit: reverſus machinæ incluſus palpebriſque reſectis miſerabiliter periit. Od. 5 l. 3. 36 V. Val. Max. 37 Paulus Æmylius coſ. cum poſſet e clade Cannenſi recedere, maluit cum quadraginta quinque Rom. millibus occidi. Epitheton *Prodigi*, ſimiliaque vitiis proxima, nobilia ſæpe ſunt, ſed prudenter adhibenda. Ital. 2 od. 1. *Atrocem* vocat animum Catonis. 38 Annibale. 39 *Camenæ* forte a *canendo*. 40 Hic contra Pyrrhum miſſus ab eoque ad defectionem ſollicitatus ampliſſima illius munera ac promiſſa contemſit: nec id modo, ſed captivum ei remiſit medicum, qui veneno tollere regem ſpondebat. Pyrrhus de eo, *Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quam ſol a ſuo curſu averti poſſet*, Aur. Vict. 41 Quintil. l. 9 c. 3. leg. *intonſis*. Nam Priſci Romani capillitium promiſerunt, ut in ſtatuis apparet. P. Ticinius Mena a. V. C. CDLIIII. tonſores e Sicilia in Italiam adduxit, cum hic *Manius* Curius Dentatus floruit, intonſuſque coſ. optime & innocentiſſime remp. rexit, Sabinos vicit, Pyrrhum ſecundo in Italiam reverſum omnino profligavit, & a Samnitibus oblatum aurum rejecit, dicens, *Malle ſe aurum habentibus imperare, quam poſſidere*. V. Val. Max. 42 Tranſl. a more antiquorum, qui ſæpe recens natos infantes exponebant, nec tollebant, niſi quos vellent ſervare. Horatius eleganter de maximis illis viris ſic loquitur, quaſi Paupertas ipſa hos homines manibus ſuſtuliſſet mox a nativitate. 43 Camillus, nulli ſecundus, exul ab ingrata patria Romam a Gallis Senonibus captam liberavit, eoſque Italia expulit, & aurum ab iis receptum Jovi conſecravit. 44 *Sæva paupertas* non pro crudeli; quoniam illa tantos viros produxit, ſed pro *magna*. In bonam ergo partem τὸ *Sævus* accipitur. Virg. 12 Æn. *Maternis ſævus in armis*, & 1 Æn. *Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector*. Ennius *induta fuit ſæva ſtola*. Ita & *inſanus* vett. pro valde magno dixere, ut notavi ad Cic. pro Mil. c. 20 n. 3. 45 *Lares* ſunt dii domeſtici in angulo foci collocari ſoliti, qui locus in Occitania ſeu Languedocia la *Lar* vocatur. 46 Fama M. Claudii Marcelli cum in aliis tum maxime Syracuſarum expugnatione, & conſervatione jam olim nobilis fuit, eaque poſterorum virtute crevit, magiſque adhuc creſcet in juvene Marcello Auguſti ſororis filio, de quo præclara omnia ſperabant Romani. Hæc, ni fallor, Horatii ſententia eſt. Huc belle quadrat ſimilitudo arboris creſcentis, quæ prius radices agit, & tempore ramos late extendit. *Arbor* imago & emblema eſt principum, eorumque potentiæ: *V. Da-*

Julium ſidus 47, *velut inter ignes*
Luna minores *.
Gentis humanæ pater, atque cuſtos 48,
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæſaris fatis data 49: *tu ſecundo*
Cæſare regnes 50.
Ille ſeu Parthos Latio imminentes 51
Egerit 52 *juſto domitos triumpho*,
Sive ſubjectos Orientis oris
Seras, & Indos 53.
Te minor 54 *latum* 55 *reget æquus* 56 *orbem*:
Tu gravi curru quaties Olympum 57,
Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

O D.

nielia c. 4 v. 11, 12, &c. 47 Inter *omnes*, ſcil. ignes micat *ſidus Julium*, quod fulſit a morte Cæſaris, & quod creditum eſt animam ejus eſſe in cœlum receptam. Quare omnibus Cæſaris ſtatuis ſtella addita. *V. Suet. c. 88. Dio l. 45.* Si cuipiam conſtructio illa non placet, per ſyntheſin τὸ *omnes* refer ad ſuperiores heroas; & *ſidus Julium* pro Cæſare accipe. Male Rodell. *Sidus Julium* pro Marcello explicat. * Imitatur Pindari Iſthm. 4 Stroph. 2. V. Mur. var. lect. l. 9 c. 17. 48 Compellat Jovem, ut *Patrem* ſeu creatorem, & *cuſtodem* ſeu conſervatorem. 49 Thema ſeu genituram Auguſti hîc reſpici, & ſtellæ Jovis curam ejus mandatam, non video neque lego, ut D. Dacierius hîc vult; ſed quidem noram ſideris Capricorni, quo natus eſt, ipſi gratam fuiſſe. *Suet. in Aug. c. 94.* Jovis implorat tutelam pro Auguſto. Nam principes ejus in tutela ſunt: & fatis ipſe ſubjectus. 5 Prius dixerat, *Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum*, & hîc tamen rogat Jovem, ut Auguſtum ſecundum a ſe regnare faciat. Prius ergo de natura dei ἀκοινωνήτῳ; hîc de auctoritate & regimine agit. *Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet.* 51 Parthi adhuc indebellati (ut patet *ex Suet. in Jul. c. 79 & in Aug. c. 8*) ſub Julio, *Latio* i. e. imperio diu graves, ſero tandem ad Auguſtum obſides miſere, *in Aug. c. 43* ſed v. *Dio l. 51.* 52 Vox *agere* bene convenit triumpho, in quo manibus poſt terga revinctis ducebantur ante currum imperatoris. 53 Flor. in fin. *Seres quoque* (Scythiæ Aſiaticæ populi) *habitanteſque ſub ipſo ſole Indi miſere legatos amicitiam petentes.* 54 Alibi pulchre ait, *Dîs te minorem quod geris imperas.* 55 Torrent. tres codd. vidit ubi *lætum* reperitur, Auguſto ſc. principe. 56 *Si lætum* legas, *æquus* juſtum notat: Aliter *æquus* ad Auguſti animum ſorte iſta contentum recte refertur. 57 Vid. od. 34.

OD. XIII. AD LYDIAM.

Horatius Telephum rivalem sibi anteponi laudarique dolet, eumque in odium apud Lydiam adducere, tenerumque amorem suum testatum facere eidem cupit. Reconciliatam vide od. 9. l. 3.

Cum tu, Lydia, Telephi [1]
Cervicem roseam [2], *& cerea Telephi*
Laudas brachia [3], *væ* [4], *meum*
Fervens difficili bile [5] *tumet jecur* [6].
Tunc nec mens mihi [7], *nec color*
Certa sede manent: humor & in genas [8]
Furtim labitur [9], *arguens*
Quam lentis penitus macerer ignibus.
Uror [10], *seu tibi candidos*
Turparunt humeros immodicæ mero
Rixæ; sive puer furens
Impressit memorem dente labris notam [11].
Non, si me satis audias,
Speres perpetuum dulcia barbare
Lædentem oscula [12], *quæ Venus*
Quinta parte sui nectaris imbuit [13].

Feli-

1 *Telephum* in conjuratis contra Augustum V. Suet. c. 29. 2 *Rosea* hic ut Virg. de Venere l. 1 Æn. *& avertens rosea cervice refulsit* i. e. vivida. 3 Illud *Telephi*, *Telephi*, reprehensionem habet. *Cerea brachia* succi plena agilitatisque. 4 *Væ* hic dolentis est. 5 Unde *in fermento est*, ut Terent. ait, sive ut Cicero, *quod nec sorbere nec concoquere* potest. 6 Vett. *Jecur* sedem amoris & affectionum habuere. Infra od. 25. *Jecur ulcerosum* est amore correptum. 7 *Amantes amentes.* 8 Omnia hæc in amore sunt, ira, pallor, lachrymæ. 9 Licet te celare id velim. 10 Pro *macerer* Porphyr. l. *concremer.* Amantes & dolentes *uri* dicuntur. Virgil. de Didone *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.* Ter. in Eun. *Uro hominem.* 11 Ut odiosum faciat Telephum, *memori nota* i. e. durabili stigmate seu cicatrice eam deformatam dolet. 12 *Oscula* pro ore, labris. 13 *Quinta parte nectaris imbuit* i. e. aspersit puro gratoque odore & colore; unde alibi *fragrantia oscula* dicit. Athen. 2, 2 in f. mel vocat nonam ambrosiæ partem, ut notat Nannius. *Quinta pars Veneris nectaris*, vulgo *quintessentia*, cum

Felices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Divulsus querimoniis,
Suprema citius solvet amor die. 14

respectu ad quinque illas amoris lineas de quibus ad *Terent. eun. ac. 4. sc. 2.* plus satis agitur. 14 Constructio est, *Et quorum amor divulsus malis querimoniis non solvet*, sc. se, *citius suprema die.* Si *solvet* pro *solvetur* explices idem feceris. Ita Græci & Latini sæpe. Virg. 1. Æn. *Cum venti posuere.* Cicero *Terra movet* pro *movetur.*

Od. XIV. AD NAVEM,

Qua revehebantur amici in mare Ægeum.

Ut odâ 3. ita & hîc navem alloquitur, quæ ipsum post Bruti cladem in Italiam tulerat, ejusque amicos revehebat, quod non tam bene poterant sperare Augustum ipsis placatum iri, uti quidem Horatius. Hic cum sit fundus & ratio odes, allegorica explicatio corruit, & censura Peraltii in Horatium expuncta est. D. Dacierio ejusque magno socero Fabro pro novo invento antiquâ formulâ acclamo, *semper meminero.*

O Navis 1, *referent in mare te novi* 2
Fluctus! ô quid agis? fortiter occupa
Portum: nonne vides ut
Nudum 3 *remigio latus?*

C Et

1 Ipse Quintil. l. 8. ad remp. hæc omnia retulit, totamque odem allegoricam putavit. Sed qui fænum esse non vult, Dacierium hic audiet. Id certe Peraltium decuit, nisi bonæ menti bellum indicere, & parva componere magnis infeliciter statuisset. Prosopopoïæ sermonesque ad inanimata sacris profanisque scriptoribus sunt usitata. Interstrepit Rodellius, quæritque cur non refecerint prius in portu, si navis erat tam lacera? aut cur non in meliorem transibant? *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!* Corycæos in portu auscultasse, aut rerum consiliique egenis plures naves facile defuisse, & Horatium pro artis nauticæ peritia, & horrore navigandi, & ut poëtam loqui, non cogitavit. 2 Inter revectos eadem navi fuit Pompejus Varus, amicus Horatii, qui paulo post ad illum eadem de re scripsit l. 2. od. 7. *Te rursus in bellum resorbens Unda fretis tulit æstuosis:* qu. d. *me quod attinet, ego præsidium veniamque reperi, tu adhuc irato mari te commisisti, ut reliquiis vestris temet rursus jungas.* Quis non videt ex horum locorum comparatione secundum Dacierium judicandum esse? 3 Hæc navis ad Palinuri promontorium periclitata erat, cum Italiam peteret. Hor. l. 3. od. 4. *Devota non exstinxit arbos; Nec Sicula Palinurus unda.*

Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemant [4], *ac ſine funibus*
Vix durare carinæ
Poſſint [5] *imperioſius* [6]
Æquor? non tibi ſunt integra lintea,
Non dii [7]; *quos iterum preſſa voces malo.*
Quamvis Pontica pinus [8]
Sylvæ filia nobilis, [9]
Jactes & genus [10], *& nomen inutile.*
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit [11], *tu, niſi ventis*
Debes [12] *ludibrium, cave.*

Nuper

4 *Antenna* Belg. *de ſpriet. Antennas* pro principibus uſurpari, uti quidem *proceres* Belg. *Balk-noten*, capita trabium, non legitur. Argumentum odæ ergo ſervandum, nec ſine neceſſitate tam duræ allegoriæ fingendæ. *Gemere antennarum* eſt, cum vento incitato ſibilus ſtrepituſque exauditur ab iis. 5 *Durare*, ut apud Virg. *durate laborem*, active pro ſuſtinere, ut non ſuccingatur carina ſeu navis, quod Act. 27. v. 17. in Pauli navigatione eſt ὑποζωννύσθαι. 6 Impetuoſius. 7 *Non dii integri* i. e. non prora, aut puppis, in qua dii tutelares Caſtor & Pollux aliive ſolebant pingi. Ovid. 1. Triſt. el. 3. *Pictos verberat unda deos.* Inde & *puppis* vocatur *tutela*. D. Dacierius mavult hic allegoriam agnoſcere, quaſi dixerit Hor. *jam Pompejanas partes reliquiaſque diis* i. e. principibus ſuis *eſſe deſtitutas, & porro ſi ſemel adhuc tempeſtate jactentur, nullos ſupereſſe quos implorent.* 8 i. e. Navis e Ponto, arborum unde naves fiant, divite. 9 Hebræi eleganter filium alicujus rei dicunt, cui eſt deſtinatus aut deditus. Ita apud Matth. c. 26. v. 15. υἱὸν γεέννης, & Paul. ad Eph. 5. v. 6. υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Græci, illos ſæpe imitantes, filiorum filiarumque voces ad inanimata produxerunt, earumque rerum filios filiaſque dicunt, unde ſunt orta. Ita Pind. ἡμέρων παῖδα ἡλίκ *diem filium ſolis*. & βίαται παῖδα ἀμπέλου *vinum filium vitis* vocat. Julianus imp. in Cæſ. Sileni, Bacchi comitis, *filias* pro vitibus interpretatur, cum eas dicit viciſſe victorem omnium Alexandrum. 10 Ita phaſelus Ponti natalibus ſuperbit, *ultima ex origine Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine.* 11 Quid ſi, ut argumentum odes ſervem, ſic explicare tentem; *Etſi puppis picta ſatis adhuc ſalva ſit, navita tamen ei jam non fidit*, quod ſic eſſet quaſſata. Notetur *puppes* ſeu naves totas pictas ornataſque fuiſſe vett. 12 *Debere* de rei eventu, ut Græci Ὀφιλισκάνειν δίκην debere condemnationem, i. e. certo condemnatum iri. *Ludibrium* ut & ὕβρις Græcorum maneantiſque eleganter aſcribitur.

Nuper ſolicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaque non levis: 13
Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas. 14

13 Vel hinc conſtat argumentum. Quid enim aliter velint verba *nuper* & *nunc*; *tædium* & *deſiderium*, niſi illud ad ſuam, hoc ad amicorum navigationem referas. 14 *Interfuſa*, pro *fuſa inter Cycladas* inſulas LIII in cycli formam jacentes in Ionio mari; quæ *nitentes* dicuntur ab argilla, qua plenæ ſunt.

ODE XV.

Ut Trojano bello nihil apud antiquos celebrius, ita Horatius hac oda (ejuſdem carminis ac ſexta) Nereum de ruina Trojæ vaticinantem introducit, perinde ut Virgilius *l.* 1, *Æn.* Jovem fata Trojanorum prædicentem Veneri poſteritatique ſuæ; quanquam more nobis jure optimo exploſo.

Paſtor 1 *cum traheret* 2 *per freta navibus*
Idæis 3 *Helenen perfidus hoſpitam,* 4
Ingrato celeres obruit otio
Ventos 5, *ut caneret fera*
Nereus 6 *fata. Mala ducis avi* 7 *domum,*

1. Paris. nam principes eorumque filii paſtores erant olim. *V. quæ notavi ad Cic. orat. pro Dej. c* 9. *n.* 28. 2 *Trahere* lentam navigationem notat: nam Paris, cum Helenam Menelao hoſpiti abduceret, non recta Trojam rediit, ſed per multas regiones iter deflexit, ut ſe perſequentes effugeret. 3 *Navibus* ex Idæ montis arboribus confectis. 4 Receptus enim fuerat Paris in ejus palatio. 5 *Nereus* dicturus, ventis invitis, eorumque, ut Plaut. dicit, ingratiis, *otium* ſeu ſilentium imperat. Ita poëtæ, deo aliquo loquente, totam naturam ſilere faciunt. Id Callim. ἐυφημεῖν vocat; Εὐφημεῖ καὶ πόντος ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ *Ad Apollinis verba mare quoque ſilet.* Antiquus poëta *pauſam* vocat, quod Hor. hîc *otium*: *Mundus cœli vaſtus conſtitit ſilentio. Et Neptunus ſævus undis aſperis pauſam dedit: Sol equis iter repreſſit unguis volantibus: Conſtitere amnes perennes, arbores vento vacant.* Horat. alibi *otium ventorum* vocat *ſacrum ſilentium.* 6 Nereus Ponti filius, a mendacio alienus *Heſiodo theog.* v. 233. Is Horatio præ aliis placet. 7 Inauſpicato. Tranſl. a more Græcorum Romanorumque, qui auſpicia capiebant ex avibus, quæ bonæ malæve erant, prout bona aut mala nuntiabant.

Quam [8] *multo repetet Græcia milite,*
Conjurata 9 *tuas rumpere nuptias,* [10]
Et regnum Priami vetus. [11]
Eheu quantus equis, quantus adeſt viris
Sudor! quanta moves funera Dardanæ
Genti [12]*! jam galeam Pallas, & ægida,*
Curruſque, & rabiem parat. [13]
Nequiequam, Veneris præſidio ferox, [14]
Pectes cæſariem, grataque feminis
Imbelli cithara carmina divides. [15]
Nequicquam thalamo [16] *graves*
Haſtas, & calami ſpicula Gnoſſii [17]
Vitabis, ſtrepitumque, & celerem ſequi
Ajacem. [18] *tamen, heu, ſerus adulteros*

Crines

8 Helenam. 9 Omnes Græciæ principes, Helenâ raptâ jurejurando in portu Aulidis ſe obſtrinxerunt, Menelai injuriam vindicaturos. 10 *Nuptiæ* vox *μίσυ*, & in bonam & in malam partem ſumitur. Poëta vetus apud Cic. l. III. de orat. ſub fin. *Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis ſibi junxit nuptiis.* Petron. *nuptias facere* pro *συνοικίζειν*. Juſtin. l. 36. 6. de Antiocho, *novis quotidie nuptiis deditus erat.* 11 Troja ſub 6 regibus 200 admodum annos ſtetit. 12 Trojani Dardanidæ a Dardano primo conditore, qui & Dardaniam urbem condidit. 13 *Pallas* contra Trojanos *jam parat*, (ſtilo pöetico) pro *parabit ægida. Ægis* diis erat, quod hominibus *lorica. Ægis* Palladis, *horrifica* dicitur Virgilio; at Homerus, more ſuo, pluribus deſcribit terrorem ejus. *Currus*, bigas, quadrigaſque Palladis inventum idem prædicat. 14 *Veneris*, Æneæ mater pro Trojanis ſtabat: ſed cum non ſit bellicoſa, Paridi non proderit. 15 *Dividere carmina cithara*, eſt nunc his nunc illis carmina ludere cithara: ut *Dividere oſcula od.* 36. dixit, pro *impartiri, diſtribuere* ſingulis amicis; quanquam & *ἐν ποσὶ δὲν δόσιν*, & partito *ἀμοιβαίως* ſeu *ἀμοιβαδὸν* labore accipi poſſit. *V. Theocr. Idyl.* Θ. 16 *Vitabis thalamo* pro in thalamo. Poëta alludit ad pugnam, Paridem inter & Menelaum: nam ut Paris fere erat victus, Venus abduxit eum in receſſum odoriferum. 17 Tela Idomenei *Gnoſſii* ſeu Cretici: *Gnoſſus* ſeu *Cnoſſus* urbs Cretæ primaria, ubi cannæ naſcuntur ſagittis conficiendis aptiſſimæ. Minervam Tritoniam dictam, quod & *Gnoſſos*, quæ & *Tritta*, teſte Heſychio, incunabula ipſi fuerint, obſervat hîc D. Dacier. 18 Hom. Ajacem *ταχὺν celerem* vocat, eumque evadere poterat nemo. 19 Suo tempore, ait Servius, Paris pro adultero dicebatur; uti Achilles pro forti adhuc dicitur. *Crines adulteri*, pro

Crines 19 *pulvere collines.* 20
Non Laërtiaden 21, *exitium tuæ*
Gentis 22, *non Pylium Neſtora* 23 *reſpicis?*
Urgent impavidi te Salaminius
Teucerque 24, *& Sthelenus ſciens*
Pugnæ 25: *ſive opus eſt imperitare equis,*
Non auriga piger 26. *Merionem* 27 *quoque*
Noſces: ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre. 28
Quem tu, cervus uti vallis in altera
Viſum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu, 29
Non hoc pollicitus tuæ. 30
Iracunda diem proferet Ilio,
Matroniſque Phrygum claſſis Achillëi. 31
Poſt certas hyemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

crines mæchi illius Paridis. Ita Græci Latinique ſæpe ſolent loqui: niſi quis ſpeciem tonſuræ, qua effeminati utebantur, unde μαχὸν κείρεσθαι dicebantur, qui ſic tonderi ſolebant, intelligat cum Heinſio; vel *crines ſuppoſititios*, vel *adulteratos nimio cultu*: Eoque referat verba illa, *pectes Cæſariem*. Vid. Had. Jun. de coma, diſſert. c. 7. 20 In pulverem demittes. 21 Ulyſſem. 22 Ulyſſes ſignum fatale Minervæ rapiendo, & Achillem protrahendo in caſtra Græcorum, & cæde Dolonis Rheſique Trojam perdidit. 23 Neſtor conſiliis ad Trojæ caſum non exiguum attulit momentum. *Pylius* dictus; nam Pyli, urbe Peloponneſi natus eſt. 24 *Teucer*, Telamonis filius, natus Salamine, hod. *Coluri*. 25 *Sthelenus* filius Capanei, comes Diomedis, qui ſe in equo Trojano quoque abdidit. 26 In quoque curru duo viri erant, unus ἡνίοχος *auriga*, alter παραβάτης *pugnator* erat. Sthelenus ad utrumque paratus. 27 *V. ad.* 6. *n.* 14. 28 *Melior* pro fortior. Tac. 1 ann. 3 *Agrippa militia bonus.* 29 *Sublimis anhelitus* nihil aliud eſt, quam thoracis illa elevatio ex multo curſu. 30 Helenæ, quæ Paridem victum a Menelao objurgat apud Hom. Il. 3. *Tu te ante jactabas fortiorem eſſe Menelao.* 31 Iratus Achilles, ob ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeida, pugnare contra Trojanos noluit, & cum eo, ſine ulla dubitatione, continuerunt ſe ſui, adeoque cauſa fuit & cæteris Græcis, quod Trojæ excidium tamdiu prorogarent.

Od. XVI. Ad TYNDARIDEM.

E 2. ant. MSS, ubi inſcriptio eſt; *Palinodia Gratidiæ ad Tyndaridem æmicam*, & ex tota oda Gratidiam matrem jambis Horatii læſam, patet, filiamque Tyndaridem ideo fuiſſe iratam, Horatium autem hanc deprecari, reparatione offenſæ, quæ deformitatis forte exprobratio fuit, matri facta.

O *Matre pulchra* [1] *filia pulchrior*,
Quem criminoſis [2] *cunque voles modum*
Pones [3] *iambis* [4]: *ſive flamma*,
Sive mari libet Adriano. [5]
Non Dindymene, non adytis [6] quatit
Mentem ſacerdotum [7] incola Pythius: [8]
Non Liber æque [9], non acuta
Sic geminant Corybantes æra [10]
Triſtes [11] ut iræ: quas neque Noricus
Deterret enſis [12], nec mare naufragum,
Nec ſævus ignis, nec tremendo

Jupi-

1 Dum laudat mox formam, caput injuriæ videtur ſuſtuliſſe. Illam exoratam fuiſſe ſequens oda docet. 2 Maledicis. 3 *Ponere modum* pœnæ ſc., ſeu abolitionis. 4 Ἀμβίζειν Græce eſt *mordere*: unde *jambi* dicuntur *mordaces*. 5 Argute Mart. ad malum poëtam l. 5. epigr. 54. *Materia eſt, mihi crede, tuis aptiſſima chartis Deucalion; vel, ſi non placet hic, Phaëton*, i. e. aqua vel igne digna ſunt ſcripta tua. Cybele Dindymene dicta eſt, a Dindymis Phrygiæ monte, ubi Corybantes ſacerdotes ſacra ei faciebant, & tympanorum cornuumque ſtrepitu celabant Saturni τεκνοφάγον Jovis vagitum. 6 *Adytum* locus in templo ſecretiſſimus, ſacerdotibus ſolum pervius, ut ſanctum ſanctorum apud Judæos. 7 *Quatere* eſt commovere. Virg. habitum vatum, Apollinis furore correptorum & vaticinantium deſcribit, *Non vultus, non color unus, Non comtæ manſere comæ, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument.* 8 *Incola Pythius* eſt Apollo vatibus ſuis illabens. *Pythius* dictus a cæde ſerpentis Pythonis. Non ſolum Mercurium Moſis ſimulachrum facit illuſt. Huet. ut od. x. dixi, ſed & Apollinem: quod virga Moſis anguis facta, virgas Ægyptiorum in angues converſas deglutierit. Ab Apolline adhuc juvene Pythonem interfectum quod fabulentur, memores fuerunt Moſem in cunis Nilo innataſſe. *v. Dem. Euang. prop.* 4. 2. 9 Bacchus furore etiam ſuos corripuit. *V. od.* 19. *l.* 2. *od.* 25. *l.* 3. 10 *v. n.* 5. 11 Funeſtæ. 12 In *Norico* Illyrici provincia, ubi egregiæ ferri Chalybici fodinæ erant.

Jupiter ipſe ruens tumultu. [13]
Fertur Prometheus [14] addere principi
Limo [15] coactus particulam undique [16]
Deſectam, & inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro. [17]
Iræ Thyeſten [18] exitio gravi
Stravere, & altis urbibus ultimæ [19]
Stetere cauſſæ [20] cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum [21] exercitus inſolens. [22]
Compeſce mentem [23]: *me quoque pectoris*
Tentavit in dulci juventa [24]
Fervor, & in celeres iambos

C 4 *Miſit*

13 Ingens vis dei deæ re notatur, ſicubi veniunt. Ita od. XIX. *In me tota ruens Venus.* 14 Fertur Prometheus vir excellentis ingenii hominem de luto finxiſſe; fabula inde ducta, quod hominis originem primus Moſes literis conſignaverit, eumque de terra a deo formatum eſſe docuerit. V. Hæc & plura ab illuſtri Huetio in D. E. ad Moſem relata. D. Dacierio probabile porro videtur Horatium hæc habere a Simonide, qui creatis a deo omnibus animalibus, & mare formato, nec alia feminis formandis ſuppetente materia, eum ait ſumſiſſe facultates ſingulorum animalium, & his ingenium porcinum, aliis vulpinum, aſininum aliis &c. diſtribuiſſe. Melius Anacr. od. 2. omnibus in ſingula animalia conſumtis, feminis pulchritudinem datam ait. 15 Optimam materiam homini formando ſervarat. 16 Ab omnibus animalibus. 17 Hinc *Stomachum movere* pro irritare: *Stomachari* pro iraſci. 18 De Thyeſtis & Atrei diſſenſione refert *Serv. ad* 1. *Æneid.* Thyeſtes male huic reconciliatus, & uxoris ejus mæchus, filios ſuos appoſitos ſibi ab eodem vidit. 19 Proximæ. 20 Fuere *V. od.* IX. *n.* 2. Ita apud Græcos Latinoſque *ſtare* & *venire* ſæpe pro *eſſe*. V. & inf. od. 19. 21 Uti aratro circumducto ſignabant primas urbium ſedes, ita & aratro inducto earundem exeidium obſignabant. Prioris modi exemplum habet Virg. l. 5. Æn. *Interea Æneas urbem deſignat aratro, Sortiturque domos.* Quin *urbs* ab *urvando* ſeu arando dicta videtur. Poſterioris exempla apud ſacros & profanos ſcriptores ſunt. Nec id tantum, ſed & ſale ſæpe conſerebant ſolum urbium exciſarum. *V. Michæ c.* 3. *v.* 12. *& Jud. c.* 10. *v.* 45. *Sen. l.* 1. *de clem. Aratrum vetuſtis urbibus inducere* dicit. De Trojæ excidio Propert. l. 3. eleg. 7. 22 i. e. Victor. *Nam victoria natura inſolens & ſuperba eſt.* Cic. pro Marc. *Inſolens* Belg. *baldadig.* 23 Animum, θυμόν. 24 *Juventa* eſt ætatis; *juventus* perſonarum.

Miſit furentem[25]*: nunc ego mitibus*
Mutare quæro triſtia, dum mihi
Fias[26] *recantatis amica*
Opprobriis[27]*, animumque reddas.*

25 *Jambi celeres*, quia primus pes facilis ac brevis. Ἰαμβίζειν eſt λοιδορεῖν, ὑβρίζειν; quanquam jambi innocentes etiam ſint in uſu. 26 *Dum* eſt *donec*. Vult fellem vertere in ſuavitatem, inſolentiam in obſervantiam, *donec* &c. 27 *Recantare* prop. eandem rem dicere: Sed *re* hîc tantundem valet ac Græcum πάλιν *e diverſo*, & *retro*. Ita παλινῳδεῖν eſt *contrarium*, ſeu retro cantare. Ita Alcibiadi ſacerdotes *reſecrati* dicuntur. *Nep. in Alcib.*

Od. XVII. AD TYNDARIDEM.

Argumentum hujus odes bene intellectum lucem affundit toti odæ. Horatius jam Tyndaridi reconciliatus, auditis Cyri in eam offenſis, offert ei receſſum in villa ſua tutum ab inſolentis illius injuriis.

Velox amœnum ſæpe Lucretilem[1]
Mutat Lycæo[2] *Faunus*[3]*, & igneam*
Defendit æſtatem capellis[4]
Uſque[5] *meis, pluvioſque ventos.*
Impune tutum per nemus[6] *arbutos*
Quærunt latentes, & thyma deviæ
Olentis uxores mariti:[7]
Nec virides metuunt colubros,

Nec

1 Montem in Sabinis. 2 Monte Arcadiæ ad Alphei flumen, ubi Faunus ſeu Pan habebat ſua ſacra. *Mutat Lycæo Lucretilem*, hypallage; pro *mutat Lycæum Lucretili*. Mutamus enim quæ habemus cum iis quæ non habemus. 3 Idem deus ac Pan, κερασβόλος, ἀγρεύς, *montivagus* dictus. Huet. Moſen in iis multis rationibus invenit. Bochart. & Salmaſ. ab Hebr. *Fun*, quod *attonitum* notat, deducunt Terrores enim inducunt. At decem Moſis plagæ, ut totidem terrores notiſſimæ ſunt. 4 *Defendere* eſt arcere. Infra in Sat. *Modo ſit mihi menſa tripes, & concha ſalis puri, & toga quæ defendere frigus Quamvis craſſa queat.* 5 Semper. 6 Securitatis ſecum prædicatio ſecurum facit argumentum huic odæ præmunitum. 7 Capellæ quaquaverſum errant ſeu paſcuntur. Ita enim *errare*, *deviare* uſurpatur. Virg. *Illæ meas errare boves.* Eidem quoque *caper vir gregis* dicitur.

Nec Martiales hædulei lupos: [8]
Utcunque [9] *dulci, Tyndari, fistula* [10]
Valles, & Usticæ cubantis [11]
Levia personuere saxa. [12]
Di me tuentur [13]: *Dis pietas mea,*
Et Musa cordi est. Hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu. [14]
Hic, in reducta valle [15], *Caniculæ*
Vitabis æstus [16], *& fide Teïa,* [17]
Dices laborantes in uno
Penelopen, vitreamque Circen. [18]
Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub umbra [19]: *nec Semeleïus*

8 *Hædulei* scripsi cum Aurato. Quid enim? si *hædilia* legas, impingis in leges carminis: si *hæduliæ*, in analogiam talium vocabulorum: Bubile, equile, ovile, fœnile, invenio, at nusquam hæduliæ pro septis hædorum. *Hædulei* pro *hæduli*, ut *hinnulei* pro *hinnuli*. od. 23. 9 Simulac. 10 Orph. Hymn. in Pana, *Mundi harmoniam fistula cum concinere* ait, auctorque habetur fistulæ. Forte quod Moses, unde Pana fecerunt, ut *n.* 3. dixi, Israëlitis dux cantus narretur, Exodi xv. Vel ut Rev. Huet. observat, quod ille creationem mundi scriptis celebrarit. 11 *Ustica* mons & vallis in Sabinis, de qua in epist. *Continui montes, nisi dissocientur opacis Vallibus.* De montium eadem ac de hominis situ sæpe locutio est. *Cubans Ustica*, Tibur supinum. 12 *Levia saxa* sunt attrita torrentibus, Gr. λεσὰδες πίλραι. 13 Et hæc ad allicefaciendum sunt comparata, quo Tyndaris veniat in villam suam, ibique tuta sit ab insolentia Cyri. 14 Constructio plus satis perplexa, hæc est; *Hinc copia opulenta honorum ruris*, i. e. fructuum, *manabit tibi ad plenum cornu benigno. Cornu benignum* est plenum. Alludit ad Amaltheæ cornu. Hanc sic dicti 70 interp. tertiam Jobi filiam Ἀμαλθείας κέρας vertunt, c. ult. v. 14. Inde fabulæ origo. 15 In recessu flexuoso. 16 *Canicula* est stella, Gr. κύναςρον, σείριος a σείριοθαι arefacere. Vett. æstum, qui diebus canicularibus est, stellæ ascripserunt; cum soli, qui tum in Leone est, competat. 17 *Fide Teïa* i. e. nervo seu lyra Anacreontis, cujus patria Teos Ioniæ urbs, hodie *Sufor*. 18 *Laborantes in uno* i. e. Amantes unum Ulyssem. Hunc enim Penelope, constanter adeo fidelis & pudica uxor, desiderabat, eundemque *Circe vitrea*, seu perfida in virum suum, detinere voluit. Tranflatio vitri ad fidem est frequentissima. Alii tamen *vitream Circen* pulcram vertunt. 19 *Lesbium vinum* dulce

Cum Marte confundet Thyoneus [20]
Prælia: nec metues protervum [21]
Suſpecta Cyrum, ne male diſpari
Incontinentes injiciat manus,
Et ſcindat hærentem coronam [22]
Crinibus, immeritamque veſtem.

& non nocivum. *Duces pocula* eſt, hauries. Ita od. 3, l. 3. *Ducere nectaris ſuccos.* 20 *Semeleïus Thyoneus* eſt Bacchus furens. Θύειν, Θύων eſt *furere.* 21 *Protervus* forte a proterendo, ferocius laſcivientem & importunum notat, qualis Terentianus Clitipho, qui in conſpectu patris audet inferre manum in meretricis ſinum. 22 Ex oblatione innocentis Lesbii, præliis Bacchi, coronæque proſciſſione, non dubitem quin Cyrus male-ſobrius illam verberarit, rapuerit, duriterque habuerit. Et hoc puto eſt *incontinentes manus injicere.* Ita Cyrus infra lupo comparatur, & turpis dicitur. od. 33.

Od. XVIII. AD Quintil. VARUM.

Quis neget hanc oden ſcriptam ad Q. Varum illum qui cum tribus legionibus in Germania cæſus eſt? Certe Q. Varus poëta, eſſe non poteſt, ut quem Virgil. & Horat. Varium vocent. V. od. 24.

Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeveris arborem, [1]
Circa mite ſolum [2] *Tiburis, & mœnia Catyli.* [3]
Siccis [4] *omnia nam dura Deus propoſuit: neque*
Mordaces [5] *aliter diffugiunt ſolicitudines.*
Quis poſt vina gravem militiam, aut pauperiem crepat? [6]
Quis non te potius, Bacche pater [7], *teque, decens Venus?*
At, ne quis modici [8] tranſiliat munera Liberi,
Cen-

1 *Vitis* Græcis Latiniſque *arbor* dicitur. 2 Virg. de vite, 2 Georg. *Pinguis humus, variſſima terra.* 3 Tiburis mœnia a Catylo condita. 4 Græci Latinique *ſiccum* vocant qui non bibit, *humidum* contra. V. l. 4. od. 5. 5 Edaces, Gr. Θυμοδακεῖς. 6 Quis loquitur de incommodis militiæ paupertatiſve? Theogn. Εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρον ἀμελεδαίνω, Οὐδ' ἀνδρῶν ἐχθρῶν ὅτι με λέγωσι κακῶς. 7 *Bacchus pater* cum dicitur, ſubit recordari eum imaginem eſſe Noachi vitis conſitoris, & vini repertoris. 8 Verecundi, infra od. 27.

Centaurea monet 9 cum Lapithis rixa 10 ſuper me-
ro 11
Debellata: monet Sithoniis non levis Evius: 12
Cum fas, atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt avidi. 13 Non ego te, candide 14 Baſſa-
reu, 15
Invitum quatiam 16: nec variis obſita frondibus 17
Sub divum rapiam: ſæva tene cum Berecynthio
Cornu tympana 18: quæ ſubſequitur cæcus amor ſui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcani-

9 V. Fab. 5. l. 12. Met. Ovid. *Centauri* & *Lapithæ* ſunt Theſſaliæ populi. 10 Vel hinc apparet quam falſi ſint, qui *rixam* tantum putant contentionem verbalem, dum & pugnam notet. 11 In convivio. 12 *Sithonii* Thraciæ populus, pro omnibus Thracibus, qui epulantes cum cædibus deſinebant & pugnis: His *non levis*, ſeu iratus Bacchus, qui *Evius* dicitur a bacchantium clamore, vomituve ἰυῶι. Clem. Alex. adhort. ad gent. ait, *bacchantes coronatos ſerpentibus diſcurriſſe, ululantes* Εὐαν'. Εὐαν' *illam, per quam error & omnigena inde mala in mundo ſunt conſecuta.* V. & Prov. 23. v. 29. 30. 13 *Cum avidi libidinum diſcernunt fas atque nefas exiguo fine.* Perinde ut Juven. de muliere temulenta, Sat. 6. *Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.* 14 Bacchus enim amat candorem & veritatem. 15 Bochartus in Can. c. 18. *Baſſareus* recte explicatur per Æliani προλήνην *vindemiatorem*, cum *baſſar* Hebræis ſit *vindemiare*. Præ hac cæteræ etymologiæ ſunt affaniæ, ut Apuleji verbo utar. 16 *Quatere* eſt efferre myſteria, ſeu *commovere* de loco. Alluſio enim eſt ad Bacchi *trieterica*, quorum ſacra, in ciſtis alio tempore incluſa, inde proferebantur, & in montes a Bacchis geſtabantur. Plaut. in Pſeud. act. 1. l. 107. *Scis tu quidem Hercle, mea ſi commovi ſacra, quo pacto & quantas ſoleam turbellas agere.* Virg. 4. Æn. v. 301. *Qualis commotis excita ſacris Thyas.* Superſtitio perinde etiamnum cum ſanctorum imaginibus reliquiiſque ſolet agere in ſolemnibus proceſſibus. 17 Sacra Bacchi, Vannum, Thyrſos, Phallos, & haud dubie aliquam numinis effigiem edera pampinoque tegebant Bacchæ, & ut furioſæ erant, ſæpe evertebant, detegebantque. Horat. ergo vult tacite & cum gaudio Bacchi feſtum celebrare, ſeu cum ratione bibere. 18 Vult inhiberi omnia quæ ad inſaniam invitant, ejuſve habent ſpeciem, ut ad ſignum Bacchi furore corripiebantur audientes. Virg. 4. Æn. de Didone, ab abitu Æneæ jam amoris impatientia furente; *Qualis commotis excita ſacris Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia. Berecynthus* eſt mons & oppidum in Phrygia, ubi Cybele colebatur; cujus in ſacris tympana & cornua audiebantur, ut & in Orgiis.

Arcanique fides prodiga perlucidior vitro. 19

19 Vitia quæ occupant audientes ſignum Bacchi tria ſunt: *Amor ſui*, *gloria tollens verticem*, & *fides prodiga arcani*. Græci vocant φιλαυτίαν, ἀλαζονείαν, & ἀσιγησίαν. *Gloriam* pro gloriatione uſurpant Latini, ut *ſtare inanes glorias* Gellius l. 1. c. 2. P. Syrus *Cito ignominia ſit ſuperbi gloria.*

Od. XIX.

Videtur hæc oda compoſita poſt oden 1 lib. 4. ubi amoribus dicit jamdiu ſe renuntiaſſe, cum hic animum iis iterum reddat. At cum amantes ſic ſoleant, neſcio an certo ſatis de tempore compoſitionis, vel Horatii ætate poſſit ſtatui.

Mater ſæva Cupidinum, 1
Thebanæque jubet me Semeles puer, 2
Et laſciva Licentia 3
Finitis animum reddere amoribus. 4
Urit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore 5 *purius:*
Urit grata protervitas, 6
Et vultus nimium lubricus adſpici. 7
In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit 8, *nec patitur Scythas*, 9
Et verſis animoſum equis

Par-

1 Cicero de nat. Deor. multos ſtatuit Cupidines. 2 Bacchus qui filius Semeles, Thebarum regis Cadmi filiæ. Huic bene adeo cum Venere convenit, ut & ſacra haberent communia. 3 Licentia cum majuſcula L. Nam deam facit. 4 *Animum reddere amoribus* idem eſt ac appellere rurſus animum ad amores, eoſque cordi iterum ſumere. 5 Candidiſſimum marmor ex Paro, hodie *Pario*, una Cycladum inſula, venit. 6 *Protervitas*, feritas. V. inf. od 27. Hæc gratior in puella, quam obſequela & pudor. Nam *Nolo quod cupio ſtatim tenere, Nec victoria mî placet parata.* 7 *Lubricus aſpici* eſt *lubricus aſpectu.* Perſiſtit in eadem comparatione. Glycera candida & polita inſtar marmoris, & ut in eo facile laſes, ita ſui potens non eſt, illa viſa. 8 Egregie ſe obſeſſum amore dicit. De *Venere Cypria* V. od. 3. v. 1. Quid dei deæve ruere V. Od. 17. *Jupiter ipſe ruens tumultu.* 9 Scythas vett. dixere omnes Septentrionis populos.

Parthum dicere [10]*: nec quæ nihil attinent.* [11]
Hîc vivum mihi cæſpitem [12]*, hic*
Verbenas [13]*, pueri, ponite, thuraque,*
Bimi cum patera meri. [14]
Mactata veniet lenior hoſtia. [15]

10 Venus non patitur me ſcribere bella Scytharum & Parthorum, qui fugientes, ex equis animoſe pugnant. Virg. 2 Georg. *Fidentemque fuga Parthum verſiſque ſagittis.* 11 Sc. ad ſe, & amores. 12 In rebus moram non ferentibus *cæſpes virus* ſeu *viridis* pro ara erat. 13 *Verbena* quaſi *herbena*; ut pro *Heneti* dicuntur *Veneti*, pro *Heſperus*, *Veſperus*. *Verbena* ergo eſt omnis herba, qua aræ & victimæ coronabantur. 14 *Patera* vinum libabatur in Judæorum gentiumque ſacrificiis: & hinc eſt quod dicatur, *Vinum exhilarat cor Dei hominumque*, Pſalm. 104. & Jud. c. 9. 15 *Hoſtia* hic pro ſacrificio ſimpliciter. Sanguine enim Veneri ſacra non fiunt: eoque *cæſpitem*, *verbenas*, *thura*, *bimumque merum poni* jubet. *Veniet* pro *erit*, ut ſupra *ſtare* pro *eſſe*, Græcorum eſt; niſi ad ſuperiora adhuc reflectat, *in me tota ruens Venus Cyprum deſeruit*, Veneremque mitiorem porro ſperet affore.

Od. XX. AD MÆCENATEM.

Videtur hæc ad Mæcenatem reſponſio, poſtquam is ſe invitaverat apud Horatium; vel hujus certe vocatio. Quod ſcripta ſit poſt lib. 2. od. 17. non dubitem.

Vile potabis modicis Sabinum [1]
Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta [2]
Conditum levi [3]*, datus in theatro*
Cum tibi plauſus, [4]

Care

1 *Sabinum vinum* non optimæ notæ habetur. Vilitatis hæc ad Mæcenatem excuſatio primam argumenti partem corroborat. 2 Antiquitus condebant vinum in teſtis i. e. amphoris ſeu cadis fictilibus. *Græca teſta* dicitur, quod Πλασικὴ *figulina* in Samo inventa ſit. 3 Vaſa illa pice, cera, vel gypſo linebantur, aut ſignabantur, ne vinum fugeret, lenteſceret, ac muceſceret. An & quo ea in numerato haberent, uti nunc lagenas notant numeralibus notis? Aperire vero & reſignare vaſa illa, dicitur *relinere*. Ter. Heaut. a. 3. ſc. 1. *Relevi omnia delita.* 4 Quantum geſtiat excipere Mæcenatem, monſtrat, cum vinum hoc Mæcenate reſtituto, primumque in theatrum apparente, paraverit. Ut ergo a Coſſ. vinum denominatur, ita & hic a reſtitutione ejus, populique acclamatione, V. od. 17. l. 2.

Care Mæcenas, eques 5 *: ut paterni*
Fluminis 6 *ripæ, ſimul & jocoſa*
Redderet laudes 7 *tibi Vaticani*
Montis imago. 8
Cæcubum 9*, & prælo domitam Caleno* 10
Tu bibes 11 *uvam : mea nec Falernæ*
Temperant vites 12*, neque Formiani*
Pocula colles. 13

5 Mæcenatis modeſtia nota. Regibus enim ortus, & Auguſti annulo ſignans, ut nunc Cancellarius, & curam Urbis ſuſtinens, & multis ampliſque Auguſti præmiis affectus, in equeſtri ſtatu vitam degit, nec ſprevit pauperem deſtitutumque Virgilium, non ſalſamentarii aut libertini filium Horatium, non Propertium, non Varium, alioſque. At nunc, quod Anton. de vita ſua, ait l. 1. verum; ἐκπίπτειν οἱ καλούμενοι εὐπατρίδαι εὐθυργώτεροί εἰσι; *Omnino patricii inhumaniores ſunt.* 6 *Tiberis paternus* dicitur Mæcenati Etruſco, ut qui fluit ab Appenninis montibus per Etruriam, Sabinos, Latinos, ad Oſtiam. 7 Acclamatione plauſuque populi ſolebant miſceri laudes. Perinde de Germanico poſt decubitum in theatro apparente teſtatur Tac. ann. l. 2. c. 72. 8 *Vaticanus mons* nunc S. Petri Baſilica trans Tiberim; & theatrum Pompeji intra urbem, prope Tiberim erat. Ergo in Tiberi intermedio Echo luſit. 9 Vina Campaniæ Italæ, in qua & oppidum Cæcubum, nobilia erant. 10 *Calenum vinum* a Calenis, oppido prope Capuam. 11 Scil. *tecum.* 12 *Vinum Falernum* eſt quoque Campaniæ, eoque nobile. 13 *Formiani colles* erant ad littus maris. De his aliiſque Campaniæ locis V. Flor. l. 1. c. 19. *Mæcenatiana vina*, de quibus Plin. lib. 24. c. 6. nihil huc pertinent, dum a nomine alicujus loci ſic dicta ſint.

Od. XXI.

Horatius hanc oden conſcripſit a. æt. 44, ſi hîc loquitur de illa peſte quæ M. Marcello & L. Aruntio coſſ. a. v. c. 731. Romæ incubuit. At melius habetur hymnus præparatorius ſeculari, qui extat in fin. l. 5.

Dianam teneræ 1 *dicite virgines :*
Intonſum 2*, pueri, dicite Cynthium,* 3
Lato-

1 In hymnis ſecularibus honori Apollinis & Dianæ chori juvenum puellarumque ἀμοιβαῖοι ſeu per vices cantabant. 2 Apollo & Bacchus barbatuli, & promiſſa ſenilique barba exhibentur. Nec Apollo tantum, ἀκερσεκόμης *intonſus*, ſed & χρυσοκόμας *auricomus*, χρυσοκεράς *aurea cornua habens* cognominatur, ob fulgorem e Moſis vultu exeuntem, ut vult *D. Huet. in Dem.* Aliter *Apollo* pro ſole, Diana pro luna habentur. 3 *Cynthus* eſt mons Deli.

Latonamque ſupremo
Dilectam penitus Jovi.
Vos lætam fluviis, & nemorum coma, 4
Quæcumque aut gelido prominet Algido, 5
Nigris aut Erymanthi 6
Sylvis, aut viridis Cragi. 7
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemque, mares, Delon 8 *Apollinis,*
Inſignemque pharetra,
Fraternaque humerum 9 *lyra.* 10
Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem,
Peſtemque à populo 11, *& principe Cæſare, in*
Perſas, atque Britannos 12

Veſtra

4 Sylvæ & flumina Dianæ ſunt, & vias portuſque cum fratre Mercurio communes habet. 5 *Algidum* oppidulum inter Tuſculum & Albanum montem, cui frondes ſylvarum imminebant: nunc *Rocca del Papa.* At *Algidum nemus* eſt *Selva dell' Aglio.* 6 In Arcadia mons, urbs, & flumen, Erymanthus vocatur. 7 *Cragus* & Anticragus ſunt duo montes Lyciæ. Ille valde celebris fabula Chimeræ, habetque octo faſtigia, urbemque ſibi cognominem. 8 *Tempe* cum *Delo* junguntur hîc, quod Apollo, Pithone ſerpente occiſo, ibi ſe expiarit, & laurea coronaverit, aramque exſtruxerit. 9 Vett. quicquid excellens erat, ſignumque poteſtatis habebat, humeris imponebant. Ita Apollo Il. α. v. 44. τόξ' ὤμοισιν ἑλὼν, ἀμφηρεφέά τε φαρέτρην *Arcum humeris habens, & circumtectam pharetram.* Virg. 11. Æn. *Aureus ex humeris ſonat arcus.* Ita incomparabilis Huetius videtur locum illum Callimachi, qui eſt hymnus in Cererem, explicaſſe, cum dicit Nicippen ſacerdotem ſuam geſtaſſe καλλωμαδίαν κλεῖδα, additque, clavis illa humero ferri ſolita, videri poſſit inſigne fuiſſe ſacerdotii, ad verba Eſaiæ cap. 22. v. 22. *Dabo ipſi* (Eliakimo) *clavem Davidis ſuper humeros*; ſed addit *claves* veterum falcis inſtar fuiſſe incurvas; adeoque quid mirum, humerum ferendis iis requiſitum? Nullus locus illam, quam dixi obſervationem, plus illuſtrat, quam Jobi c. 31. v. 36, ubi volumen ſeu commentarium vitæ ſuæ innocue transactæ, ſi conſcriberetur, dicit *ſe portaturum humeris ſuis, ſibique eo circumdaturum velut coronam.* D. Dacierius de his cogitandi anſam dedit. 10 *Lyram fraternam* dedit: nam Mercurius, lyræ inventor, cum Apollinis boves abegiſſet, ei lyram donavit, & viciſſim ab eo caduceum accepit. 11 Apollo medicinæ inventor, & ἀλεξίκακος ſeu *malis averruncus* eſt, licet etiam *metuendus ſagitta*, ut od. 12. vidimus. V. Macrob. Saturn. l. 17. 12 Cum dii mala immitterent, non rogabantur pla-

Veſtra motus aget prece. 13

ne ut ea tollerent, ſed in alios derivarent, aliamque quærerent victimam, cum ira eorum deberet in aliquem cadere. Ita Architas dicit nautæ od. 28. *Quodcunque minabitur Eurus Fluctibus Heſperiis, Venuſinæ Plectantur Sylvæ.* Ita in multis v. Pſalm. 79. 13 Hymno ſc. illo ſeculari qui eſt inf. l. 5.

Od. XXII. Ad Fuscum Aristium.

Hæc oda ad Fuſcum Ariſtium Rhetorem, Grammaticum & Poëtam, ad quem lib. 1. epiſt. 10. ſcripta eſt.

I Nteger vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauris jaculis [1], nec arcu,
Nec venenatis gravida ſagittis, [2]
Fuſce, pharetra,
Sive per Syrtes iter æſtuoſas, [3]
Sive facturus per inhoſpitalem
Caucaſum [4], vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes. [5]
Namque me ſylva lupus in Sabina, [6]
Dum meam canto Lalagen [7], *& ultra*

Ter-

1 *Mauris jaculis* lego, ut Petron. in Bello civ. *Quæritur in ſylvis Mauris fera.* 2 Tela ferro armabant jam olim Græci. Hom. Ody. α. Φάρμακον ἀνδρόφονον διζήμενος, ὄφρα οἱ ἕταροι Ἰὸν χρίσωσι χαλκηρόες. Virg. 9 Æn. *Quo non felicior alter Ungere tela manu, ferrumque armare veneno.* Parthis tamen & Scythis, & maxime Mauris mos iſte uſitatus eſt. 3 Syrtes Africæ nihil opus eſt intelligi, ſed & alia loca fabuloſa & æſtuoſa ita appellantur. 4 *Caucaſus Gog-haſan*, Colchis & Armenis, qui ſemi-Chaldæa dialecto utuntur, i. e. *Gagi monumentum*, ait Bochartus Phal. l. 3. c. 13. Eſtque mons Scythiæ, ubi multa ſecula Pyreum irreſtinctum ſervatum fuit. Huet. Dem. prop. 4. ſub fin. c. 5. Græcis ἄξενος, ἀπάνθρωπος, ἄβατος ἐρημία. Salmaſ. duplicem facit Caucaſum, Indicum ſeu magnum, & Colchicum. 5 *Hydaſpes* Indiæ fluv. hod. *Lobchan. Lambere* eſt præterlabi. Virg. *legere littora. Fabuloſus* eſt celebratus hominum ſermonibus, ut od. 4. *Fabulæ manes.* 6 Alibi dicit ſe dormientem, in loco remotiſſimo tectum, a columbis lauri myrthique foliis, ibique ſecure inter viperas & urſos dormiviſſe. 7 *Lalage* a λαλαγῆσαι. Pind. Olymp. Θ. Μὴ νυν λαλάγει τὰ τοιαῦτα παρὰ καιρόν, *Ne jam crepet talia alieno tempore* ſcil. de diis. V. od. 5. l. 2.

Terminum [8] *curis vagor expeditus,*
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunia [9] *in latis alit esculetis*
Nec Jubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix. [10]
Pone me pigris ubi nulla campis
Arbor æstiva recreatur aura: [11]
Quod latus mundi [12] *nebulæ, malusque*
Jupiter [13] *urget.*
Pone sub curru [14] *nimium propinqui*
Solis, in terra domibus negata: [15]
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem. [16]

8 Per avia. 9 *Daunia* est Apulia, hod. Capitanata. Δαῦνος, δαύνω notat *densum, tectum*: est enim arborifera valde, & γῆ δάσεια opus ad arbores nutriendas. 10 *Mauritania* pars Numidiæ, quæ parebat Jubæ, ubi agri deseri debuerunt leonibus & tigribus. Latius de Jubæ tellure loquitur, ceu de tota Africa belluis feraciſſima. 11 Sub zonis frigidis, quas duas ἀξένους seu *inhoſpitales* vett. crediderunt. 12 Recte *latus* dicit; nam duæ illæ circa polum Arcticum, & Antarcticum zonæ, sunt duo latera mundi. 13 Aër. 14 Sub zona torrida inter duos tropicos. 15 Ita & hanc *inhabitabilem* vett. crediderunt; nunc habitata est, & æstus diëi noctis frigore temperatur. Orbem priscis etiam maximam partem circumnavigatum esse, probat Cluver. introd. Geogr. l. 1. c. 13. ibique Buno, 16 *Risus* & *loquela* in puella grata sunt, si non sit nimia, qualis mulier illa, contra quam elegans extat declamatio apud Libanium.

OD. XXIII. AD CHLOEN.

Vitas hinnuleo me similis Chloë, [1]
Quærenti pavidam montibus aviis
Matrem, non sine vano

D *Aura-*

1 *Chloë* proprie *viridem virentemque* notat. χλόη enim est *herba*. Alia hîc occurrit, quam apud Martial. l. 3. epigr. 53. Utraſque vero Chloë illa, de qua S. Paulus 1 ad Cor. c. 1. v. 11, tantum superat, quantum Minerva sues, aut aquila culices.

Aurarum, & ſylvæ[2] *metu.*
Nam ſeu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis[3], *ſeu virides rubum*
Dimovere lacertæ[4]
Et corde, & genibus tremit:[5]
Atqui non ego te, tigris ut aſpera,[6]
Getulusve leo[7], *frangere*[8] *perſequor.*
Tandem deſine matrem[9]
Tempeſtiva ſequi viro.[10]

2 *Silvæ* leg. per diæreſiu: ut, *Stamina non ulli diſſolvenda deo.* 3 Zephyris Veris comitibus, qui rum ſolum ſuſurros excitant & auras per folia. 4 *Lacertæ* χλωρισάυρα, *Een Hagedisſe.* 5 *Tremit* ſc. *himantes.* Nihil tenerius dici poſſit. Hom. Il. o. v. 282. Τρέβησαν, πᾶσιν δὲ παρὰ στῆθεσι θυμὸς. *Timuerunt, omnibus autem in pectore decidit animus.* 6 *Tigres* urbes quoque obſidione terrere adnotat Barth. animadv. ad Stat. Theb. l. 5. v. 204. Feminino generi jungit Hor. creditum enim non paucis mares non eſſe, quod hi raptores ſeu venatores viſos mox fugiant. 7 *Getulia* pars Mauritaniæ, ſed quia Mauri tam ſæpe ſolum verterunt, pro Africa ſumitur belluis feraciſſima, od. præc. n. 10. 8 Appoſite ad feras. Quanquam & τὸ *frangere* κακέμφατον forte ſit. 9 Horat. ſic loquitur, quod in Græcia & Italia filiæ ſemper manerent apud matrem, dum nuberent. De OEcuria illa v. Hofmani lex. 10 *Tempeſtiva* eſt ἐπίγαμος & ὡραία, *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.* Juſtinianus *viripotentem* dicit anno duodecimo.

OD. XXIV. AD VIRGILIUM.

Defleri equidem Varum poëtam, Virgilii cognatum, hîc putem, ex iis quæ Serv. ad ecl. Virg. Alium vero ab hoc Varium eſſe, de quo od. 6. & Virg. ecl 9. nullus dubitem. Imo & alius adhuc Varius, poëta quoque, cui, ut & Tuccæ, carminum Virgilii, quos cremari juſſerat, correctio ab Auguſto mandata eſt, reperitur.

Quis deſiderio[1] *ſit pudor, aut modus*
Tam cari capitis[2]*? præcipe*[3] *lugubres*
Cantus

1 Dolori ob amiſſum Varum. De ratione lectionis hîc, v. Mur. var. lect. l. 9. c. 7. 2 Græci Latinique *caput* pro homine uſurpant, Hor. l. 2. ſat. 1. *Quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum Millia.* Φίλη κεφαλὴ, μιαρὰ κεφαλὴ pro *amico, ſcelerato.* 3 *Præcipere* docentium eſt. Hor. de Art. poët. v. 335. *Quicquid præcipies eſto brevis, ut cito dicta Percipiant animi dociles, teneantque fideles.*

Cantus, Melpomene: cui liquidam pater
Vocem [4] *cum cithara dedit.*
Ergo [5] *Quintilium perpetuus sopor* [6]
Urget [7]*? cui Pudor, & Justitiæ soror*
Incorrupta Fides, nudaque Veritas, [8]
Quando ullum invenient parem?
Multis ille quidem flebilis occidit:
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili. [9]
Tu frustra pius, heu! non ita creditum,
Poscis Quintilium Deos. [10]
Quod si [11] Threïcio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem, [12]
Non vanæ redeat sanguis imagini [13],

4 Puram. Ita Cic. orationem *liquidam* & *puram* conjungit. Huic opponitur *vox fusca*. Plin. 27. 6. *Venere vox revocatur, cum e candida declinat in fuscam.* 5 *Ergo*, dolentis & indignantis est. 6 Vett. a mortis nominatione abhorrebant. 7 *Premere* est occupare, & retinere. Virg. *Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus.* Vid: quæ dixi ad c. 4. orat. 4. in Catil. in fine. 8 Pudorem, Justitiam, Fidem, Veritatem deos facit. 9 V. argum. Odes. *Occidere* vero de magnis & probatis viris dicitur: est enim transl. a sole. Virg. *Quin occidit una Sarpedon, mea progenies.* 9. *Frustra pius*, vel *frustra poscis*. *Pius* dicitur qui præstat officium suum parentibus, cognatis, amicis, patriæ. 10 Locutio juris. *Creditum* reposcenti reddere, bona fides postulat. Inde *animam reddere* dicimur, pro *mori*; tanquam qui illam ad hoc acceperimus, ut restitueremus. Lucr. l. 3. *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.* 11 D. Faber e Mss. ubi *quid si*, reponit *quin si*, sensu, Horatio, aliisque frequenti. 12 *Orpheus* cantu fidis seu chordæ arbores movere, ut se sequerentur, poterat, (v. od. 12.) non tamen Euridicem suam uxorem ab inferis potuit revocare. Ovid. met. x. fab. 1. 13 *Vana imago*, est εἴδωλον, phantasma. Plato hoc illustrat in conv. Ὀρφέα μὲν γὰρ ἀπέπεμψαν ἐξ ἅιδου φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἧς ἦλθεν ἕνεκα, αὐτὴν δ' οὐ δόντες, *Orpheum re infecta remiserunt ab inferis, neque enim uxorem, ob quam venerat, restituebant, sed illius phantasma monstrarunt.* Theologia gentilis hîc vaga & vana fuit. Sapientissimi animas post mortem vivere, & in cœlis versari, ajebant. V. Cic. Cato maj. c. 21. 22. Corpus in terra manere, sed ejusdem corporis umbram seu imaginem ad inferos ire, credebant. Virg. ideo dixit *tenues sine corpore vitas carne sub imagine formæ*, 6. Æn. v. 291. 292. V. Cic. 1 Tusc.

Quam virga ſemel horrida [14]
Non lenis precibus fata recludere, [15]
Nigro compulerit Mercurius gregi. [16]
Durum: ſed levius ſit patientiâ,
Quicquid corrigere eſt nefas. [17]

14 Caduceo, Virg. 4. Æn. v. 242. 243. *Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes, alias ſub tartara triſtia mittit. Virga* illa, ut legatus deorum, & dux animarum, utebatur Mercurius. At in his tam certa Moſis imago videtur, ut ſic caduceatores nobis adſint, vel in lætas cœleſtis Cananitidos ſedes inducamur, ut cum ratione id probavit illuſtr. Huet. Vid: od. x. 15 *Recludere* eſt aperire, & *retexere*, ut Ovid. met. x. f. 1. loquitur. *Lenis recludere*, Græciſmus frequens. Ita od. x. *Callidum condere.* 16 *Nigro gregi*, umbrarum ſcilicet, vel in unum gregem, ut ecl. 7. v. 2. 17 Sententia ad ſolatium certiſſima. Virg. 5. Æn. v. 710. *Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.* Ter. *Sic, ut quimus ajunt, quando ut volumus, non licet.*

OD. XXV. AD LYDIAM.

Hæc oda, poſt 8 & 13 ſcripta, planeque ſatyrica, comprobat meretricis verba apud Ter. Heaut. a. 2. ſc. 4. *Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt: Hæc ubi imminuta eſt, illi ſuum animum alio conferunt. Niſi ſi proſpectum eſt interea aliquid, deſertæ vivimus.*

Parcius [1] *junctas quatiunt feneſtras*
Ictibus crebris juvenes protervi, [2]
Nec tibi ſomnos adimunt: amatque
Janua limen, [3]
Quæ prius multum faciles movebat
Cardines [4]*: audis minus, & minus jam,*
ME TUO [5] *longas pereunte noctes* [6]

Lydia,

1 Rarius. 2 Morem Romanorum, Græcorumque juvenum, v. od. 26. l. 3. & Theocr. Idyll. 2. 3 *Janua amat limen*, pro ſolet claudi. Poëtis & Græcis hæc locutio convenit. Quint. l. ix. c. iii. *Ex Græco*, inquit, *tranſlata Salluſtii plurima, quale eſt; Vulgus amat fieri.* 4 Prius enim uncti, uſuque triti, nunc ferrugine obſiti cardines. 5 *Me tuo*, initium cantilenæ amantium Lydiam, cum ipſis non aperiretur. Græci hunc cantum vocant παραπλαυσίθυρα, quod ante clauſam januam cantaretur. Formula eſt apud *Theocr. Idyll.* 3 & 23, & *Hor. l.* 3. *od.* 10. Acronem hîc auxit D. Dacier. 6 *Longas noctes*,

Lydia, dormis?
Invicem [7] *mœchos* [8] *anus arrogantes*
Flebis in ſolo levis [9] *angiportu,* [10]
Thracio [11] *bacchante magis* [12] *ſub inter-*
lunia vento: [13]
Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ ſolet matres furiare equorum, [14]
Sæviet circa jecur ulceroſum, [15]
Non ſine queſtu,
Læta quod pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto: [16]
Aridas frondes [17] *hiemis ſodali*
Dedicet Hebro.

ſunt hybernæ. V. 6. od. *Nox* aliter pro concubitu. Ter. Heaut. a. 2. ſc. 3. *Eius noctem orantem.* 7 Modo hunc, modo illum. *Acron.* 8 *Mœchi*, hic pro amatoribus accipiuntur. Ita Ovid. *Hæret adulterio cum cane nexa canis.* 9 *Levis* eſt vilis, ſpreta ab omnibus, quæque alios quos ſprevit, quærit iterum. D. Dacier *levem* explicat per exutam veſtibus. 10 *Angiportus* Terentio eſt vicus ſine exitu. 11 More Græcorum *Boream* vocat *Thracium*: nam illis e Thracia is ventus veniebat. 12 Inſaniente Virg. 4. Æn. de Did. *Sævit inops animi, totamque incenſa per urbem Bacchatur.* 13 Fleret tetro tempore, & in deſerto, ut teſtem doloris vitaret. *Interlunium* (quod plerumque tempeſtatibus plenum) eſt, cum ſol cum luna conjungitur, nec vetus aut nova cernitur, donec a ſole recedat. Ita & *intercolumnium*, quod eſt inter duas columnas. *interregnum*, quod inter antiquum & novum regnum intermedium eſt. 14 *Furiare*, novo verbo utitur, quaſi in furorem libidinis urgere. Virg. 3. Georg. v 266. *Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.* Inde ἱππομανὲς opprobrii loco ad mulieres libidinoſas traducitur. 15 V. od. XIII. n. 6. 16 Quod puellas juvenes ament, quas in edera & myrto intelligi voluit: *pullæ* enim, ſeu ſubnigri coloris puellæ amantur. Ita allegorice tantum hæc Acron explicat. At D. Dacier proprie, &, ni fallor, melius, ut ſolet. Intelligit ergo coronas ex edera & myrto; Ita od. 4. *Viridi caput impedire myrto*, & Virg. 1. Georg. 4. *Cingens materna tempora myrto.* 17 Per *aridas frondes* intelligit coronas marcidas. Græci Latinique coronas ſumebant cum amore corriperentur, eaſque cum amare deſinerent, ponebant, vel rumpebant, vel conſecrabant, dedicabantque. Ex hac obſervatione vis & elegantia hujus loci pendet. 18 Antiqui Thraciam, cujus Hebrus fluvius eſt, ut hyemis ſedem habuerunt. Fluviis enim multa conſecrabantur. Ideoque hæc lectio cum D. Dacier tuenda eſt, nec leg. *Euro*, ventis enim nihil dedicatur.

OD. XXVI. AD MUSAM.

Juſtinus l. 42. c. 5. argumentum huic odæ forte ſufficiat.

MUſis amicus, triſtitiam, & metus [1]
Tradam protervis in mare Creticum [2]
Portare ventis [3]: *quis ſub Arcto*
Rex gelidæ metuatur oræ, [4]
Quid Tyridatem terreat, unice
Securus. O quæ fontibus integris
Gaudes [5], *apricos necte flores*,
Necte meo Lamiæ coronam, [6]
Pimplea dulcis [7]: *nil ſine te mei*
Proſunt honores [8]: *hunc fidibus novis*, [9]
Hunc Lesbio ſacrare plectro [10]
Teque, tuaſque decet ſorores. [11]

OD.

1 *Triſtitia* de præſenti, *metus* de futuro malo eſt. 2 *Creticum* pro quolibet mari. Synecd. ſpec. pro gen. 3 Proverbiale orientis populis, Græcis, Latiniſque, *ventis tradere*, pro obliviſci. Ita Jobi c. 6. v. 30. *Vento dare ſermones hominis abjecti.* Apoll. 1 Arg. ἀνέμοισι δόλομεν. Tibull. 1. el. 5, *Hæc mihi fingebam, quæ nunc Cauruſque Notuſque Jactat odoratos vota per Armenios.* 4 In incerto & obſcuro hæc ſita ſunt. Forte reſpicit Phraatem, de quo Juſt. d. l. 5 Plenis, & mutationi non obnoxiis. Muſæ enim perturbationibus & doloribus carent. D. Dacier putat, poëtam ſuam lyræ inventionem, ut ſæpe, ita & hîc tangere, eoque integris fontibus eas gaudere, unde nemo hauſit. Quicquid ſit, iſtiusmodi epitheta, cum ſubjectis verbis vix conferri, poëtis, & Græcis, ac Homero maxime, frequens eſt. 6 Poëtæ opera ſua vocant coronas, quas imponunt capiti ejus, quem laudant. V. Mureti var. lect. l. 8. c. 1. 7 *Pimpla* Macedoniæ mons, & fons Muſis ſacer. 8 Sine Muſa (quod & Plato dixit) non multum honoris carmina conferent Lamiæ: vel, *Honores* vocat Lyrici carminis inventionem. 9 *Tò novis*, hîc non pro admirabilibus, ut Serv. explicuit *Pollio & ipſe facit nova carmina*, ſed de recens inſtructis chordis D. Dacier accipit, uti in rebus extraordinariis ſolebant. Ita Anacr. od. 1. 10 Lyrico carmine, quo Alcæus, e Lesbo poëta, uſus eſt. 11 Te, Pimplea, & reliquas Muſas, quæ ut Cicero pro Arch. de omnibus artibus humanitatis dixit, *communi quodam vinculo, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.*

OD. XXVII. AD SODALES.

Tempus, quo hæc oda ſcripta ſit, ſine damno neſcimus. Turbas in compotando datas fuiſſe videmus.

NAtis in uſum lætitiæ ſcyphis [1]
Pugnare, Thracum eſt. Tollite barbarum
Morem [2], verecundumque Bacchum [3]
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & lucernis [4] Medus acinaces [5]
Immane quantum diſcrepat [6]! *impium* [7]
Lenite clamorem ſodales,
Et cubito remanete preſſo. [8]
Vultis ſeveri me quoque ſumere
Partem Falerni? dicat [10] *Opuntiæ*

1 *Natis* pro factis. Ita Græci Latinique *naſci* pro fieri, eſſe. Cic. 2. off. c. 5. *Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcitur.* 2 Anacreon dicit Scythicum. At Scythæ, ut Thraces vicini ſui, barbari ſunt. V. od. IX. ubi ad ἀλαλὴν ſive ſtrepitum illum militum ante pugnam reſpicit. Lipſ. 3. ſel. ant. *Rixæ, clamor, contentio ad Thracas ablegantor, Eorum vice carmen, aliudve quid muſeum praferunto.* 3 Intendit ad Bacchi ſpeciem, quæ virginalis pingi debet, contra quam ſolet, niſi abdomen & venter ſint in pulchritudinis partibus. Poëta Phallicus ſeu Priap. carm. 36. *Trahitque Bacchus virginis teneræ formam*: ita & alibi. 4 Nam noctu potiſſimum convivia agitabantur. 5 *Acinaces* Belg. *Een halv-houwer*, pro quovis gladio. 6 Valde diſcrepat, non convenit, nec eſt aptus convivio lætitiæ & vino barbarus animus. *Acron.* Τὸ *immanis* notat *magnum* & *ſævum*. 7 Bacchum enim offendit. 8 Lib. 2. ſat. 4. v. 39. *Reponere ſe in cubitum*, dicet. Quod Acro hîc obſervat, *Diſcumbere* eſſe *hominum*, ut, *Superdiſcumbitur oſtro*; *accumbere* vero *divûm*, ut, *Tu das epulis accumbere divum*; & *recumbere* eſſe *ferarum*, ut, *Oſſa ſuper recubans*, non ſemper ſervatur. Accumbendi mos (feminis tamen ſedentibus) cuivis notus: ſed non perinde notum, antiquiſſimis temporibus aſſeſſum eſſe menſis, ut nunc ſolet. 9 *Falerni*, ait Athen. l. 1. deipno duo genera, αὐστηρὸν καὶ γλυκάζον. De illo poëta loquitur: nam de hauſtu in ſalutem amicarum videtur agi, erga quas amor haud aliter teſtatior cenſebatur in compotationibus, quam ſi eligerent vinum minus bonum. Ita fere Dacier hîc conjicit. 10 In compotationibus quoque quiſque ſolebat nomen amicæ ſuæ dicere: qui id rogabat, ſe obſtringebat toties bibere, quot in nomine eſſent literæ. Vellem D. Dacier hoc, ut & alia ſæpe, probare. Certe ludibunda Græcia hunc ludum neſcit, & ſi Latini eum habent, non

Frater Megillæ [11], *quo beatus* [12]
Vulnere [13], *qua pereat ſagitta.*
Ceſſat voluntas [14]? *non alia bibam*
Mercede, quæ te cunque domat Venus, [15]
Non erubeſcendis [16] *adurit*
Ignibus: ingenuoque ſemper [17]
Amore peccas [18]: *quicquid habes, age,*
Depone tutis auribus. Ah miſer,
Quanta laboras in Charybdi, [19]
Digne puer meliore flamma!
Quæ ſaga [20], *quis te ſolvere Theſſalis*
Magus venenis [21], *quis poterit Deus?* [22]

Vix

video quis propius ad illum accedat, quam Propert. l. 3. el. 9. *Sit ſors, & nobis talorum interprete jactu, Quem gravibus pennis torqueat ille puer.* 11 *Frater*, & *ſoror*, nequitiæ verba ſunt, & rei Venereæ ſerviunt. Mart. 2. ep. 4 Neſcio tamen an hîc conveniat. *Opuntia*, ab Opunte Locrorum oppido dicta eſt. 12 Hor. ex geſtu juvenis judicat eum in amoribus felicem: niſi τὸ *beatus*, honoris cauſa dicatur; Ut ſupra, *Beate Sexti.* Certe Principum adhuc viventium inſcriptiones *beati* titulo auctæ ſunt. V. Grut. inſcr. p. 283 n. 11. &c. 13 Hoc ad amorem eleganter refertur. Virg. de Didone, *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.* 14 Si nolit confiteri quam amet. 15 *Venus* pro amica. Virg. ecl. 3. 38 *Parta meæ Veneri ſunt munera.* 16 Od. 4. l. 2. *Ne ſit ancillæ tibi amor pudori.* 17 *Semper*, hîc ut apud Ter. And. 1. 2. 4. *Heri ſemper lenitas quorſum evaderet*, ſive pro *interea*, 18 *Ingenuos* quoque decente. Nam & *prius inſolentem Serva Briſeïs niveo colore Movit Achillem. Peccare*, ſtricte pro ſcortari. l. 1. ſat. 2. v. 63. *Inter Eſt in matrona, ancilla peccesne togata.* Mart. 1 ep. 35. Inde *mulier peccatrix*, Lucæ c. 7. 19 *Charybdis* varia nota eſt ſcriptoribus. Notiſſima eſt, quam poëtæ fabulantur mulierem fuiſſe rapaciſſimam, a Jove, cum Herculis boves ſurripuiſſet, fulminatam, & in gurgitem vorticoſum, qui eſt in freto Siculo prope Meſſanam, nunc *Cabo Faro*, quin & in monſtrum converſam: eamque proverbialem fecere. Sic dicta eſt, ait Boch. Can. 1. 28. a Punico *Chor-obdan, foramen perditionis.* V. Cluv. Sicil. p. 64. Kirch. mund. ſubt. 2. c. 15. &c. 20 *Saga*, incantatrix & malefica, ſic dicta quod ſatis agat, id eſt, quæ carminibus vel arceſſere poſſit mala, vel pellere, ait Acro. Sed cur non a *Sagire*, quod Ciceroni eſt *acute ſentire*? anus enim multa ſcire volunt. 21 *Venena* ſunt herbæ medicæ, eoque vox *μέσον*, ut & *magus* olim pro ſapiente uſurpabatur. Uſitatiſſime utrumque in malam nocentemque partem dicitur. *Theſſali* maleficia docti a Medea: quin hæc illac fugiens, ut fabulantur, per aërem pyxidem veneno plenam dejecit, idque ſparſum ſuppullulavit. 22 Ita gentes

Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chimæra. 23

loquuntur & Jovi ipſi oppedunt: Cic. in pro Marc. c. 7. in f. *Quem deum, ſi cupiat, opitulari poſſe veip. credamus?* Virg. 5. Æn. v. 17. *Non ſi mihi Jupiter auctor Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.* 23 Vult dicere; *Licet Pegaſus rediret cum Bellerophonte, & Pallas iis ferret ſuppetias, laborarent tamen, ut te ſat cito liberarent ex Chimæra illa.* Serv. 6. Æn. v. 288. explicat quid ſit Chimæra; nempe, ore leo, poſtremis partibus draco, media capra. Ita in fabulis. Revera, ait, eſt mons Siciliæ, cujus cacumen ardet, & juxta quod ſunt leones; in medio paſcua, quæ capreis abundant; ima vero montis, ſerpentibus plena. Hunc montem Bellerophon (caſtitatis, perinde ut Joſephus patriarcha heræ concubitum aſpernatus, exemplum) habitabilem fecit. Bochart. conjicit a Solymorum, ſeu Piſidarum, quos ille vicit, inſignibus, capra, leone, & dracone, & triplici forma illa, Chimæram dictam. *Can. l. 1. c. 6. v. & 1 part. Hieroz. l. 2. c. 6.*

OD. XXVIII.

Hæc oda ab Horatio jam ſeniore facta eſt, quo ſepulturæ mortuorum curam commendet, & ridiculam metempſuchoſis Pythagoricæ opinionem rideat, exhibens Pythagoreum illud ipſum rogantem.

TE maris & terræ, numeroque carentis arenæ
Menſorem [1] *cohibent, Archita,* [2]
Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera [3]*: nec quicquam tibi prodeſt*

1 Geometram denotat, cui Apollinis, ejus inventoris, quaſi ſymbolum, competit. Herodot. Οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης, *Novi arenæ numerum, menſuramque maris.* 2 Extat Platonis ad Architam, diſcipulum Pythagoræ, epiſtola. Sed cum is ante 300 admodum annos vixerit, de recens defuncto vita accipi melius poſſit, ſive is Tarentinus, ſive alius fuerit V. Gell. 10. 12. 3 Veteres non integras ac ſolidas glebas, ſed tritum ac minutum pulverem injiciebant mortuis: credo, ne preſſu dolorem eis aliquem adferrent. Nam eis etiam levem ac mollem terram optare ſoliti erant. Forte ex ſententia Democriti, qui cadavera quoque ipſa ſentire opinabatur. Ita & Euſt. Il. 14. v. 124. exponit. Nota & hæc ex Juven. *Dii majorum umbris tenuem & ſine pondere terram, &c.* Varro tamen & Cicero de glebæ injectione loquuntur. Docta Dacierii obſervatio eſt, cum verba illa, *parva munera pulveris exigui cohibent te prope littus*, explicat tanquam *deficientia, negata:* eoque adducit ex ſic dictis 70. interpr. ad Pſalm. 109. v. 24. Ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον *Caro mea mutata eſt*

Aërias tentaſſe domos [4], *animoque rotundum*
Percurriſſe polum morituro.
Occidit [5] *& Pelopis genitor, conviva Deorum.* [6]
Tithonuſque remotus in auras : [7]
Et Jovis arcanis Minos admiſſus [8] : *habentque*
Tartara Panthoïden [9], *iterum Orco*
Demiſſum [10] : *quamvis clypeo Trojana refixo* [11]
Tempora teſtatus, nihil ultra
Nervos, atque cutem morti conceſſerat atræ, [12]
Judice te, non ſordidus auctor [13]
Naturæ, verique [14]. *Sed* omnes una manet nox,
Et calcanda ſemel via lethi.
Dant alios Furiæ [15] torvo ſpectacula Marti : [16]
Exitio

propter oleum. Sed nihil neceſſe eſſet cœlum & terram, ut ajunt, movere, niſi odam adhuc expendens Architam *inhumatum* cernerem. Itaque Vir ille iterum omnino audiendus hîc eſt. *Matinum littus* eſt Calabriæ. Alii *Batinum*, quæ Appuliæ urbs eſt, intelligunt. 4 Archytas & aſtrologus erat. *Aëriæ domus* pro cœlo. Ita domus ſolis, Zodiaci, dicitur. 5 *Occidere* magnis viris convenit. Loquitur hîc figurate Archytas. 6 Pind. eid. 1. dicit, ſi quis alius mortalis, certe Tantalus a diis honoratus eſt. 7 Tithonus, Laomedontis filius, immortalis erat : ſed ſenio attenuatus, quaſi in aërem mutatus eſt. 8 *Minos* in concilio Jovis erat. Hom. de eo, Διὸς μεγάλε ὀαριςής. Et Plato in dial. *Minoïs* dicit, eum a Jove eductum & edoctum, eumque ſingulis novenniis cum Jove eſſe, & σόμα πρὸς σόμα loqui. 9 Pythagoram. Is *Panthoïdes* dicitur, quia dicebat ſe tempore belli Trojani Euphorbum filium Panthoï eſſe, animamque ejus in multis aliis commoratam corporibus, rediſſe ad Pythagoræ ipſius corpus. 10 Pythagoras primò a civibus ſuis interfectus eſt ; ſed cum Euphorbus eſſet ſecundò a Menelao. *Demittere* hîc ut apud Virg. Æn. 2. de Palamede in puteum merſo, *inſontem, infando indicio, quia bella vetabat Danis fere neci.* 11 Pythagoras probabat ſe fuiſſe Euphorbum illum Trojani belli, quia clypeum, quem tum geſtarat, quemque ex Junonis æde rapuerat, ubi Menelaus eum ſuſpenderat, agnoſceret. *Refigere* hîc pro ſolvere. Aliter *re* ſæpe intendit. 12 Architas tot exemplis, & Pythagoræ quoque, vult neminem mirari ſe quoque mortuum eſſe. Ridet Pythagoricos. 13 Elegans. Αὐθότης. 14 Per *naturam*, Phyſicam, & per *verum*, ethicam intelligit Faber ; probatque ex Ariſtot. in hac eum diſciplina primum fuiſſe D. Dacier. At v. Scheff. Phil. Ital. c. 5. 15 Hiſtorica in odis ſunt ut ſarcinæ principis regiſque in magnifico introitu, ait Dac. Sex ejus notæ ſequentes verſus ſatis cavent, ne faſtidium a prioribus obrepat. 16 *Spectaculum* hîc pro

Exitio eſt avidis mare nautis.
Miſta ſenum, ac juvenum denſantur funera: nullum
Sæva caput Proſerpina fugit. 17
Me quoque devexi rapidus comes Orionis 18
Illyricis Notus obruit undis 19.
At tu nauta vagæ 20 *ne parce malignus* 21 *arenæ*
Oſſibus, & capiti inhumato 22
Particulam dare: ſic quodcunque minabitur Eurus 23
Fluctibus Heſperiis 24, *Venuſinæ*
Plectantur ſylvæ 25, *te ſoſpite: multaque merces,*
Unde poteſt, tibi defluat æquo 26
Ab Jove, Neptunoque ſacri cuſtode Tarenti. 27
Negligis immeritis nocituram
Poſtmodo te natis fraudem committere 28 *forſan.*
Debita jura, viceſque ſuperbæ 29
Te maneant ipſum, precibus 30 *non linquar inultis:*

Teque

ludo jocoque. Græci eodem ſenſu θέα dicunt. 17 *Proſerpina*, περσεφόνη, qu. φέρουσα φόνην, ex ſuperſtitione antiquorum morituris ante capillos debebat abſcindere, & Orco ſic quaſi initiare. Virgil. 4. Æn. *Nondum illi Flavum Proſerpina crinem Abſtulerat.* Talis fuit Dalila Simſoni. 18 *Orion* eſt 17ſtellarum ſidus prope Taurum. Ὄμβριον eſt *pluere.* Nam cum ſe levat, tempeſtatem & pluvias affert, & cum *devexum* eſt, ſive ponitur. 19 Hinc facile conjicitur mare Adriaticum dictum fuiſſe Illyricum. 20 A ventis & mari diſjectæ. 21 Avarus. Ita *Benignus* liberalem notat, ut not. ſupra. 22 Præter jam dicta v. 3. addé quod prætereuntes debebant tantum pulveris injicere, donec corpus eſſet tectum. Ideo Quintil. illam terræ injectionem vocat *collatitiam ſepulturam.* A *capite* inchoabant, & hoc vocabant *injicere glebam in os.* V. Feit. ant. Hom. l. 1. c. 15. 23 Verum ὕψος ſeu ſublime, prodit ſe in rebus, quas extollimus metaphoris etiam hyperbolicis. Ita Virg. *Et pontem indignatus Araxes.* 24 Mari Italico. Italia enim vocatur magna Heſperia. 25 V. omnino in f. od. 21. *Venuſium*, Horatii patria, Apuliæ civitas. 26 Favente, propitio. 27 Neptunus Tarenti, maritimæ Calabriæ urbis, cuſtos erat. 28 Suſque deque habes, an poſteris tuis periculum concites. *Fraus* ant. pro periculo. Ita *fraudi non erit.* 29 Dicit illi corpus ejus quoque inhumatum fore. *Superbi* titulus hîc appoſitus eſt. Liv. notat Tarquinio *Superbi* nomen datum, quod ſocerum ſepultura prohiberet. 30 Imprecationibus, quas Græci ἀρὰς *diras* vocant. Jus talionis e Pythagoræ Schola etiam eſt.

Teque piacula nulla resolvent. 31
Quanquam festinas, 32 *non est mora longa, licebit*
Injecto ter pulvere 33 *curras.* 34

31 Nullum sacrificium avertit imprecationes. Lib. 5. od. 5. *Dira detestatio Nulla expiatur victima. Piaculum* notat crimen, & sacrificium. 32 Quintil. huc forte intendit, cum ait, *ignotis cadaveribus humum congerimus; & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocunque veneretur aggestu.* 33 Prætereuntes ter pulverem injicere debebant in cadaver. Romani hoc a Græcis: nisi potius omnibus gentibus sanctimonia quædam est sepulturæ. Qui vero neglexerant, Cereri singulis annis *porcam precidaneam* debebant. 34 Naviges.

OD. XXIX. AD ICCIUM.

Horatius loquitur hîc de expeditione Petronii Largi, ducentis contra Arabes, Augusto decimum Cos. unde constat hanc odam Hor, æt. 41 compositam.

I*Cci* 1, *beatis nunc Arabum invides*
Gazis, & acrem militiam paras
Non ante devictis Sabææ
Regibus 2*: horribilique Medo* 3
Nectis catenas: quæ tibi virginum
Sponso necato barbara serviet? 4
Puer quis ex aula 5 *capillis*

Ad

1 Torrent. notat scribi oportere *Iti.* Itiorum familia Romæ erat. 2 Hoc minor Græcis Romanorum potestas erat, quod *intacti* adhuc essent *Sabæi.* Ne tamen intelligas omnes. Sunt enim gentes eorum quatuor, ut Bochartus docet, pro totidem conditoribus. Et Josephus auctor est, jam ante Aretam Arabiæ Petrææ dominum, bellum a Scauro Pompeji legato redimere coactum. Ad Arabiam ergo Felicem, inter sinum Arabicum & Persicum contentam, in qua & Sabæi, hæc Ælii Largi expeditio tendit; refertque de ea Dio, *Illos Romanos primos & solos eo usque in hanc Arabiam arma sua tulisse.* Illam Aug. jam ante triennium meditabatur. v. od. 35. 3 Hac expeditione suscepta Romani totum Orientem spe sua devorabant. d. od. 35. 4 *Quæ, tibi serviet*, id est quam pulchra. Urit Itii libidinem, uti modo avaritiam lusit. Porro *virginem*, item *puellam*, pro juvencula conjuge etiam accipi, legenti cuivis notum est; uti & captivos sub victoribus servire, solita res est. 5 Regibus adolescentes nobiliores,

Ad cyathum ſtatuetur unctis, [6]
Doctus ſagittas tendere Sericas [7]
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus, & Tiberim reverti. [8]
Cum tu coëmtos undique nobiles
Libros Panætî [9], *Socraticam & domum* [10],
Mutare loricis Iberis [11],
Pollicitus meliora, tendis [12].

longeque petiti, apparebant. Ter. *Eſt ex Æthiopia uſque hæc.* 6 *Pueri* a cyatho Orientis regibus, unctо longoque ſtabant capillitio. Male ergo Ganymedes brevi cæſarie pingitur, ut D. Dacier hic. 7 *Seres* ſagittandi peritos innuit & Virg. 1 Georg. v. 123. Et ex iiſdem in Arabiam & Perſiam ſagittarios adoleſcentes arceſſitos, hîc patet. 8 Quis neget tam contraria fieri poſſe. Modo philoſophus, mox fit miles. Alludit ad proverbiale Eraſmi, in impoſſibilibus, *ſurſum verſus ſacrorum fluminum ſeruntur fontes.* Ita de inæquali inſperatoque conjugio Virg. ecl. 8. *Jungentur jam gryphes equis: ævoque ſequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.* 9 *Panætius* nobilis philoſophus Stoïcus ſcripſit de officiis, & patientia: familiaris fuit Scipioni, & Lælio, & a Cicerone valde paſſim laudatur. 10 *Domum Socraticam* i. e. Familiam, ſectam, diſciplinam, imo & *larem* vocat ep. 1. l. v. 13. *Ac ne ſorte roges, quo me duce, quo lare tuter, Nullius addictus jurare in verba magiſtri, Quo me cunque rapit tempeſtas deferor hoſpes.* Emerat autem Itius libros, Platonis, Xenophontis, & Academicorum, qui erant é Socratis familia. Ipſe Socrates nihil ſcripſit. 11 Hiſpanis, ſeu Luſitanis: nam aqua Bilbilis, aut Chalybis, fluviorum Luſitaniæ, ferrum optime temperatur, & acrius redditur, Juſtin. l. 44. c. 3. 12 *Tendis* pro contendis, pergis.

OD. XXX. AD VENEREM.

Ut propitiam reddat Venerem Glyceræ ei ſacrificanti, hæc oda ſcripta videtur. Oda XIX tempore paulo prior videtur.

O Venus regina Gnidi, Paphique [1],
Sperne [2] *dilectam Cypron, & vocantis*

Thure

1 *Gnidus* ſeu *Cnidus* Cariæ urbs, hodie miſer vicus, *chap chio* vel *crio*; *Paphus* eſt Cypri urbs: utraque Veneris cultu celebris. 2 Deſere, linque, poſthabeto: ita enim *ſpernere* olim uſurpatur. Non. in *ſperno. Melius eſt virtute*, id eſt robore, *ju*: nam ſæpe virtutem mali

Thure te multo [3] *Glyceræ decoram*
Transfer in ædem [4].
Fervidus tecum puer [5], *& ſolutis*
Gratiæ zonis [6], *properentque Nymphæ*,
Et parum comis ſine te Juventas [7],
Mercuriuſque [8].

nanciſcuntur : jus atque æquum ſe a malis ſpernit procul. Ita & Plaut. *Nunc ſpes, opes, auxiliaque a me ſegregant, ſpernuntque ſe.* 3 *Vocantis thure te multo.* Apparet Glyceram domi ſuæ ſacrificaſſe Veneri. Subit recordari perinde Venerem rogari, ut Amor ab Anacr. od. x Ἔρως, σὺ δ' ἐυθύτως με Πάρισσον. 4 Servius diu docuit *ædem* dici omne ædificium, ergo & ſacrum. Grammaticos ergo vel per eum ineptias dediciſſe, diu par erat. 5 Totum Veneris comitatum venire vult : nam magnifica & læta erant hæc ſacrificia domeſtica. Ita Thaïs Chremetem adoleſcentulum dum ad ſe pertentat ducere, *ait rem divinam feciſſe.* Omnino hic lege Prov. c. 7. a v. 13. 6 *Gratiæ*, *Charites* Græcis, aliorum parentum filiæ ab aliis creditæ ſunt. Eas *ſolutis zonis* venire vult, id eſt aperta omnia. An vero cum Venere junctæ frigora non formidant? Certe *zonam* pro ſtola muliebri ſumi, conſtat. *Zonam ſolvere* eſt nubere, ad coïtum ſe parare. At hoc nihil ad Gratias. Interpretes hîc tanquam indagine cincti hærent. Credo quod Gratias nudas ſemper pingi videant, neque eas olim veſtitas fuiſſe meminerint. 7 *Juventas* Veneri ſeu elegantiæ, & hæc illi convenit. *Juventas* Græce *Hebe*, pubertas, antiquis quoque *Hora* dicta eſt. 8 *Mercurium*, id eſt facundiam tam Venus amat, ac terra imbrem. Vulgo dicitur, *Amor & ira non carent rhetorica.*

OD. XXXI. AD APOLLINEM.

Faber in epiſt. ex Dione probat templo Apollinis Palatini dedicato, a. Hor. æt. xxxviii. Aug. ſextum Coſ. hanc odam eſſe factam, cum & omnes poëtæ eam dedicationem carmine celebrarent.

Quid dedicatum poſcit Apollinem [1]
Vates? quid orat, de patera novum
Fundens liquorem [2]*? non opimas*
Sardiniæ ſegetes feracis [3] :
Non æſtuoſæ grata Calabriæ

Armen-

1 *Dedicatus Apollo*, cui templum eſt dedicatum. Suet. in Aug. c. 29. Fab. l. 2 ep. 52. 2 *Libationes* fiebant *patera*. V. od. xix. n. 14. *De Novum*, iterum pro nova, extraordinaria occaſione; non pro primitiis, utpote quas Jovi libabant, ſumendum. 3 *Sardinia* magis mediterranei inſula, ferax, & horreum Romanorum dicta.

Armenta [4]: *non aurum, aut ebur Indicum* [5],
Non rura, quæ Lyris [6] *quieta*
Mordet aqua, taciturnus amnis.
Premant Calena falce [7], *quibus dedit*
Fortuna vitem [8]: *dives & aureis*
Mercator exsiccet cullullis 9
Vina Syra reparata merce [10],
Diis charus ipsis: quippe ter, & quater
Anno revisens æquor Atlanticum
Impune [11]: *Me pascunt olivæ* [12],
Me cichorea [13], *levesque malvæ* [14].
Frui paratis & valido mihi,
Latoë [15], *dones: at precor integra*
Cum mente: nec turpem senectam
Degere, nec citharâ carentem [16].

OD.

4 *Calabria* est Italiæ regio calida, pecori alendo apta ac grata. 5 Notum e Virg. *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.* 6 *Lyris* fluv. lenis & altus, defluens ex Appenninis montibus, ea loca leniter alluit, quibus Romani tantum, quantum nullis aliis tribuerunt. Prope adjacet *Cæculus* mons, generosi vini feracitate nobilis. Ibidem via Herculatea, multarum deliciarum, magnæque pecuniæ. 7 *Vitem* habere, hactenus promiscuum, & cuivis liberum æque fuit. At sub Domitiano, & insequentibus Imperatoribus veniam ad id impetrare oportuit. Casaub. ad Domit. Suet. c. 7. 8 *Cullullus* vas potorium majus. De Art. poët sub fin. *Reges dicuntur multis urgere cullullis Et torquere mero, quem perspexisse laborent.* 9 *Syræ merces* sunt Arabum divitiæ, quas hi in Syriam, & Romani hinc Romam asportant. *Reparare vina, boves, merces,* cum auctoribus Latinis, tum & Ictis familiaris locutio, est in locum aliarum rerum substituere, sive cum aliis permutare. 11 Aliter enim *ni Diis grati* essent, ab his punirentur hi maris temeratores, ut. od. 3. n, 22. notatum. 12 Fabri correctio, quæ est in l. 2. ep. 52, quæ vult *pascant* pro *pascunt*, tanti non est, ut quidem pleraque ejus alia. 13 Penult. longa. 14 *Gravi Malvæ salubres corpori*, 2 epod. Loquitur hic ut Stoïcus, quorum victus tenuissimus, quin & sordidus, ut jures esuritionem eos erudiisse. Talis & Epicurus, non grex ipsius, fuit; adeo ut vel cum Jove de felicitate certare vellet, si polentam & aquam haberet. Plura de hoc dicam l. 1. epist. 4. 15 Phœbe, Latonæ filî. 16 Expetit lætum literatumque otium ad citharam. Ego nunquam senescam, nisi ita velim senescere. Piget locum communem de senibus scribentibus discentibusque, licet alterum pedem in cymba Charontis habeant, hoc aspergere.

ODE XXXII. AD LYRAM.

Poëta sæpius Lyræ ad Græcam illam Alcei accommodatæ meminit, & unice quidem in hac oda.

Poscimus [1], *si quid vacui sub umbra*
Lusimus tecum [2], *quod & hunc in annum*
Vivat, & plures: age, dic Latinum,
Barbite, carmen,
Lesbio primum modulate civi [3]:
Qui ferox bello, tamen inter arma [4],
Sive jactatam religarat [5] *udo*
Littore navim:
Liberum, & Musas, Veneremque, & illi
Semper hærentem puerum [6] *canebat,*
Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum [7].
O decus Phœbi [8], *& dapibus supremi*
Grata testudo Jovis [9], *ô laborum*
Dulce lenimen, mihicunque salve
Rite vocanti [10]. OD.

1 Antiquiss. Mss. *Poscimur*. Eodem redit. Significatio enim perinde est activa, ut passim apud optimos scriptores. 2 Obtestatur Lyram per *si quid Lusimus, &c. Lusus*, carmina haud gravia, ut amatoria, similiaque vocantur. V. ad ecl. 1 Virg. 3 Barbiti inventor & aliis Anacreon, Terpander aliis. *Modulari* est secundum rhithmum componere, seu numeris instruere. 4 Alcæus Marti & Musis aptus, vir fortis, & amans Patriæ, ejusque a tyrannis defensor narratur fuisse. 5 *Religare littore* est solvere, deducere littore. Aliter ac od. 5. 6 Cupidinem, Venerem semper sequentem. 7 Græcis Latinisque nigri oculi, nigrum capillitium in pretio. Quare & puerorum oculos arte & cura nigros reddidisse non in pupula, sed iride, lego quidem apud Salmas. in Sol. sed nondum intelligo. 8 Priores 8 versus plane historici clauduntur eleganti hac apostrophe. Ita od. 21. *Lyrâ Apollinis humerum insignem dixit*. Hom. & Pind. sæpe lyram δαιτος ἑταίρην, φίλαν, δαιτὶ συνήορον, *convivii amicam, congruam*, vocant. 10 Quasi dicat; *O lyra, dulce lenimen laborum, mihicunque*, quocunque sim in statu, *vocanti te*, invocanti, *rite*, ut in sacris fieri solet, *salve*, fave, præsto adsis. Ita Psalm. 57. v. 9. *Evigila gloria mea: evigila psalterium & cithara*. Sic & Turnus, Æneam ad singulare certamen vocans jurat per hastam, eamque ut deum compellat; *O nunquam frustrata vocatûs Hasta meos*. Taubm. ad Virg. l. 12. v. 95.

OD. XXXIII. AD ALBIUM TIBULLUM.

Haud facile quis dicat quando hæc oda facta sit. Certum est Horat. 46 vel 47 annos exegisse, cum Tibullus a. æt. suæ 24 moreretur: tum & hæc oda prior est epistolâ 4 l. 1.

Albi [1], *ne doleas plus nimio, memor*
Immitis Glyceræ [2]: *neu miserabiles*
Decantes elegos [3]: *cur tibi junior* [4]
Læsa præniteat [5] *fide.*
Insignem tenui fronte [6] *Lycorida* [7]
Cyri torret amor [8]: *Cyrus in asperam*
Declinat Pholoën [9]: *sed prius Appulis*
Jungentur capreæ lupis [10],

E *Quam*

1 *Albius Tibullus*, cujus quædam exstant poëmata. Hunc Horat. vocat *candidum judicem suorum sermonum*, lib. 1. ep. 4. Quintil. cum *tersum ac elegantem maxime elegiarum auctorem* vocat, l. 10. c. 1. 2 Sine dubitatione eadem hæc Horatii Glycera sit, si id nomen ipsi fuerit proprium. At v. ad init. od. 8. 3 Verum epitheton tribuit elegiæ: nam Ovidio *Elegeïa flebile carmen*, ab Εἶ ἒ vel αἶ αἶ λέγειν Ad amatoria hoc carminis genus translatum esse, docent amorum triumviri Catull. Tibull. & Propert. a vett. criticis in unum volumen compulsi. 4 Non ætate *junior*, quod non credibile: nam Tibullus a. æt. 24. mortuus est, sed amore & accessu ad eam. 5 Præferatur, quod sit splendidior. 6 Tam varia de forma feminarum judicia, ut & exiguæ frons in pulchritudinis partibus haberetur Græcis Latinisque. Ita l. 2. epist. 2. *Nigros angusta fronte capillos*. Et Mart. l. 4. epigr. 42. *Frons brevis, atque modus breviter sit naribus uncis*. Ita Circes forma Petronio laudatior, quod ei sit *frons minima*. Curatura quoque frontones, seu latioris frontis, angustiores fiebant, cum, ut Arnob. ait, *imminuerent frontes nimbis*, id est fasciis frontalibus, quas nunc psilothro, vel dropace, aliisve instrumentis latiores reddunt. Hæc, aliaque quæ afferri insuper huc queant, evincunt, *tenuem frontem* male pro tenui & pellucida cute a quibusdam accipi. 7 Quidam putant hanc esse Lycorin seu Cytherin Cornelii Galli, quæ Antonium secuta est. Alii ob hanc de ea historiam jure dubitant. Certum hîc Lycorin Martialis non notari, quæ nigra, Tibur secesserat, ubi ebur antiqui dentis albescere audierat. V. Matt. l. 6. ep. 62. l. 7. ep. 12. 8 *Cyrus*, idem qui od. 17 amabatur a Lycoride. 9 Cyrus vellet Pholoën. Hanc vero pudicam esse, ex hoc ipso loco notat Jos. Scaliger ad Tib. l. 1. ep. 8. 10 V. od. 29. n. 8.

Quam turpi [11] *Pholoë peccet adultero* [12].
Sic visum Veneri [13] : *cui placet impares*
Formas, atque animos sub juga aënea
Sævo mittere cum joco [14].
Ipsum me, melior cum peteret Venus [15],
Grata detinuit compede Myrtale [16]
Libertina [17], *fretis acrior Adriæ* [18]
Curvantis Calabros sinus [19].

11 V. od. 17. 12 V. od. 15. n. 10 & 19. *Peccare* pro *scortari* vett. nota locutio est. V. od. 27. n. 18. 13 In adversis, cum ratio non apparet, solet dici, *Sic visum superis*, *Dîs aliter visum*. Venus certe spuma, unde orta fingitur, levior est. 14 Lycoris enim Cyro est quod Echo; Cyrus Pholoë, quod olim Iphis Anaxaretæ erat. Is ludus Veneri placet. *Impar* contrarium ejus hîc quod od. 15. l. 5. *Par*; *Et quæret iratus parem*; qui scilicet amori respondeat. Transl. ab equis jungendis. Eoque Theocr. claudit Idyll. 24 Στέργετε δ' ὑμμὲς ἄϊτας, ut & Moschus Στέργετε τὰς φιλέοντας. Lege omnino Idyll. 5. 15 Ita od. 27. *Digne puer meliore flamma*. *Melior* hîc est *favorabilior*, ut od. 15. n. 28 *melior* est fortior. 16 Quod ad nomina amicarum v. n. 2. Quanquam verum sit servos Græcos a dominis suis, aut arbore, vel flore aliquo nomen accepisse. 17 *Libertinus* proprie, & maxime in rep. libera, dicebatur filius *liberti*, seu e servitute manumissi. Post melior fortuna secuta est, & manumissi, eorumque liberi *liberti*, & *libertini* dicti sunt promiscue. 18 Quid mirum? Ipse de se l. 3. od. 9. dicit, quod sit *improbo iracundior Adria*. 19 *Sinus* est ubi mare terræ impressit formam fere semilunæ.

OD. XXXIV.

Stoïcos hîc rideri, quod multa de deo, ejusque providentia loquerentur audito tonitru, & quidem cœlo sereno, contendit Dacierius cum socero χριτικωτάτῳ Tan. Fabro epist. 52 lib 2. Sed quin Horatius, quanquam levis & Epicureus homo, deos in mentem subinde sibi reduxerit, vel ex horrendo tonitruum fragore, vel mirabili rerum humanarum vicissitudine, nullus dubitem.

PArcus [1] Deorum cultor, & infrequens [2],
Insa-

1 *Parcus* non solum rarus *cultor*, sed qui nullum diis cultum exhibet. Ovid l. 15. met. v. 75. *Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora*, id est, Nolite carnibus vesci. Ita Epicurus, cujus disciplinam Horatius fere secutus, cum ab aliis, ut Laërt. l. 10 narrat, tum & a Cicerone impietatis arguitur, ut qui radicitus omnem ex animis religionem extraxerit. Si quid in aliis sinisterius ipsi impactum, quam docuit aut voluit, certe eo tendit ejus κύρια δόξα λ'. Μηδὲν ἀϊδιόν ἐστιν ἕτερον, μηδὲ πολυχρόνιον. At Cicero unus pro mille Laërtiis poterat esse. 2 Vox

Insanientis dum sapientiæ [3]
Consultus erro: nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos [4], namque diespiter [5],
Igni corusco nubila dividens,
Plerumque per purum tonantes [6]
Egit equos, volucremque currum [7]:
Quo bruta tellus [8], & vaga flumina,
Quo Styx [9], & invisi horrida Tænari

infrequens, ait Dacier, in nitore suo hîc non perspecta satis, addiqne transl. a militibus a signis aberrantibus. Sed probatu opus erat. 3 Epicurisini. Nam omne negotium active & passive Τῶ μακαρίω καὶ ἀφθάρτω adimit, ut Diog. Laërt. verba sunt l. 10. segm. 139. Est & hic figura quam vocant ὀξύμωρον. 4 Transl. a nautis. Ita Pers. sat. 5. *Funem reducere*, pro mutare institutum suum in diversum. Inepti sunt, qui Horatium jam prius Stoïcum fuisse dicunt, quod *iterare cursum* dixerit, perinde acsi in via jam fuerit, qui in viam redire se velle dixerit. 5 Tonitrua & fulmina natura gigni nemo nescit. Stoïcos contra docuisse, quam Epicurus apud Laërt. l. 10. segm. 101. 102 non lego. At hic fundus, & hæc ratio est, quod Dacierius cum Fabro hanc odam Satyricam in Stoïcos doceat. At quid vetat naturalia illa meteora humanas mentes cum ratione movere? Quin ad attentionem eorum, & timorem divinæ majestatis indidemse manifestantis tanquam voce sua, non raro invitamur in SS. literis. V. Jobi c. 37. v. 2 & c. 40. v. 4 &c. 6 Tonitrua & fulmina cœlo sereno pro portentis semper sunt habita. Cic. *Aut cum terribili percussus fulmine civis Luce serenanti vitalia lumina liquit.* In Catilinariis prodigiis refertur quod *M. Herennius sereno die fulmine ictus est.* Plin. 2. 51. Sed nescio an hæc non possint aliter intelligi. Loquitur prius de divisione nubium igni corusco, & tum de tonitru. Id vero sine prodigio fieri solet. Nihil tamen obstat, quo minus fulmen sit divinæ providentiæ Symbolum. Docet hoc Ez. Spanhem. ex nummo fulminis figuram gerente cum inscriptione *PROVIDENTIÆ DEORUM*. Ergo nihil egit Dacierius, cum tanto conatu Stoïcos rideri hîc vult. 7 Ex vulgi opinione poëtis sensus sæpe concipitur, ait Acro. Ita Salmoneus tonitrum flammasque jovis curru per æneum pontem vecto, & facibus quassatis, exprimere ac imitari voluit. Virg. l. 6. Æn. v. 585. 8 *Brutum* est grave, tardum, Belg. *logh*; estque terræ epitheton. E Thuscorum quoque disciplina *fulmina bruta* dicuntur, pro inanibus nihilque significantibus. Magnificis his verbis Stoïcos ludi, iterum non puto. Quin longe augustiora de effectibus tonitrus fulminumque cum passim, tum maxime Psalmo 18 legimus. 9 Styx inferni palus fingitur. Sed proprie est Arcadiæ fons, qui montem affert præsentissimam. Curt. 10. 10.

Sedes [10], Atlanteusque finis [11]
Concutitur. Valet ima summis
Mutare [12], & insignem attenuat Deus
Obscura promens. Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hic posuisse gaudet [13].

10 *Tænarus* rupes & promontorium Laconiæ infra Peloponesum ingenti hiatu & strepitu, per quod poëtæ descendi ad inferos fingunt. 11 Finis Atlantis montis in Mauritania in ultimo oceani Atlantici maris sinu porrecti. Porro de insulis, terrisque egestis, aut in voragines absorptis v. anim. H. Jun. l. 3. c. 15. 12 V. od. seq. init. Psalm. 75. *Exaltatio non est ab exortu, aut ab occasu, neque a deserto, sed Deus judex; hunc deprimit, & illum tollit.* V. & Dan. c. 2. v. 21. Horatium serio hic agere fatetur Dacierius, & Fortunam infra deum agnoscere. Hactenus ergo pro Junone nubem amplectendam dedit. 13 Fortunam dei ministram facit, eique ascribit, quod *apicem*, id est, dignitatem huic adimat, aliis conferat, idque *cum stridore acuto*: nam Fortuna alata exhibetur l. 3. od. 29 *Laudo manentem: Si celeres quatit Pennas, resigno quæ dedit.* Porphyr. *stridorem* illum pro fletu & lamentatione eorum quibus adimuntur bona, accipit; respiciens ad Cebetis tabulam, ubi ita exhibentur, qui a Fortuna quid acceperant. Dacierio videtur Horat. adhuc de tonitru & fulmine cogitare. Uterque, ni fallor, plus nimio intelligens.

OD. XXXV. AD FORTUNAM.

Hæc oda facta est in expeditionem Augusti in Britanniam, quam jam ante triennium meditabatur, sed Dalmatis coërcendis distractus non perfecerat. Legati Britannorum, Ariminum Augusto obviam venientes, pacem impetrarunt.

O *Diva, gratum quæ regis Antium* [1],
Præsens [2] *vel* 3 *imo tollere de gradu*
Mortale corpus 4, *vel superbos*

Vertere

1 *Antium* Latii civitas maritima, & Volscorum olim caput, Fortunæ cultu & tutela, multisque nobilium palatiis, fortibusque Antiatinis, celebris, quo Augustus forte secesserat. Nunc *Neptunium* in navali Antiatum esse creditur. 2 *Præsens* est potens, & præsto adeo ut sentire & cognosci possit. Cic. 1 Tusc. c. 12. *Hercules tantus, & tam præsens habetur Deus.* 3 *Vel* est *etiam*, ab infimo quoque gradu. Transl. forte sit a mortuorum ad imos domorum gradus collocatione antequam efferrentur. 4 Græci Latinique *corpus* pro persona posuere.

Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit sollicita prece 5
Ruris colonus: te dominam æquoris 6,
Quicunque Bithyna 7 *lacessit* 8
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus 9 *asper, te profugi* 10 *Scythæ,*
Urbesque, gentesque, & Latium ferox 11,
Regumque matres barbarorum, &
Purpurei 12 *metuunt tyranni* 13.
Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam 14: *neu populus frequens*
Ad arma cessantes ad arma 15

Nep. in Dat. c. 9. *Elegit corpus simillimum sui*, pro homine. 5 *Ambire* est prensantium, & officipetarum: notatque *petere*, *supplicare*. 6 Ita Pind. ἰδ. 12. Τιν᾽ γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες. 7 *Bithyna* pro quavis navi. Bithyni enim rei nauticæ olim peritissimi fuerunt. *Bithynia* est minoris Asiæ regio, quam alluit Ægæum mare; quod ubi Carpatho, insulæ inter Rhodum & Cretam, vicinum est, Carpathium dicitur. 8 *Lacessere* prop. *petere*, *provocare*, & hic figurate, maris fortunam experiri. 9 *Dacos* vett. Græci Δάους vocant. *Getas* cum his eandem gentem faciunt Steph. & Plin. l. 4. c. 12; Sed non ita Strabo l. 7 & Dion. perieg. v. 305. *Getæ* prope Pontum, *Daci* ulterius remotiusque a Ponto habitant. Hinc Ovid. de Getis, cum in Ponto exul est, sæpe meminit, at non de Dacis. Hodie Transylvanos, Valachos, & Moldavos pro Dacis habent, sed eadem Plinii fide. 10 Ita l. 3. od. 14 *Campestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos, Vivunt, & rigidi Getæ.* Inde ἀμαξόβιοι, σκηνῖται, νομάδες vocantur. 11 *Latium* (*Campagna di Roma*) est vetus & novum: illud a veteri Roma usque ad Circæos, novum a Circæis usque ad Minturnas patet. *Ferox* dicitur, quod bonos ferat milites. In Latio Fortuna religiosissime culta, adeo ut principes postea in lararíis suis eam haberent. Hom. Τύχης voce nunquam utitur, sed μοῖρας &c. 12 *Purpurei* pro *purpuratis*. Ita *aurea tecta* pro *auratis*. 13 Tyrannus olim pro rege, post pro *incubatore imperii*, ut Donait, usurpatur. Græcis, libertatis amantissimis, diu ante invisa vox fuit, ut e Plat. & Isocr. facile probatu refert Dacierius. 14 *Evertas. Columna* pro imperio, inquit Dacierius; sed malim pro Augusto id accipere. Ita Pind. Hectorem vocat Τροίας ἄμαχον ἀσφαλῆ κίονα *Inexpugnabilem firmam columnam Trojæ*, Olymp. od. 2. str. 5. Et Abrahamus *columna mundi* vocatur. 15 Romani tot gentes non ultra 12 annos sub Augusto pacatos habuere. Elegans repetitio *ad arma, ad arma*, motum vulgarem bene exprimit.

Concitet, imperiumque frangat [16],
Te ſemper anteit [17] *ſæva Neceſſitas,*
Clavos trabales [18], *& cuneos manu*
Geſtans ahena, nec ſeverus
Uncus [19] *abeſt, liquidumque plumbum.*
Te Spes, & albo rara Fides colit
Velata panno [20], *nec comitem abnegat,*
Utcumque mutata potentes
Veſte domos inimica linquis [21].
At vulgus infidum, & meretrix retro

Perjura

16 Romani æternitatem imperii ſibi polliciti ſunt; Cic. 1 Tuſc. *Ego doleam, ſi ad decem millia annorum gentem aliquam urbem potituram ſperem.* Nos ἐξεδέχομεν τὴν τῶν θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. *Frangere* vero ad columnam refertur. Aliter *frangere toros*, eſt compoſitos diſturbare iis inſidendo. Mart. l. 4. ep. 8. Ita & *frangere vultus* (ſcil. in ſpeculo ante compoſitos) apud Petron. 17 Acro & Porphyr. legunt *ſerva Neceſſitas.* Si codd. repugnant, ex eorum tamen mente malim hunc locum explicare, quam ex Ariſtotele (quem hîc tota armenta ſequuntur) incerta magis facere, quam ante. Nam Philoſophus ille recte ea quæ a fato ſunt, disjungit ab iis quæ a Fortuna Quid ergo? Non dubitem quin Fortunam pro communi judicio tam Heram ac Dominam faciat cum Ennio, ut *Neceſſitas* cum inſtrumentis ſuis βιαστικοῖς lictorum inſtar præire ipſi videatur. Notus Plinii locus l. 2. c. 7. *Toto mundo & locis omnibus omnibuſque horis omniumque vocibus Fortuna ſola invocatur*, &c. Fortunæ autem Neceſſitatiſque talem fuiſſe tabulam Antii qui hîc aſſerunt, noctu quoque lucidos eſſe credo. 18 L. 3, 14. *Si figit adamantinos Summis verticibus dira Neceſſitas Clavos* &c. *Trabales clavi* ſunt trabium inſtar magni ſolidique. Cic. Verr. 2. c. 2. *Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.* Arnob. de diis alligatis ne caderent, *Subſcudibus, & catenis, uncis atque anſulis retentari, interque omnes ſiuus, commiſſurarumque juncturas plumbum iri ſuffuſum.... Quid miſerius his eſſe, aut quid infelicius poterit, quam ſi eos in baſibus unci retinent, & plumbeæ vinctiones.* Plato, addit hic Dacierius, Triſtitiæ & Voluptati clavos dedit, ut notet vim iſtarum affectionum in animo. 19 *Uncos ſeveros* dicit, id eſt morſu, ut ait Virg. ligantes quæ prehenderunt. Forte alludit ad uncos quibus ad ſupplicium Gemonioſve gradus trahebantur. Juven. *Sejanus ducitur unco Spectandus.* 20 *Fides albo panno velata*, notat ejus puritatem. Alii aliter conſtruunt; *Spes albo panno* (reſpectu ad candidatos) & *Fides rara colunt te*; *Velare* autem eſt *induere*, *veſtire* apud Feſtum. 21 Tota hæc oda, ut ajunt, ulcus eſt interpretibus. Valde placet, quod Torrent. verba, *mutata veſte*, non ad Fortunam, ſed derelictos a Fortuna, moremque mutandæ veſtis

Perjura cedit: diffugiunt cadis
Cum fece ſiccatis [22] amici,
Ferre jugum pariter doloſi [23].
Serves iturum Cæſarem [24] *in ultimos*
Orbis Britannos, & juvenum recens
Examen [25] *Eöis timendum*
Partibus, Oceanoque rubro [26].
Eheu cicatricum [27] *& ſceleris pudet,*
Fratrumque [28]*: quid nos dura refugimus*
Aetas? quid intactum neſaſti
Liquimus? unde manus juventus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? ô utinam [29] *nova*

in luctu, referat. Vult autem Horatius Spem & Fidem cum Fortuna non mutari. At quam vere, videant quibus religio eſt credere & optimis auctoribus ſuos eſſe nævos. Acro & Porphyr. vett. interpretes, ſed multa laceri, *ſub panno* illo pauperiores latere putant, ab iiſque Fidem coli, memores ejus quod Sen. Trag. dixit, *Mediumque ſanos vulgus affectus tenet.* Sed quam falſi ſunt boni illi. Omnes enim, tenues & divites, eodem morbo laborant. *Cum Fortuna manet, vultum ſervatis amici. Cum cedit, turpi vertitis ora fuga.* 22 Imago, ait Dacierius, hîc ſit muſcarum, niſi majeſtas odes reſpueret. Sed fecis & dolii mentio id facile admittat, ſi modo Horat. de muſcis cogitaverit. Ita ſolet fieri. Quæ nos ſæpe ſomniamus, id eos egiſſe credimus. 23 Tranſl. a bobus arantibus. *Ex æquo jugum ducere*, eſt negotii vires pariter ſuſcipere. Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βοώσιος ἵσιν ἐταῖροι Phocyll. v. 87. Eraſm. in adag. ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία *Fervet olla, fervet amicitia.* Immerito Horat. vapulat Dacierio, quod figuras tam diverſas, uti ſunt *cadorum*, & *jugi* miſcuerit. Sed in figuratis periodis proverbiales locutiones, cum figura nil commune habentes, interſeri (uti & Eraſm. *jugum ferre* in adagia retulit) legenti occurret. 24 V. argum. 25 Auguſtus miſſis veteranis novas legerat copias, quas *examen* vocat; tranſl. ab apibus. *Juvenes* pro militibus apud ſacros & profanos auctores ſumuntur. Ita Marci c. 16. v. 51. Νεανίσκοι ſunt *milites*. 26 Craſſiana clades in Parthos nondum vindicata, & Sabæi Medique horribiles nondum devicti erant. V. od. 29. Ἕως eſt *aurora*. Inde Lat. Eöus. 27 Deplorat bella civilia, quæ Aug. nondum finierat. 28 Scil. *Interfectorum*. 29 Horat. rogat Fortunam, ut enſes belliis civilibus retuſos, recudat, acuatque in Orientis populos. V. od. 21. n. 12. *Diffingere* & deſtruere, ut l. 3. od. 29. v. 47, & refingere, Belg. *verſmeden*, notat. Neo pinguis iſta explicatio eſt,

Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas 30 *Arabaſque ferrum.*

ut Lambin. reponat *deſtringas recuſum* &c & mox a Cantero monitus *defigas recuſum* &c. 30 *Maſſagetæ* ſunt Scythæ Orientis ultra mare Caſpium.

OD. XXXVI.

Videtur hunc Plotium Numidam a bello Hiſpanico rediiſſe. Sed quia incertum an redierit cum Auguſto, certo dici nequit, quando hæc oda facta ſit.

Et thure, & fidibus [1] *juvat*
Placare [2]*, & vituli ſanguine debito* [3]
Cuſtodes Numidæ [4] *deos:*
Qui nunc Heſperia [5] *ſoſpes ab ultima*
Charis multa ſodalibus,
Nulli plura tamen dividit oſcula [6]*,*
Quam dulci Lamiæ [7]*: memor*
Actæ non alio rege puertiæ [8]*,*

Muta-

3 *Thus* & *Muſicam*, ſacrificiis communia, docent Acro & Porph. indeque *tibias* in iis uſitatas *turarias* vocat Solin. Polyh. c. 5. 2 *Placare*, iisdem interpp., non eſt hîc reconciliare, (ſoſpes enim adeſt Numida) ſed grates referre. Torrent. votum pro reditu factum ſuſpicatur, quo non ſoluto ſperari non poterat diis ſatis eſſe factum. Dacierius tam pium facit Horatium, ut Jobi inſtar in ſecundis rebus oblivionem Dei metuerit, eoque ſacrificii antidotum oppoſuerit, aſpergitque illuſtrem ex Vict. de Vir. illuſt. locum de S. Pompejo feliciter mari res gerente, & Neptunium ſe declarante; *Et cum mari feliciter uteretur, Neptuni ſe filium confeſſus, eumque bobus auratis & equo placavit.* 3 Qui vovent, ſeu promittunt aliquid, *debitores* ſunt, & *voti rei.* 4 Plautii vel Plotii Numidæ. Sine ratione, ait Dacierius, ſcriptum eſt Pompejus & Pomponius. Sed hæc diverſa eſſe nomina, docet Plut. & ex eo Sigon. de nominibus Romanorum c. 4. 5 Pars Europæ occidentalis *Heſperia* dicta eſt. Italia *Heſperia proxima*, vel *Heſperia.* Hiſpania, *Heſperia ultima*, uti longius remota ab Urbe. 6 V. od. 15. n. 15. ubi Iſaci Voſſii obſervationem in Catull. addidi; ſed eam huc non transfero. Tam autem crebra erant oſcula illa benevolentiæ, ut quendam increpet Martialis, quod auderet *omnes obvios hinc & hinc tenere, Et totam, Line, baſiare Romam.* 7 De eo V. od. 26. 8 Lamiam & Numidam dicit eundem habere præceptorem. Latini

Mutataque ſimul togæ 9.
Threſſa ne careat pulchra dies nota 10.
Neu promptæ 11 *modus amphoræ*,
Neu morem in Saliûm 12 *ſit requies pedum.*
Neu multi Damalis meri 13
Baſſum Threïcia vincat amyſtide 14:
Neu deſint epulis roſæ
Neu vivax apium 15, *neu breve lilium* 16
Omnes in Damalin putres
Deponent oculos 17: *nec Damalis novo*

juventutis moderatores *Reges*, *Rectores* vocant. Virg. l. 9. Æn. v. 173 *Rectores juvenum, & rerum dedit eſſe magiſtros*, ibique Cerda. Ita Hor. od. 4. in f. de modimperatore in convivio eligendo, *Nec regna vini ſortiere talis.* Græci quoque ἄναχτας, παιδὼναχτας, quos Plato ἀπολέϑρους, vocant: nam ἀνάσσειν *regere*, nihil aliud eſt quam gubernare cum cura. Ἀναχτῶς eſt ἐπιμελῶς. Ἄναξ *curator*, *inſpector.* Acro tamen & Porphyr. volunt Lamiam Numidæ jam a pueritia patronum fuiſſe. Sed Pulmannus & Heinſ. & Dacierius hîc dubitandi locum non reliquerunt, quin prior explicatio longe ſit potior. Docent & ſequentia. 9 Nam cuſtode remoto, anno 17, *togam virilem* ſumebant. 10 *Threſſa* (id eſt *Thracia*) legendum, non *Creſſa*, ſi Plinio fides conſtabit; qui Thracibus, lapillis albis & nigris candidos atroſque dies ſignandi morem aſcribit. *Notare dies albo calculo*, eſt *teſtari magnum gaudium.* De *albo calculo* curioſa multa habet Saldenus in otiis theol. exerc. 8, unde ſurripere huc quicquam nolim. 11 *Promptæ, depromptæ*, de loco ſuo petitæ. Adventoria cœna amicos peregre redeuntes excipi, moris fuit. V. Martial. epiſt. 9. l. 12. 12 Salii Martis erant ſacerdotes, qui ſaltantes & cantantes certis anni temporibus procedebant. V. od. ſeq. in init. 13 Græci Latinique dicunt *hominem multi vini*, pro eo qui multum bibit. Suet. in Aug. c. 76. *Cibi vinimi erat atque vulgaris fere.* 14 *Amyſtis* eſt potatio ſine reſpiratione, ab α priv. & μύζω claudo: nam hauſtim & labris non clauſis bibebatur. Eſt & poculi genus, quod neceſſe eſt uno ductu hauſire. Callim. apud Athen. & Macrob. ἄμυσιν illam Θρηικίην *Thraciam* vocat. 15 *Roſæ* multo emptæ in Romanorum luxu quoque notæ ſunt. V. ult. od. Coronæ etiam e quavis obvia fronde, & ita e viridi apio, in conviviis uſitatæ erant. V. od. 14. n. 12. & Anacr. od. 6. 16 *Breve lilium* pro non diuturno. Hoc ad catachreſin rhetores referunt. Satis inepte. 17 Laſcivientes oculos in Damalin figent. Ita S. Petrus 2 ep. c. 1. v. 14, Ὀφθαλμὸς ἔχοντες μεστὸς μοιχαλίδος. *Putres oculos* vel *fœdos* (ut Catilina habuit, teſte Salluſtio) vocat humidos, uti ſunt in amore & commeſſatione. An quales ipſe habuit Horatius lippientes intelligat? ſed illætabiles hi forent in feſto hoc compoſito. Anacr.

Divelletur adultero [18],
Lascivis ederis ambitiosior [19].

od. 28 vultum amicæ suæ pingi vult ὑγρὸν ὡς Κυθήρης *humidum ut Veneris*. Idem, nî fallor, Arbiter intellexit per oculorum *mobilem petulantiam*, & Catul. car. 46. per *ebrios ocellos*. Græci ὑγρὸς pro dissolutis, luxuque perditis, dicunt. Horat. l. 4. c. 5. *uvidos* tanquam pro ebriis ponit, quos & *madidos* vocant. 18 Novi amatores Numidæ. Quis adulter v. od. 25. n. 8. 19 *Hederas* ab herendo si dixerint Latini, satis patet, quid Horatius voluerit, cum Damalin ei comparat, eâque *ambitiosiorem* dicit.

OD. XXXVII.

Cleopatræ mortem huic odæ argumentum sufficere, probavit Faber l. 2. ep. 55 non vero Actiacam victoriam, quæ 10 vel 12 menses prior est. Facta ergo A. V. C. 723. æt. Hor. 36.

Nunc est bibendum [1], *nunc pede libero*
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare pulvinar deorum
Tempus erat dapibus [2], *sodales.*
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis avitis [3], *dum Capitolio*
Regina dementes ruinas,

Funus

1 Imitatio Alcei (ut Brod. in misc. notat, quæ Horatio frequens est) a morte Myrsili tyranni perinde exclamantis. Νυν χρὴ μεθύσκειν καὶ τινα πρὸς βίαν πίνειν. Plutarch. post victoriam convivari vocat νικητήρια ἱστιάσεις. Notandum ex Athen. l. 5 præcipuam conviviorum causam antiquis fuisse religionem. Πᾶσα δὲ συμποσίου συναγωγὴ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνέφερε, καὶ στεφάνοις ἐχρῶντο τοῖς οἰκείοις τῶν θεῶν, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς. Inde & nullum apud Homerum extat convivium, in quo non diis sacra fiunt. Ita in Platonis Symposio convivæ libationibus ac honoribus solemnibus deos venerantur. 2 Romani rebus ex voto fluentibus supplicationes *per omnia pulvinaria* (ut Cic. ait factum detecto Catilina) i. e. templa indicebant, deorumque simulachra in lectulis producebant, dapesque offerebant, quas *Saliares* (de quibus od. præc. n. 12) consumebant. *Cœnæ Saliares, pontificum*, in proverbiis sunt, pro lautis. Cœnæ tamen illæ diis in rationes relatas esse ceu carnivoris, notum vel ex 4 append. Danielis, & Jud. c. 16. v. 23. 24. 3 Gravi reip. tempore ab intemperie nimiaque pompa abstentum est. Forte id e lege sumtuaria Fannia, quæ cœnæ sumptus temperavit ad 100 asses, teste Macrob. l. 2.

Funus & imperio parabat [4],
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum [5]: *quidlibet impotens*
Sperare [6]: *fortunaque dulci*
Ebria [7], *ſed minuit furorem*
Vix una ſoſpes navis ab ignibus [8]:
Mentemque lymphatam Mareotico [9]
Redegit in veros timores [10]
Cæſar, ab Italia volantem
Remis adurgens [11] *(accipiter velut*
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis

Æmo-

Saturn. c. 13. Ita lex Oppia cavit, cum Annibal ad Cannas victor eſſet, ne feminæ veſtibus verſicoloribus, juncto vehiculo, & plus auri ſemuncia ad ornatum uterentur. Vid. Liv. l. 34, ibique Catonem & Valerium diſputantes de legis abrogatione, rebus jam proſpere cedentibus. 4 *Parabat dementes ruinas*, pro demens illa Cleopatra Capitolio, multis exercitibus non expugnabili arci, ut Tac. ait, totique Romano imperio exitium afferre voluit, dum id per Antonium in Ægyptium regnum transferre voluit. Quin Dio addit l. 51 eam, Antonio a ſe prodito, idem ſperaſſe ab Auguſto. Propert. l. 3. el. 10 a Dacierio recte hic emendatus, *Conjugii* (non conjugis) *obſcæni pretium Romana popoſcit Mœnia, & addictos in ſua regna patres.* 5 Eunuchos notat, quibus erat ſtipata. V. Epod. 9. Hi enim & in jure noſtro morboſi dicuntur, l. 7. Dig. de Ædil. ed. Pulman. *morbum* pro impudicitia accipit, ut Catull. ep. 58. *Morboſi pariter gemelli utrique.* Sed morboſus ibi eſt pathicus. 6 Ita impotens ut quidlibet ſperaret. *Impotens* eſt affectuum ſuorum impoſitum & arrogans, qui omnia licere ſibi putat. 7 *Ebrius* accipitur apud Sacros & profanos ſcriptores etiam pro qualibetre expleto, & quia ebrietas mentem alienat, ſæpe pro dementato, mentiſque haud compote. Ita Anacr. μεθυοντα ἑρωτι dicit, & Petron. *Vilis adulator picto jacet ebrius oſtro.* V. Non. Marc. 8 Dion l. 50. in f. miſeram claſſis Antonianæ perniciem deſcribens rogo eam comparat, in quo ſui ſunt cremati. Sed l. 51. narrat & alias naves in ſinu Arabico ad fugam fabricatas, incenſasque. 9 De feſtis luxuque Cleopatræ & Antonii lege Macrob. Saturn. l. 2. c. 13. *Mareoticum vinum* naſcebatur prope paludem *Maream* vel *Mareotin*, infra Alexandriam 10 *Veri timores* ſunt juſti, ut Icti loquuntur. Ita infra *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt*, id eſt, æquum eſt. 11 *Ab Italia* ſeu *ab Actio*: idem enim iter eſt Alexandriam verſus. Cæſarem naves ad Cleopatram & Antonium aſſequendos emiſiſſe, neſcio cur Dacier hic neget, non

Æmoniæ [12]) *daret ut catenis* [13]
Fatale monſtrum, quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expavit enſem [14], *nec latentes*
Claſſe cita reparavit oras. [15]
Auſa & jacentem viſere regiam
Vultu ſereno fortis [16], *& aſperas*
Tractare ſerpentes [17]: *ut atrum*
Corpore combiberet venenum.
Deliberata morte ferocior:
Sævis Liburnis ſcilicet invidens [18]
Privata deduci ſuperbo
Non humilis mulier [19] *triumpho.*

ſolum contra Horatii fidem, ſed & Dionis init. l. 51. An quod Cæſarem ipſum præſentem deſideret? ſed id non eſt neceſſe. 12 *Theſſaliæ*, in cujus altis montibus multum nivium eſt. 13 Auguſtus eam in triumphum ducere, gazamque tenere voluit. Dion d. l. 14 Cleopatra deſperans regnum ſibi relictum iri, gladio vitam finire conata eſt, ſed Proculejus ei appoſitus vetuit. 15 *Reparare* eſt *parare*, *petere*. V. od. 31. n. 9. Fugam ad Arabes ſperaſſe, v. hic n. 8. 16 Dion d. l. narrat, eam a clade Actiaca ſpem vultu tam bene ſimulaſſe, ut & odas epinicias cecinerit. Dignus vero ibi legi, quo habitu Cæſarem exceperit, eique ſit adblandita. 17 Dion dicit Neminem certo ſcire quo mortis genere Cleopatra perierit. Puncturæ tantum exiguæ in brachio repertæ ſunt. Illæ a ſerpentibus creduntur. Prop. 3. el. 10. *Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris.* Male ergo ſerpens ſinui ejus appingitur. 18 Nolens *Liburnis* ſcil. navibus *deduci triumpho ſuperbo*, ſeu *in triumphum*. *Liburnica* eſt navis triremis formæ, miræque celeritatis (pro illo, credo, tempore, quaſque fruſtra Meibomius Galliarum regem edocere voluit) qua Liburni, Illyriæ populus utebantur. Had. Junius vocat *Een Jagt*, *een Fuſte*. 19 Dio d. l. narrat Auguſtum bono eam animo eſſe juſſiſſe, ſed cum de regno retinendo nihil audiret, voluntarium mortis arbitrium elegiſſe, veritam ne in triumphum duceretur. Tò *mulier* cum reprehenſione hîc uſurpatur, & ad impotentiam ejus, quam mox dixit, refertur. Ita & Servator matrem ſuam *mulierem* vocat, intempeſtive ſe monentem de vini defectu. Joh. 2. v. 3. Nec oratores ſolum & comici, ſed & Virg. infra majeſtatem carminis ſui non putavit dicere de concubitu Rheæ cum Hercule, *Mixta Deo mulier*. Lib. 7. Æn. v. 661. Nollem ergo Horatium, ut Dacierius facit, reprehendere hoc nomine.

O D.

ODE XXXVIII.

Nulla extat nota quando hæc oda facta ſit. Congruit cum Epicuri mente, qui paucis naturam contentam eſſe, paſſim docuit.

Perſicos odi, puer, apparatus [1]:
Diſplicent nexæ philyrâ coronæ [2]:
Mitte ſectari, roſa quo locorum
Sera moretur. [3]
Simplici myrto [4] *nihil allabores*
Sedulus curo: neque te miniſtrum
Dedecet myrtus, neque me ſub arcta
Vite [5] *bibentem.*

1 De odoribus & unguentis loquitur. *Perſica*, ait Suidas, ſunt τὰ πολυτελῆ πάντα, *ſumtuoſa*. V. Eſtheris c. 1 & 2. 2 *Philyra* Græcis arbor eſt, Latinis dicta tilia, e cujus tenuioribus tunicis, quæ ſunt inter corticem & lignum, vincula olim fiebant ad corollas ſeu coronas texendas. *Philyras* autem & *lemniſcos*, & *tænias* fere dixere. V. Feſtum, & Polit. obſ. 72. De coronis in conviviis, V. od. 4. n. 12. 3 In Romanorum luxu roſæ floreſque hyeme multa pecunia paratæ, notæ ſunt. Mart. 4. ep. 29. *Rara juvant. Primis ſic major gratia pomis. Hybernæ pretium ſic meruere roſæ.* Lege omnino epigr. 80. l. 6. 4 *Simplex myrtus* eſt non artificioſe contexta & ornata. Ita Phocyll. v. 78. Καλὸν ξυνέζειν ταχέως λιτᾶισι τραπέζαις, quod Matt. dixit, *Structa ſine arte menſa.* 5 Spiſſa & umbroſa.

FINIS LIBRI PRIMI.

Q. HOR. FLACCI
CARM. LIB. II.

OD. I. AD C. ASINIUM POLLIONEM.

Non parum lucis odis affundunt, qui compoſitionis tempus probe notant, licet plus dimidia parte id fieri non poſſit. Non dubitem quin hîc idem ſit Pollio, ad quem genethliacum ecl. 4. Virg. ſcripſit, ductor ſc. Germanici exercitus, triumphator de Dalmatis, Coſ. Auguſto charus, hiſtoricis & poëticis ſcriptis nobilis. Facta eſt ode illo coſ. A. V. C. 713. biennium fere a prælio Philippico, cum Hor. vixdum, Bruto devicto, veniam ab Aug. impetrarat. Argum. ex ant. c. plus probem, ſc. *ut intermiſſis tragœdiis belli civ. deſcribat hiſtoriam*, quam ut intermitti paulo hanc voluerit, quaſi inde ſibi quid metuerit mali. Quantulumcunque enim momentum in ea Hor. inveniſſet, qui trib. mil. ſub Bruto meruerat? Quidve exiguum tempus dilata hiſtoriæ iſtius deſcriptio jam Auguſto reconciliato profit? Tempori verò eum mira arte ſervire, cum hîc, tum perpetuo apparet.

Motum[1] *ex Metello conſule civicum*[2]
Bellique cauſas[3], *& vitia*[4], *& modos*[5],
Ludumque Fortunæ, graveſque

Prin-

1 De Pollione, Fab. l. 8. c. 1. narrat, *Et in T. Livio, miræ facundiæ viro putat ineſſe Pollio Aſinius quandam Patavinitatem.* In hoc jam diſputant, quid ſit iſta Patavinitas. An ad diffluentem verboſum que Livii ſtilum id referendum? ſed hoc malignitatis Caji erat. Suet. in Cajo c. 34. V. Cl. Morhovius ad ſtudium partium Pompeji cui Patavini, eoque & Liv. erant dediti non refert, quod nec ex epit. 109 Liv. liquet: niſi Turcæ aliive plura ſervent, unde judicari id poſſit. Atcum Pollio nec Ciceroni, nec Salluſtio pepercerit, quod Laconiſmum naturâ amaret, & mordaci eſſet ingenio, vix dubitem, quin de ſtili ubertate id dixerit, quam hodieque Itali in Patavinis & Pergomatibus agnoſcunt. 2 *Motum civicum* ſeu bellum civ. a conſulatu, ut ait Porphyr. Metelli Celeris & Afranii A. V. C. 693 cum triumviratus Cæſaris, Craſſi, & Pompeji eſt conſtitutus. Inde & Flor. l. 4. c. 2. bellum illud arceſſit. 3 Origo belli, quod id agerent Romæ, Cæſare in Galliis res bene gerente, quo ei ante tempus ſuccederetur, ejuſque abſentis ratio in comitiis non haberetur. Suet. 28. 29. 4 Si leges hiſtoriæ ſervaſſet Pollio, certe vitia ducum, Senatus, populique notaſſet, & quæ exinde vulnera. 5 Modus belli iſtius v. apud Flor. d. l.

Principum amicitias [6], *& arma*
Nondum expiatis uncta cruoribus [7],
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas [8], *& incedis per ignes*
Suppositos cineri doloso [9].
Paulum severæ Musa tragœdiæ
Desit theatris [10]: *mox, ubi publicas*
Res ordinaris [11], *grande munus*
Cecropio repetes cothurno. [12]

Insigne

6 Cæsar dignitatem parare, Crassus augere, Pompejus retinere voluit, unde & amicitiæ vincula rumpi, & Crasso mortuo, tanquam duo montes collidi debuerunt. Figulus hîc meminit dicti Catoniani, quod non inimicitiis resp. esset perdita, sed amicitiis. 7 Innuit populi seu exercitus lustrationem, seu *armilustrium*, a pugna fieri solitum, nondum factum esse. Fiebat autem lustratio ad placandos manes eorum, qui in præliis occubuerant. Ita debellatis Latinis Romani primo cadaveribus suorum, tum lustrato exercitu triumphantes in urbe redierunt. Dion. Hal. 6. 14 Moris istius (certe antiquissimi, & in S. S. literis Dei populo imperati *Numer.* 31. 19 *&c.*) ignorantia & παρέφασις tantum ablutionis armorum ad æruginem arcendam hîc mentionem fecerat. *Condere lustrum* huc non pertinet. 8 Qui scribit historiam periculosam judiciorum subit aleam: Solet enim legentium aut scribentium gratia aut odio labefactari. Romani reip. recuperandæ desiderium memoriamque, Cæsar retinendæ studium servabant. Eoque innuit gladio ignem non fodicandum: cum periculum sit in eum scribere, qui possit proscribere. 10 Duplex sensus fingi hîc possit; vel submonentis, ut tristem civ. belli historiam tantisper intermittat, vel transeuntis ab historia ad tragœdias, quibus & operam dabat Pollio. Dacierius illum sic amat, ut totam oden hoc cardine verti putet. Sed *Musa, tragœdiæ, theatri, cothurni* mentio propriam hanc explicationem Servii ad Virg. ecl. 4. præferunt. Nec (utut Musis sit familiaris) dicat, Melpomenem, tragœdiæ præsidem dictasse historiam belli civilis præter munus suum, cum id esset Cliûs historiæ præsidis. Legem interpretationis sequor, ut propriam explicationem piæ impropria tueat, quandiu ἀναλογία potero. 11 *Publicas res ordinare* est historiam per sua tempora digerere. 12 *Cecropius* i. e. Athenienſis *cothurnus* tragœdiæ servit, in qua ut heroës appareant actores, alto incedunt calceamento: improprie poëtæ de sublimi carmine, & quidem tragico sic loquuntur; eoque hîc *grande munus* id vocat. Virg. ecl. 8. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Cothurni* vox ergo ad historiam transferri nequit, ut Dac. vult. Repugnat tempus, quo puritas & proprietas verborum erant in summa laude. Lege *Suet. in Jul.* 58.

Insigne mœstis præsidium reis [13],
Et consulenti Pollio curiæ [14]:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho. [15]
Jam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures [16]: *jam litui strepant* [17]:
Jam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumque vultus. [18]
Audire magnos jam videor duces
Non indecoro pulvere sordidos,
Ut cuncta terrarum subacta [19],
Præter atrocem animum Catonis. [20]

Juno

13 Pollio enim orator insignis quoque fuit. Tò *reus* vulgo male pro nocente dicitur, cum Cic. *reos* vocet, quorum de re disceptatur. 14 Hinc probatur, quod dictum in arg. hanc oden Pollione Cos. factam. Senatus non consulebat nisi consulem. *Curia* est trigesima populi pars; tum & ædes sacra ubi conveniebat; (v. *Parochia*) dein domus publica, ubi de rebus publicis agebant, ut hîc. 15 Loq. de *laureâ*, & *triumpho* (qui major honos est) de capta Salona Dalmatiæ urbe, eodem anno quo Cos fuit, & filium suscepit. Triumphi *honorem æternum* dicit. Nihil enim Romæ magnificentius, certe rep. libera. A. V. C. 740 *in triumphalia ornamenta* mutatus est. Italis tantum, si duos forte excipias, is honos datus. Aliis tamen gentibus notus quoque fuit. Ita constat de Philistæis arcam, de Tiglat Phulassare vitulum aureum, ut & Salmanassare alterum, abducentibus; de Chaldæis Chamon Moabitidos idolum, de Ptolomæo Euergete Deos Syros migrantibus, v. S. S. literas. Pompejo Deorum barbarorum imagines in triumphum duxisse vitio datum fuit, ut Plut. in Æm. refert. Plura hanc in rem v. apud Bochart. 1. p. hieroz. l. 2. c. 34. 16 Laus historici est, ut quasi non factam rem scribat, sed ipse eam scribendo faeere videatur; ut non legere, sed audire & interesse te putes. 17 De lituis v. od. 1. lib. 1. n. 18. 18 Lucan. (qui minime omnium poëtarum historiam corrupit) refert Cæsarem in acie proclamasse, *Nec cædere quisquam Hostis terga velit*; & Flor. l. 4. c. 2. *Miles faciem feri*; Ciceroque passim, tantum cecidisse quos Martis vis, non ira victoris perculit. Terrore ergo egregius dux incompositam Pompeji aciem confundere, adeoque bellum in compendium mittere voluit. Hæc Pollio sine dubitatione in historia habuit. Huc Horat. respicit, cum *fulgorem armorum, vultúsque equitum terruisse* suggerit. 19 *Cuncta terrarum*, Græcismus pro *cunctas terras*. Ita Plin. *Lanarum nigræ nullum colorem bibunt*, pro *nigræ lanæ*. 20 De Catonis invicto animo audacius Luc. *Victrix causa diis placuit, sed victa Catoni*, Cic. l.

Juno, & deorum quisquis amicior
Afris [21], *inulta cesserat impotens*
Tellure [22]: *victorum nepotes*
Rettulit inferias Jugurthæ. [23]
Quis non Latino sanguine pinguior
Campus [24] *sepulchris impia prælia*
Testatur, auditumque Medis
Hesperiæ sonitum ruinæ? [25]

F Qui

offic l. 1. c. 31. *Catoni cum incredibilem natura gravitatem tribuisset, eamque ipse perpetua constantia roboravisset, semperque in proposito, susceptoque consilio permansisset, moriundum potius, quam tyranni vultus aspiciendus fuit.* *Atrox* dicitur, quod esui immaturum est, & ad animum minime facilem transfertur, ut *crudelis* a *crudo*. 21 Quod Cicero pœnam aliquam a pop. Rom. deos exegisse dicit, id poëta ad Junonem, deosque qui in Trojam steterunt, refert. Junonem Carthaginem amasse, & hîc illius arma, hic currum habuisse, Romanisque Trojanorum posteris ob injuriam spretæ a Paride formæ fuisse gravem, & inde tantum sanguinis eorum ope fuisse effusum, ad exemplum Virgilii (qui Æneam heroa suum Cæsarianæ gentis conditorem in Augusti gratiam finxit) indicat. Deos hîc illicve loci sibi esse contrarios, a Syris manavit, ni fallor, opinio. V. l. 1. Reg. c. 20. v. 23. *Servi regis Syriæ dixerunt, dii montium, sunt dii Hebræorum, ideo superaverunt; sed melius est ut contra eos pugnemus in campestribus & vincemus.* 22 Deleta Carthagine. Urbe enim excisa dii abibant. Virg. 2. Æn. *Excessere omnes adytis arisque remotis Dî quibus imperium hoc steterat.* 23 Sub Jugurtha, Numidico Viro, comprehendit Afrorum reliquias, quorum manes placati sunt sanguine Romanorum nepotum, qui in Africa bellis civilibus multi cæsi sunt, ut Q. Scipio, Scipionis filius Africani nepos, aliique multi. *Inferiæ* erant sacrificia, quæ fiebant in mortuorum ducum sepulchris sanguine captivorum, apud Hom. equis. Sed quia sumtuosum hoc, & crudele homines vel victimas interficere, cœptum est sanguinei coloris vestes, aliave mortuis injici, vel gladiatores dari. V. Serv. ad l. 3. Æn. v. 65. 24 Loquitur de pernicie belli civilis. Cæsar refert undecies C. xcii M. a se occisa, præter bella civilia. Quantum in his effusum sit sanguinis, cogitari potest. Nam apud Ilerdam, validissimas Pompeii copias sub 3 legatis Petreio, Afranio, & Varrone, Cæsar invasit, brevique subegit. Hinc urbe repetita in Macedoniam transgressus Pompejum Pharsalico prælio fudit. Dehinc Scip. & Jubam reliquias partium in Africa refoventes. Postremo Pompeji liberos apud Mundam in Hisp. Et verbo, 5 illis bellis civ. ab Aug. gestis, Mutinensi, Philippico, Perusino, Siculo, & Actiaco terra plus nimis pinguefacta est. 25 Considerat Italiam, ait Dac. ut magnum vastumque corpus, quod cadere nequit, quin ejus sonitus longe audi-

Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Dauniæ
Non decoloravere cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro? 26
Sed ne, relictis, Muſa procax, jocis 27
Ceæ retractes munera næniæ 28
Mecum Dionæo ſub antro 29
Quære modos leviore plectro.

atur. Vix ulla figura gratior graviorque proſopopoïa. De Heſperia v. l. 1. od. 36. init. 26 De *Daunia* v. l. 1. od. 22. 9 Tranſit ad prælia navalia; ſc. Vari cum Didio, Statii cum M. Octavio, Salvidieni cum S. Pomp. Menæ cum Lurio, Menecratis cum Calviſio, Cæſaris, Demochari Agrippæ cum S. Pomp. De quibus Dion l. 43, 47, 48, 49. 27 *Muſam procacem* ſeu audacem dicit, quæ non veretur cum aliis bellis renovare memoriam belli, quod Brutus & Caſſius (ſub quibus trib. mil. meruerat) contra Aug. geſſere. *Procax* aliter eſt petax; & *procari*, petere. 28 *Næniæ* pro incondito carmine lugubri, quod præficæ canebant in funere; & inde pro fabella etiam uſurpat Phædr. l. 4. f. 1. Jovian. Pontanus ad nutricum cantiones refert, nam eos vulgus alicubi in Italia *nenas* vocat. Hor. l. 1. ep. 1. *Roſcia dic ſodes, melior lene an puerorum Nenia, quæ recte regnum facientibus offert.* Sed e Latino in Italicam linguam potius tranſiit. Bochart. 1. p. Hieroz. l. 2. c. 36 ait eſſe vocem Phrygiam, in Heſych. νηνίατον, (communiter νήνια) ex Hebr. *nehinihia, lamentum lamentorum*; ita & ante eum Scal. Quis *næniam* deam fecerit, a Dacierio diſcere hîc velim. *Muſa* autem Simonidis *Cea* dicitur, a patria Ceo, inſula maris Ægæi. Scripſit is threnos, & navalem Xerxis contra Græcos, & Salaminiam pugnam. 29 A matre Veneris Dionæ Juliam gentem originem trahere, credi voluit Virg. per Æneid. totum opus, uti & Horatius. Hoc cum ita ſit, quidnî *antrum Dioneum* pro Auguſti dixerit? ait Dac. ut ejus cum Muſis commercium notet, de quo l. 3. od. 4. *Vos Cæſarem altum militia ſimul Feſſas cohortes abdidit oppidis Finire quærentem labores Pierio recreatis antro* Vultque adeò Auguſti ad ſtudia ſeceſſu placere, ab eoque defendi. Alii, non tam acuti, de Veneris præſidio ad amores canendos, dum more ſuo coërcet ſe a narratione prœliorum, intelligunt.

ODE II. AD C. SALLUSTIUM CRISPUM.

Salluſtius Criſpus, Salluſtii hiſtoriarum regis, expilatæque Numidiæ nomine infamis, (ut Dion l. 43.) e ſorore nepos, liberalitatis nomine hîc laudatur ut qui luxui, ut ait Tac. fuit propior Hic Auguſto in cohorte prima interioris admiſſionis, incolumi Mæcenate ſecundus, mox primus. Mentio Phraatis certum facit,

Sall.

Sall. historicum hic non intelligi, ut qui 4 annos ante Actiacam pugnam obierit. Phraatis restitutio ope Scytharum diu post facta est. Vid. Dion. l. 49. Justin. l. 42. c. 4, 5.

Nullus argento color est [1], *avaris*
Abditæ terris inimice lamnæ [2],
Crispe Sallusti, nisi temperato [3]
Splendeat usu.
Vivet extento Proculejus ævo [4],
Notus in fratres animi paterni. [5]
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes. [6]
Latius regnes avidum domando

1 Constr. est, *Crispe Sallusti, inimice lamnæ*, seu laminæ *abditæ terris, nullus color est argento. Color* pro gratia, & splendore. 2 Quidam codd. *abditæ*, alii *abdito*. Sed hoc constructionem difficiliorem, certe lectionem minus suavem facit. Respicit sine dubio ad laminam seu æs Sallustianum, quod Sallustius in Centronum Alpino tractu primus effodit. Plin. l. 24. c. 2. *Lamnam abditam*, (Plut. Plutum τυφλὸν) vocat, pro massa, quæ priusquam fiat lamina, e venis excuti, ductilisque reddi debet. 3 *Temperare*, a *tempus*, est res facere opportune, suoque tempore. Pertinet ad prægustatores, qui aquam vino miscent. Gloss. Philox. *temperatum*, ἔυκρατον συγκιρνάμενον. Dac. 4 Cassiod. 4. c. 34. *Divitis auri vena similis est reliquæ terræ si jaceat, Usu crescit ad pretium.* Dac. 5 *Proculejus* vivet per secula. Hic Terentiæ Mæcenatis uxoris frater fuit, qui epoto gypso, in maximo stomachi dolore, mortem sibi conscivit. Plin. l. 36 c. 24. Dion l. 53. de eo refert historiam, quæ aulæ elegantiam redolet; eum sc. obviam factum Largo delatori notissimo, nares suas osque manu compressisse, iis qui secum aderant significantem, *ne respirare quidem Largo præsente quenquam tuto posse.* 6 *Notus animi paterni* (sc. causa) *in fratres*, Scipionem & Murenam, ut Acro notat. Spoliatus enim ex integro divisit patrimonium, quod cum eis jam ante diviserat. Scipionis istius nulla usquam alibi in historia Rom. exstat historia. Glandorp. in onom. *Cæpionem* vocat, quem Acro Scipionem. Sed Dion l. 54. Murenam affinem Mæcenatis, & Proculei fratrem in conjuratis contra Aug. nominat; Fannium Cæpionem vero inter socios tantum, nulla affinitatis fraternitatisve facta mentione. 6 Ille vehetur & feretur Famæ quasi alis. Ita Virg. *pennatam Famam*, & Nonnus φήμην πτερόεσσαν dicit. *Rumori* pennas dat Mart. l. 10. ep. 3 Non video id culpari merito posse. Rumor enim pro Fama etiam usurpatur. *Metuere* pro cavere, Græcis Latinisque frequens locutio est. V. Lambin. hic.

Spiritum [7], quam ſi Libyam [8] remotis
Gadibus jungas [9], & uterque Pœnus
Serviat uni. [10]
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, [11]
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis [12], & aquoſus albo
Corpore languor. [13]
Redditum Cyri ſolio Phraaten
Diſſidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus [14]: populumque falſis

Dedo-

7 *Spiritus* pro animi elatione bonis ſcriptoribus uſurpatur. Cic. pro Sylla c. 9. *Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt.* Cæſar l. 1 B. Gall. c. 33. *Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumſerat, ut ferendus non videretur.* Licet vero Salluſtio hiſtorico, & ejus nepoti (de quo hîc) ejuſque ambitioni bene conveniat hæc monitio, vix tamen crediderim Horatium tam ἀπαιρόκαλον, tamque ingratum fuiſſe, ut tantum virum uſſerit. *Regnes* ergo pro *regnabitur.* Eſtque hoc e Stoïcorum Schola. Hi en, μόνον τὸν σοφὸν βασιλέα εἶναι dixerunt, V. & Sen. trag. in Thyeſt. act. 2. *Regem non faciunt opes Non frontis nota regiæ. Non auro nitidæ trabes. Rex eſt qui poſuit metus, Et diri mala pectoris &c.* 8 *Libya* ab Hebr. *Lehaba*, id eſt, ab ardore dici videtur *Bocharto.* Sumitur Græcis pro Africa. Hor. pro ea parte ubi eſt Carthago. 9 *Gades* hod. Cadix inſula oceano circumfuſa in via freti Herculei (*de Straat*) ad oſtium Bætis fluminis Hiſpaniæ. Pœni *Gadir* vocant locum undique ſeptum. Tyrii a Rubro mari profecti illam inſulam occupantes in lingua ſua *Gadir* id eſt ſeptam nominaverunt. Ineptiunt Græculi qui γῦρον δύω, aut λιθόστρωτον explicant. V. Bochart. 2. p. Can. l. 1. c. 34. 10 i e. Hiſpaniæ, (nam ibi Hamilcar alteram quoque Carthaginem ædificavit) & Africæ incolæ. *Hydrops* pro *hydropicus.* Avaritia hydropi morbo vett. comparari ſolet. Infra l. 3. od. 24. *Scilicet improbæ Creſcunt divitiæ, tamen Neſcio curtæ quid ſemper abeſt rei.* 12 Cauſa hydropis eſt corruptio maſſæ ſanguinis, jecore & liene officium ſuum non facientibus. 13 Aqua intercus album reddit corpus, & ſpirituum animalium defectum arguens, languidos etiam facit. 14 Conſtr. (quæ in Acrone depravata eſt) *Virtus diſſidens plebi*, id eſt diſcrepans a plebe, *eximit Phraaten redditum Cyri ſolio enumero beatorum.* Dion l. 49 de eo narrat, quod hominum fuerit ſceleratiſſimus. Omnes enim fratres, patremque hydrope laborantem filiumque necavit. Eſtque hic *Phraates* III, Plut. in Ant. *Phraortes* dictus. Regno Cyri (nam hic Parthicum regnum tenuerat) expulſus, a Scythis fuerat reſtitutus; Juſtin. l. 42. c. 4. 5. Is vero qui a Tiberio Parthis rex datus, hujus filius videtur; ex Tac. l. 6. Annal. Quomodo vero l. 1. epiſt. 12.

Dedocet uti
Vocibus [15]: regnum & diadema tutum
Deferens uni [16], propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto [17]
Spectat acervos.

quod dicet, *jus imperiumque Phraates Cæsaris accepit genibus minor*, ad Tiberium referri potest, cum Horat. tum obierit mortem? sed in rebus regibusque Parthicis ἀνιστορίαν deprehendo passim, hæc vero tolerari nequit 15 Tales repræsentantur in tabula Cebetis, qui beatos prædicant eos qui a Fortuna quid acceperunt. 16 V. n. 7. 17 *Proprium* est quod eripi nequit & perpetuum est. Virg. *Propria hæc si donaſſuiſſent.* Ter. *nihil ne eſſe proprium cuiquam?* 18 Oculus irretortus est rectus. Invidiæ oculus obliquus est. Ovid. de ea *Nuſquam recta acies.*

OD. III. AD DELLIUM.

Ut plane ignoratur quando hæc facta sit, ita quis hic Dellius, an Antonii exoletus, ejusque apud Cleopatram libidinis minister, simulque particeps, ut Dion l. 49, haud constat. Ratio dubitandi est in facili veteribus permutatione vocum *Dellii*, *Bellii*, & *Duellii*, quæ unum tamen nomen faciunt; uti idem est *duonum* & *bonum*, *duellum*, *bellum*. Nec tanti est diutius quærere, cum oda tota sit moralis, & ab historia nihil lucis egeat.

Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem, non ſecus in bonis [1]
Ab inſolenti temperatam
Lætitia [2], *moriture* [3] *Delli*,

F 3 *Seu*

1 Epicurum hic sequitur, qui in summis doloribus beatum se dixit, Diog. l. 10. sect. 22. *Arduus* & *bonus* hic opponuntur. *Arduum* proprie quod accessu difficile ab altitudinem; & transl. *durum*, *molestum*, *adversum*. Gloss. Philox. δυσχερὲς, δυσαντὲς, σκληρὸν, ὑψηλὸν conjunxit. *Dac.* 2 Græci dicerent ὑπερηφάνε ἀπεχομένην χαρᾶς *quæ exempta est ab insolenti gaudio.* Quid *temperare* notet V. od. præc. init. Addi hic debet, quod uti præguſtatores miscendi legem servant, inde & pro *abstinere*, *se privare*. Glossar. Philox. *Temperat* συγκιρνᾷ, φιλοτεῖται, *Commiscet*, *parcit*. *Temperamus* ἐγκρατόμεθα, ἀπεχόμεθα. *Tempero me vino* ἀπέχομαι οἴνου. *Dac.* 3 Ratio dictorum est in voce una *moriture*, quæ non est epitheton, sed ratio. Perinde dixit od. 28. l. 1. *Nec quicquam tibi prodeſt Aërias tentaſſe domos, animoque rotundum Percurriſſe polum, moriture.*

Seu mœſtus [4] *omni tempore vixeris,*
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos [5] *reclinatum bearis*
Interiore nota Falerni [6]*:*
Qua pinus ingens [7]*, albaque populus* [8]
Umbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis [9]*, & obliquo laborat*
Lympha fugax trepidare rivo. [10]

Huc

4 Hoc pendet a voce *moriture*; *tu qui mori debes*, *ſive* &c. 5 Romani feſta habebant, quæ erant dies ſacrati diis, quibus a labore ceſſabatur. Diviſa erant in dies ſacrificiorum, conviviorum, ludorum, & feriarum: ſed notandum feriatos quidem fuiſſe dies, qui tamen non eſſent feſti. In SS. literis quoque apparet ſacrificia & convivia tam privata & gentilitia, quam publica ſimul fuiſſe celebrata. V. Dougtæi anal. c. 82. & 188. Unus Virg. l. 6. veſcentes & convivantes poſt mortem in campis Elyſiis facit, quin & ludentes ſaltanteſque, a v. 640. Sed ut nulla fictio poëtarum penitus a veritate diſcedit, ut Serv. ad 3 Æn. notat, ita Virg. illa e Plat. 2. de rep. hauſit. Μουσαῖόν δὲ τὸν νεανικώτερα τἀγαθὰ, καὶ ὑὸς αὐτῆ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις. Εἰς ἅδε γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες, καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες, ἐστεφανωμένους ποιοῦσι, τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, ἡγησάμενοι κάλλιστον ἀρετῆς μισθὸν μέθην ἀιώνιον. Virgilio hunc locum, & rurſus Platoni (quem e ſacris in ſua bene multa transtuliſſe paſſim notant docti viri) Deuteron. c. 32. v. 14. in mente fuiſſe, conferenti patebit. Certe *Muſæus* ille Platonis, non alius eſt quam Moſes, ut illuſtr. Huet. dem. euang. propoſ. 4 ſect. 18 docet. V. & P. Petiti Miſcell. obſ. l. 2. c. 15. 6 *Interiore nota Falerni* eſt nota Falerni remotiſſimi, vinum vetuſtiſſimum, quodque in cellis maxime reductum jacet. V. quæ notavi l. 1 od. 20. n. 3, 4. Modeſte Dacierius tractavit virum, quisquis ille fuerit, qui *notam* pro vino, & *Creſſam notam* pro Cretico vino od. 36. l. 1. explicatum voluit. 7 Feſta celebrarunt gentes *ſub omni arbore viridi*, ibique deos ſuos colere, & luxuriare amaverunt V. l. 1 od. 4. Sed eas omnes ſubverti voluit Deus, Deuter. 12, v. 2. 8 Duo genera *populi*. Unum *album* λευκόν. Alterum *nigrum* λιγειρον. Virg. tamen *populum bicolorem* vocat. Folia enim primo alba paulatim ab una parte fiunt nigra. 9 *Pini* & *populi* (eſt enim hic num. ſing. pro plur.) conſociant amabiliter ramos ſuos ad umbram faciendam, quæ epulantibus quaſi hoſpitium præbeat 10 *Trepidare* (Belg. *ruyſchen*) *lymphæ fugacis*, ejuſque *laborare*, apprime convenit murmuri torrentis, qui lapillis hic illic oppoſitis non recta labitur, ſed varie curvatur. Inter ea quæ vitam beatiorem faciunt epod. 2 dicit *Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus*, *Somnos quod invitet leves*. Od. 13. l. 3. *Loquaces lymphæ* vocantur.

Huc vina, & unguenta [11], *& nimium breves*
Flores amœnæ ferre jube roſæ [12]:
Dum res [13], *& ætas, & ſororum*
Fila trium patiuntur atra. [14]
Cedes coëmtis ſaltibus, & domo [15],
Villaque [16], flavus quam Tiberis lavit [17];
Cedes: & extructis in altum

11 Horat. eum paſſim, tum & hîc in diſcipulis Epicuri ſe monſtrat. Hi enim (non Epicurus qui pretioſius epulari ſe ajebat caſeo Cythnio, ut Menag. recte legit, alias aqua & cibario pane contentus, Diog. l. 10. ſect. 11) moriendi neceſſitatem pro argumento lætitiæ capiebant. 12 *Roſas* crinibus implicare, menſis inſpargere, eaſque ſeras ſectari, ſolebant vett. Heliogabalus, voluptatum mancipium, in recumbentes convivas per laquearia velut per impluvium, *roſas* effudiſſe legitur. Ita infra od. 29. l. 3. *Florem roſarum* Mæcenati paratum ait, pro roſis. Phraſi Græca. 13 *Res* ridicule hîc pro ſubſtantia ſumatur, quaſi Dellius mox bonis eſſet ceſſurus. Rectius pro occaſione, ut paſſim apud Ter. Nam ut eſt apud Juven. ſat 9. *Dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.* 14 *Parcæ*, tres ſorores, Lacheſis, Clotho, & Atropos, vitam & caſus pro arbitrio deſtinantes ad æthera, & quidem ad Lunam referuntur a Voſſio & Huetio, & cum Mœra ſeu Fato, Neceſſitate, Nemeſi & Adraſtia pro eodem habentur. *Parcæ dictæ ſunt* (non quod minime parcant, id enim nugax Grammaticorum commentum, merumque inſcitiæ azylum vocat Voſſ.) *quod parcant. Una enim tantum dicitur filum incidere; duarum vero, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. Quin illa quoque parcit: ſuſtinet enim, etiam aliarum opus, quoad fatorum juſſibus pareat.* Scal. de R. Poët. l. 3. c. 90. *Alba lana* longam felicemque vitam, *nigra* brevem neviſſe videntur. 15 Romani *nemora* ſeu amæniores ſylvas in domibus, quin & in ipſis domorum faſtigiis habuere, quibus intermixtæ veræ aves. Sen. *Pomaria in ſummis turribus ferunt, quorum ſylvæ in tectis ac domorum faſtigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egiſſent.* 16 *Villa* venit a *vehilla, quo fructus convehebant.* Tandem ruri quoque villæ urbanæ extructæ ſunt. Ita de inſanis Clodii in villa ſubſtructionibus, & in qua mille homines laborabant ex Cic. Milon. conſtat; & refert Strabo *in villis more Perſicore giæ ſtructas fuiſſe.* De Gordianorum villa v. Capitol. & Hor. infra querentem *Contracta piſces æquora ſentiunt Factis in altum molibus.* 17 Vetr. *lavere* in 3 conjug. etiam dixerunt. Quid vero fluminis, torrentis, fontiumque ſemper defluentium aſpectu aſſiduoque labore monemur, niſi vitam noſtram quoque undæ inſtar effluere; nec felicitatem noſtram hîc diu eſſe ſtabilem, ubi nihil firmum ſolidumque permanet.

Divitiis potietur hæres. 18
Diveſne, priſco natus ab Inacho 19,
Nil intereſt, an pauper & infima
De gente ſub dio moreris 20,
Victima nil miſerantis Orci. 21
Omnes eodem cogimur 22: omnium
Verſatur urna: ſerius, ocyus
Sors exitura 23, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ. 24

OD.

18 Infra *Sic quia perpetuo nulli datur uſus, & hæres Hæredem alterius velut unda ſupervenit undam: Quid vici proſunt, aut horrea, quidve Calabris Saltibus adjecti Lucani, ſe metit orcus Grandia cum parvis non exorabilis auro?* 19 Primus Argivorum rex *Inachus* ab *Auguſt. l.* 18. *c.* 3. *De Civ. D.* Iſaaco æqualis habetur. Nomen ejus a Græco ἴναχος, quod apud poëtarum antiquiſsimos auguſtum, regibuſque ac heroïbus peculiare eſt, Inde Dioſcuros ſeu Caſtorem & Pollucem ἴναχας dictos conſentaneum eſt, quod ſtatura & majeſtate cæteris mortalibus anteſtarent. *Anacæi, filii Anak*, terribiles Iſraëlitis, e S. S. lit. noti ſunt. Ab his Inachi origo & nomen. Bochart. 2 p. Can. l. 1. c. 1. Huet. dem. ev. prop. 4 ſect. 6. Apud Hyginum Inachus Oceani filius dicitur, ob migrationem ex Ægypto in Græciam, coloniæ forte deducendæ ergo. 20 *Morari ſub dio* ait Dacierius non eſt neceſſe ut ad pauperem referas tantum, ſed & ad divitem: notat enim *vivere, degere*. At non dubitem, quin *morari* ſub dio hic ſit habitare ſub Jove, nudoque cœlo. Virgil. quidem dixit l. 1. Æn. *Si veſcitur aura Ætheria*, ſed *dia luminis aura veſci* nuſquam, quod ſciam, legi. 21. *Orcus* pro rege inferorum Dite, Plutone, item pro morte ponitur. Proverb. eſt *Orco implacabilior* Heſiod. χηρεττεφῆ, *morti nutritum* obnoxiumque, & Hor. alibi *illachrymabilem Plutona*, vocat. 22 *Cogere* vel compellere notat, vel *coagere* ſeu in unum agere. Sed hoc magis probo. Ita Mercur. virga ſua agit animas tanquam gregatim. 23 Poſt τὸ *urna* vulgo colon notatur, & ſic brevis eſt in fine, ac per cæſuram ſalvari debet. At conſtrui poteſt commode; *ſors omnium verſatur in urna, unde ſerius ocyus exitura eſt. Sors* in dubiis & litibus frequens fuit vett. finxeruntque nomen cujuſque in tabella ſcriptum, & in urnam conjectum fuiſſe, quæ ſemper movebatur; eoſque quorum nomen primum exiret ſeu extraheretur, ante alios mori, idque quotidie ſic fieri. *Minos quæſitor urnam movere* quoque fingitur apud Virg. 6. Æn. *Dac.* 24 *Cymbæ* ſeu navi Charontis impoſiti per Styga vehuntur. *Exſilium* eſt e ſolo patrio expulſio. Græci, qui ſua a Chaldæis & Ægyptiis accepere, de ſpe poſt hanc vitam valde hæſitanter loquebantur, & ita quoque philoſophi. Patet in Plat. Phæd. *Hoc ſcitis, ſpem mihi eſſe venturum me ad viros bonos: quod tamen non nimium affirmaverim.* In Cic. 1. Tuſc. & 4. Catil. c. 4. in f. & quæ ibi notavi. In Sen. ep. 64. *Et*

fortaſſe (ſi modo ſæpientum vera fama eſt, recipitque nos locus aliquis) quem putamus, abiiſſe præmiſſus eſt. Quare Juſtin. mart. colloq. cum Tryph. generalite[r] concludit, *nihil horum norunt philoſophi neque* vel *quid ſit anima valent dicere.* Nos ſcimus noſtrum ἐνδημεῖν ἐν τῷ σώματι eſſe ἐκδημεῖν ἀπὸ σωτηρίας. Et rurſus ἐκδημεῖν ἐκ τοῦ σώματος eſſe ἐνδημεῖν πρὸς τὸν σωτῆρα.

OD. IV. AD XANTHIAM PHOCEUM.

In fine odes apparet quando facta ſit, nuſquam vero quis hic Xanthias fuerit. Niſi fictum nomen; ut & hic Phyllidis. Græcus & potens homo videtur fuiſſe. V. ad od. 8. l. 1. n. 1.

NE ſit ancillæ tibi amor pudori [1],
Xanthia Phoceu. Prius inſolentem
Serva Briſeis niveo colore
Movit Achillem. [2]
Movit Ajacem Telamone natum [3]
Forma captivæ dominum Tecmeſſæ [4]:

F 5 *Arſit*

1 Romani per contemtum *ancillariolum* dixere, qui *ancillas*, & non matronas ſectaretur: hoc enim ludus jocuſque iis fuit. Sen. l. 1. c 9. De Benef. *Si nulla ſe fecit amica inſignem, nec alienæ uxori æmulum præſtat, hunc matronæ humilem, & ſordidæ libidinis*, & ancillariolum *vocant.* At Hor. l. 3 od. 6. de adulteriis eorum refert. *Hoc fonte derivata clades In patriam populumque fluxit.* 2 *Inſolens* hîc non pro inſueto, ſed ſuperbe feroci (*baldadig*) accipitur. Achillis character eſt ex Hom. in art. poët. v. 121. *Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget ſibi nata: nihil non arroget armis.* Virg. Heröa ſuum pium, facilemque in lachrymas repræſentat quovis graviori caſu. Dares Phryg. Briſeïda dicit *formoſam, alta ſtatura, candidam, capillo flavo, ſuperciliis junctis*, (quod tum pulchrum) *oculis venuſtis, corpore æquali blandam, verecundam, animo ſimplici*, & *piam.* Hom. Il. 1 v. 142 eam vocat καλλιπάρηον *pulchras habentem genas.* Hæc, Laodamia prop. dicta, ab Agamemnone illi erepta, implacabilis iræ materies fuit. Ridiculum, quod cum Menagius in Gul. Colleret jam tertium ancillam ducentem oden vellet facere ad hujus imitationem, hanc damnarit, quod Briſeis regis eſſet filia jure belli ſervata. At idem dicit Hor. Alias ancillas, quam quacunque de cauſa ſervas factas, tum non habuere, neque imitationi noſtræ aliter ſervire Hor. potuit. 3 Ad differentiam Ajacis Oilei. 4 Tecmeſſa Teuthrantis regis in Phrygia filia Ajaci in præmium laborum ceſſit. Liceat hic notare, ſæpe filias in meta ſtadii locatas certantium victoribus in præmium ceſſiſſe. V. Pind. Pyth. 9 Diod. Sic. 4. Herodot. 6 Pauſ. Lacon. *Sic Calebus dixit, qui percuſſerit Cariathſepher, & ceperit eam, dabo ei Acſ-*

Arſit Atreides medio in triumpho
Virgine rapta. 5
Barbaræ poſtquam cecidere turmæ 6
Theſſalo victore 7, *& ademtus Hector*
Tradidit feſſis leviora tolli 8
Pergama Grajis. 10
Neſcias 11 *an te generum beati* 12
Phyllidis flavæ 13 *decorent parentes.*

Regium

ſam filiam meam uxorem. Joſu. c. 15. v. 16. Davidis dos, C præputia erant, 1 Sam. 18. 25. 5 Agamemnon, Pliſthenis filius, Atrei nepos in medio triumpho ſeu ἀλώσει Trojæ Caſſandræ amore incenſus eſt, quare & cruentas Clytemneſtræ ſuæ manus ſenſit. Cærum Hom. unde ceu de perenni fonte Hor. hæc hauſit cuivis heroi Græco ſuam in longa illa obſidione amicam dat. Neſtori, Phœnici, Menelao, (cum Helena jam pariundo non eſſet) Patroclo, Agamemnoni, aliiſque Lesbiæ, aliæve ſervæ palæſtra fuere. De triumphis v. od. 1 Bacchus ejus auctor *Theriambos* exinde dictus putatur, a θρία *ficulneum folium*, & ἀμφὶ *circum*; quod illa corona cingeretur triumpho Indico. At Bochartо Bacchus eſt Nimrod, *Thriambos* dictus a voce Syra *There-abhan*, uti Græci διμήτορα, Lat. *Bimatrem* dixere. 6 *Barbaræ turmæ* ſunt Phrygii equites. l 1. ep. 2. *Græcia Barbariæ lento colliſa duello*, i. e. Phrygiæ. Epod. 9. *Sonante miſtum tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum*, i. e. Phrygium. Ita Græci ſcriptores Trojanos vocant, uti ætate Demoſthenis Perſarum rex Barbarus dicebatur. *Jamblich. in theol. Phœnicum*, ubi negat eandem ſervare vim & ſenſum tranſlata verba, *habent voces barbaræ*, i. e. (interprete H. Junio anim. l. 4. c 25.) Hebrææ *magnam efficaciam & brevitatis gratiam, minuſque habent ambiguitatis, minus variationis* &c. Item *Barbari* i. e. Judæi *ſtabiles in affectionibus, etiam in verbis iiſdem conſtanter perſeverant: quare Deo chari ſunt, eique grata verba offerunt, quæ nulli homini fas eſt quovis modo commutare.* Ita & Amelius *S. Johannem Barbarum* vocat. Barbaricarii in Cod. Theod. Phrygiones. *Barbari* vox ergo late patet. 7 Achille. *Nam cum is Hectora interfecit, Trojanos in fugam vertit, & maxima cæde eos ad portam ſecutus eſt.* Dares. 8 Reliquit jam leviore negotio expugnanda. 9 Arcum Trojæ. *Pergama* pro arcibus & propugnaculis. 10 Grajos bello ſatiatos, Sinon facile perſuadebat. *Sæpe fugam Danaï Troja cupiere relicta Moliri, & longo feſſi diſcedere bello* Notandum eſt ſemel, Græciæ nomen non tam antiquum quam Hellados. 11 Prolepſis. Objici poterat. Quid? Illæ regum filiæ erant. Nihil hoc ad Phyllida. His reſpondet Hor. 12 Od. 27. l. 1. n. 12. 13 *Flavus color*, & *rufus*, non tamen ſic ut profundius rutilans in rubrum tranſeat, ſemper placuit. Ut de viris taceam, Menelao, Meleagro, Achille, quos flavos dixit Hom. Medeæ quoque, & Auroræ, Ariadnæ, Europæ, Lucretiæ flavam dat comam

Regium certe genus [14], *& Penates.*
Mœret iniquos. [15]
Crede non illam tibi de ſceleſta
Plebe dilectam [16] *: neque ſic fidelem,*
Sic lucro averſam potuiſſe naſci
Matre pudenda. [17]
Brachia [18], *& vultum* [19], *teretesque ſuras* [20]

Inte-

Ovid. Atalantæ Ælian. & Stat. Didoni Virg. Itaque neſcio ut hic elegantior judex ſit Serv. in 4 Æn. cum ait, *Matronis nunquam flava coma dabatur, ſed nigra.* Sed hanc certe viris laudi fuiſſe, vel ſola myſtici & adorabilis ſponſi noſtri deſcriptio probat Cant. c. 5. v. 11. V. & l. 1. od. 32. n. 7. Quin albi & glabri, ut fatui, nihilque præter corium boni habentes, ridebantur. Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομῶν. Batavos vero noſtros & Cattos crines rutilaſſe ſpuma ſaponis, lixivii, quin & Britannos totum corpus glaſto coloraſſe, & de aliis V. tract. H. Jun. de coma c. 9. In Boreali Hollandia feminæ comam adhuc rutilant. Salomonis equites, & Lucius Verus & Gallienus aurea ſcobe comam ornarunt. 14 Nulli majore auctoritate genus mentiunrur quam peregrini. Teſtes inſuper adduxit Nero, quo Aten libertam ceu regio genere natam duceret. Suet. c 28. 15 Moerendo commemorat: nec enim mœret quod regio genere orta ſit: neque multum mœrentem dicere Hor. potuit: mœſtorum enim anhelitus triſtis eſt, & in amica non ferendus. *Penates iniquos* i. e. graves, duros, ait; vel ex more gentium diis iraſcentium ubi mala ingruunt. Quin & Hom. Jovem infert de Trojanis optime ſentientem, & ab iis curatiſſime cultum, qui tamen eoſdem perdidit. Il. Δ. quin ſi votis non annuerent dii, etiam ſi majores eſſent, ô bellum ludum! nihil non iis minabantur. Ita Priap. luſ. 83. *Vale Priape deſtitutor inguinum Jacebis inter arva ſqualidus ſitu, Caniſque fœdus uſque immerget, aut tibi Lutoſa ſus fricabit oblitum latus*, Anacr. od. x. ad amorem cereum Ἔρως σὺ δ' εὐθέως με πύρωσον εἰ δὲ μὴ σὺ κατὰ φλυγὸς τακήσῃ. *Amor incende me; quin mox flamma peribis.* Ita e Theocr. Anna Faber profert quem, *qui a Pane rogat, Venus ſua ut obvia ſit ſibi; ni faciat, fore ut in urticas projiciatur.* Melior precatur ille (epigr. non ſuccurrit) *qui & negari ſibi multa petenti petebat.* De *Penatibus*, an hos abduxerit Rachel, aliaque V. Voſſ. Idol. 16 Od. 35. l. 1. *Vulgus infidum*; hic od. 16. *malignum vulgus*, Cic. 4 de rep. *Neque in hac defenſione ſuſcepi populi cauſam, ſed bonorum. Sceleſtus* & *infelix* ſæpe promiſcue uſurpantur. *Porta ſcelerata*, qua Fabius cum CCC clientibus exiit, Romæ nota fuit. 17 Prov. κακῆ κεφαλῇ κακὸν οὖς. Auguſtus id credidit, cum *partum Juliæ neptis aguoſci alive vetuit.* Suet. c. 65. 18 Laudavit ergo, ut Petr. *Brachia pluma molliora*; vel ut Ovid. *Eburnea, Sithonia candidoria nive.* Supra *cerea brachia* In his tantum decus, ut Helena, Juno, Proſerpina λευκώλενοι dicantur Hom. & Heſ. 19 Laudavit, credo, vultum, quem Petr. *Frons minima, & quæ radices capil-*

Integer laudo [21] : *fuge ſuſpicari,*
Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere luſtrum. [22]

lorum retro flexerat : ſupercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum pene permixta : oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus : nares paululum inflexæ : & oſculum quale Praxiteles Dianam habere credidit. Quem velit Anacr. V. od. 28. 20 *Teretes ſuræ, clementer exſtantes, ſenſimque tenuatæ* (ut Lact. de Opif. Dei c. 13.) oppon. *tumentibus*, epod. 8. & *petitis* i. e. *ſiccis*, *ſubſtrictis*, Feſtus. *Tenuibus* & *aridis*, Luc. de meretr. Ovid. 3 de Art. v. 272. 21 Purum ſe ab illa ait ; credo, tanquam ſi ſit ſoror. Ter. Hec. 1, 2. *Narratur ut virgo ab ſe integra etiam tum fiet.* At unde Hor. tam integer, de ſuris ſic loqui poteſt ? O controverſiam gravem, atque ad Amphyctionum conſeſſum, vel Apollinis templum, deferendam ! Nil opus eſt dicere, id eum vidiſſe e pellucida veſte, ſtolaque haud matronali : cum nullæ ærimoniæ, ſpectacula, aut convivia eſſent, quibus non adhiberetur varia ſaltatio. Certe ipſe corporis habitus ſuras, & quid non, ſine perſpicillo indicavit. 22 Jocari hîc poëtam palam eſt. Licet enim renuntiarat amoribus, ut l. 1 od. 19, forte cum lippitudo aut ſatietas id juberent, ex ætate tamen 40 annorum haud effæta (niſi forte in Luſitanis) cui id probaſſet ? Certe a. æt. 50 ſatis fuit impudicus. V. od. 1 l. 4. In T*ẽ* *trepidare* tranſl. eſt a rivis. od. 3. *Obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. Trepidare* eſt quoque *properare.* Non. Hor. l. 3. od. 27. *Sed vides quanto trepidet tumultu Pronus Orion.* Virg. 9. Æn. *Ne trepidate meas, Teucri, defendere naves,* & ibi Serv. ad v. 114.

O D. V.

Poëta ſe reprimit a cupiditate virginis immaturæ.

Nondum ſubacta ferre jugum valet
Cervice [1] : *nondum munia comparis*

Aequa-

1 *Valere* in Priapeiis eſt robuſtum eſſe. Vocibus e Suburra magna hujus odes pars, ut allegorica, explicari queat. At pubem mihi creditam ad iſtiusmodi prætextata, ſeu nupta verba rubere jubeo, non ridere. Et tamen caſtrati dignos cenſeo, qui hujusmodi odis Horatium caſtrant. Curioſiores enim reddunt adoleſcentes, ſi non nequiores ; dum omnem ſpurcitiem una legi malunt, (quod in Mart. ſic caſtrato nuper vidimus) quam bonis & moratioribus ſcriptis in viam identidem reduci. Porro *jugum*, inſtrumentum bobus junctis imponi ſolitum, ad viri & mulieris conjunctionem ſacris profaniſque ſcriptoribus transfertur. A *jugo* copulo, ſunt adject. *conjux*, *injux*, *ſejux*, *jugalis vitus*, ubi Junonis Jugæ, ſeu matrimonii præſidis ara, Romæ notus fuit.

Aequare[2], *nec tauri ruentis*
In Venerem tolerare pondus.[3]
Circa virentes est animus tuæ
Campos juvencæ[4], *nunc fluviis gravem*
Solantis æstum[5], *nunc in udo*
Ludere cum vitulis salicto[6]
Prægestientis. tolle cupidinem
Immitis uvæ[7] *: jam tibi lividos*

Distin-

2 Affectatus fuerat puellam nondum viripotentem, ut Icti nostri feliciter dicunt. Petr. ut solet, eleganter; *quæ muliebris patientiæ legem nondum possit accipere*, vel ut in Priap. Iov. *crissare viro*, & in Gloss. inedito *Incarinare*. A juvencis refractariis ad homines transl. Hebræis perplacuit. Bochart. hier. p. 2. l. 4. c. 14 in f. 3 *Tauri* vox ad valide membrosum, seu fascinosum, bene peculiatum, mutoniatumque, ob luculentiratem vasorum, transfertur. Ita leg. Plaut. in Cas. a. 5 Sc. 2. v. 10. *Taurus* (non *tardus*) *ilico esse cœpi*, i. e. *vehementer minax*. Ne quis, ut impuritatis magistro, occinat e Polit. Arist. l. 7. *omnem verborum obscœnitatem, & turpiloquia e civitate ejciunda*, rogo, si hæc mea meruerint lectorem studiis aliorum præfectum, memoremque quid sit Paulinum illud ad Tit. 1, 15. Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς, ut vel hac occasione suos præmuniat, ne imprudenter una & altera forte tali lectione, vel auditione verberati (ubique enim velis nolis plus nimis nequitiarum) sua sibi culpa & in Venerem putredine pereant. Cæteri Socratis instar capite operto quam longissime fugiant: vel si norint in poëtarum lectione, ceu in medio mari, nos versari, (ut Jos. Scal. ait) hos scopulos ubi viderint, fugerintque a me moniti, cavere semper velint, agnoscentes cuivis Christiano dictum, πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω; magisque ut castigato simus animo, elaborandum. Scio *canes* extra juberi, eoque in vita plus satis coram deo nocens, post mortem quoque libidini facem flabellumque, neque hîc neque alibi, prætulisse velim. 4 *Juvenca* Hebræis *bima* dicitur. Hom. Ἐθὺν ἀνὶν *hornam* dicit, ἣν ἔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγον ἀνήρ. Salomon de juvencula uxore loquens *cervam gratam*, *rupicapram*, vocat, Prov. 5. 19. Infra Hor. de *equa trima* loquitur eadem allegoria. V. l. 3. od. 11. 15. 5 Lenientis, levantis. 6 D. od. *Indit exultim. Cum vitulis* i. e. pueris, puellis. Ita Hebræi, aliique solent filium hominis &c. *vitulum* appellare. Ephraimitæ vitulo nondum edomito; & Simsonis amica vitulæ, consimili allegoria, comparantur. V. Bochart. Hieroz. 1 l. 2. c. 28 & 41. 6 *Gestire* vitulis probe convenit: est enim animal σκιρτητικὸν. Theoc. in Bucol. Ὄρχευντ' ἐν μαλακᾷ, ταὶ πόρτιες αὐτικα ποῖαι, *Et vitulæ statim saltabant in molli gramine Prægestire* multum corporis in lætitia motum notat. 7 Transl. nova, ab uva nondum matura, ad virginem quæ nondum nuptias potest facere,

Distinguet Autumnus [8] *racemos*
Purpureo varius colore. [9]
Jam te sequetur: currit enim ferox
Aetas [10]*: & illi, quos tibi demserit,*
Apponet annos [11]*: jam proterva*
Fronte petet [12] *Lalage* [13] *maritum.* [14]
Dilecta, quamtum non Pholoë fugax [15],

Non

ut Plaut. ait. Plut. in præcept. conjug. eadem usus est metaph. Hinc locutiones *Virgo matura, tempestiva, cruda, acerba.* Ita infra *cruda marito.* Supra *tempestiva viro. Acerba* idem quod *immitis, atrox.* Varro Agathone apud Non. *Majores nostri aures virginis acerbæ Venereis vocabulis imbui noluerunt.* Ita fere Torrent. 8 Lamb. notat ὀπώραν apud Græcos cum Autumnum tum & nubilem maturamque ætatem significare ex 2 Isthm. Pind. 9 Ep. 2. *Certantem & uvam purpura.* Inde uva *picta* est matura. Laërt. eleganter dixit, *Tibi suavis dædala tellus Summittit flores. Varius* quid hîc sit, optime exprimit jocus Cic. apud Fab. l. 6. c. 4. in Isauricum maculosa facie, & animo levi ac inconstanti, *Miror quid sit, quod pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit.* Ita Virg. *Lynces* diversicolores *varias* dixit 3 Georg. v. 264 & ibi *Emmen.* 10 *Ferox ætas* adolescentiæ est: quæ freto, marique commoto comparari solet. Quæ enim vult, valde vult, & cum impetu peragit. Comin. ideo notat, *omnes qui ad summa aliqua fastigia pervenerunt, & præclaras res gesserunt, summa adolescentia eas aggressos esse.* 11 Ita ex populari consuetudine loquitur. Quod *tibi* & ætatis tuæ flosculo decedit, illi accedere quodammodo videtur. Dacier vertit istæc Gallice, *nam impatiens ætas volat ut sagitta, & brevi adjicit illius vitæ annos, quos tuæ desecuit: more*, ait, *Romanis in numerando familiari; ut quod uni decederet per substractionem, alteri per additionem accederet*, probatque hoc ex art. poët. v. 175. *Multa ferunt anni venientes commoda secum. Multa recedentes adimunt.* Anni enim venire dicuntur ad medium ætatis, & inde abire, ut Bad. jam ante notavit. 12 Est specioſa potentique forma. Ad transl. juvencæ redire videtur, quæ adultior facere velle videtur, quod Andromache cum Hectore. Certe *petere* ad satyriasin, seu ἔρωτα Veneriam & catulitionem fertur. 13 Si eadem sit hæc Lalage, quæ est in Priap. lus. 3, plus satis proterva post facta est. Nam ibi ex Elephantidos puellæ σχήματα συνουσίας, picturas duxerat, & Priapi sacello suspenderat, rogans ut se strupare velit, & tentare, an omnes istos pictos coëundi modos fideliter imitari possit. Qui aliter explicant, campas loqui ait Sciop. Sed Lalages plures fuisse, & gratum fuisse nomen, ipsa vox notat. Martial. l. 2. epig. 66. tam superbæ Lalagis meminit, ut comotriam Plecusam, quod in uno comarum peccasset annulo, *Sævis comis* i. e. flagello ex crinibus ad deliquium pene animæ eciderit. Ita e cod. vetustiss. Thuan. legendum monet Is. Voss. in Catull. 14 *Mariti, sponsique* voces pro amatoribus sæpe ponuntur. 15 De fugaci honesta-

Non Chloris [16]*: albo sic humero nitens* [17]*,*
Ut pura nocturno renidet
Luna mari [18]*, Gnidiusve Gyges.* [19]
Quem si puellarum insereres choro,
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum, solutis
Crinibus [20]*, ambiguoque vultu.* [21]

que Pholoë, V. od. 33. l. 1. 16 *Chloris*, Latinis *Flora*, Zephyri conjux habetur. Od. 15. l. 3. hanc vetulam Pholoëisque matrem facit. Sed tectis lusisse nominibus, noto ad init. od. 8. l. 1. 17 *Humeri candidi, lati, teretes, demissi* in feminis landantur. Hectori Sen. trag. Meleagro Philostratus Junior celsos humeros & cervici coaptatos, basinque præbent. In feminis altæ scapulæ turpes sunt. Nec ad palæstram solum nudis humeris erant, ut Don. ad Eun. a. 2. Sc. 3 notat, sed & in publicum procedentes: certe elegantiores, liberioresque feminæ. 18 Per superficiem maris noctu luna hilaritatem quandam præsefert. *Renidere* apud Catull. est *ridere*, sic ut albi dentes semper appareant. V. epig. 40. 19 Paederastas qualescunque feminas pueris postponere, Is. Voss. in Cat. notat. Anacr. odis suis id probat. Horatium qui hic reprehendunt, quid aliter faciunt, quam canum lunam allatrantium more, ad quos aspicere non possunt, eorum nomen tot secula celebratissimum, lacerare. *Gnidus* dicitur: *a Cnido* urbe *Cariæ*, *Capo di Chio*. 20 Juven. e Sat. 15. a Torrent. huc affertur similis locus, *Cujus manantia fletu Ora puellares faciunt incerta capilli.* Molles & impudici pueri comam alebant, ut *renodare*, & *solvere* possent. V. Mart. l. 1 epig. 32. *Gyges solutis crinibus* est, ut pro virgine habeatur; nam in Italia & Græcia matronæ comam renodabant, virgines pendulam gestabant. Ov. Am. 1 El. 14. solatur puellam, cui præ nimia cura comæ defluxerant: *At, si passa foret, quid erat speciosius illis? Contigerant imum qua patet usque latus.* Ita 3 Fast. *Gravidam resoluto crine precari vult*; signum, quod solerent nuptæ comam renodare. *Plut. in de virt. mul.* alium suo tempore morem fuisse docet. 21 V. od. 7. l. 1. n. 32. Noti Auson. versus ep. 105. *Dum dubitat natura marem facevetne puellam, Factus es, o pulcer pene puella, puer.* Didymo ad v. 131. Il. A: *Achilles supra reliquos Heroas formosus fuit, femineumquo aliquid habuit in vultu, quare nec deprehendere valuit eum Lycomedes in regiarum virginum conclavi delitescentem ac virum dissimulantem.* Alii, ut Stat. Sen. trag. de *virili gratia*; *de facie viriliter torva*, loquuntur. Sed cum Hor. & Anacr. (qui dicit, ὦ παῖ παρθένιον βλέπων,) molles faciunt.

OD. VI. AD SEPTIMIUM.

Facta est cum Aug. in Hispaniam arma ferret a. V. c. 726 quo Septimius Horatium videtur comitem rogasse: hic vero Tiburtinæ & Tarentinæ regionis amænitatem laudat.

Septimi [1], *Gades aditure mecum, &*
Cantabrum indoctum juga ferre nostra [2], *&*
Barbaras Syrtes [3], *ubi Maura semper*
Æstuat unda [4]:
Tibur [5], *Argeo positum colono* [6]
Sit meæ sedes utinam senectæ [7]:
Sit modus lasso maris, & viarum,
Militiæque [8].
Unde si Parcæ prohibent iniquæ [9],
Dulce pellitis ovibus [10] *Galesi*
Flumen [11], *& regnata petam Laconi*

Ru-

1 Porphyr. ait hunc equitem R. fuisse, quem Hor. commendat epist. 9 & de quo Aug. scribit ad Hor. *Tui qualem habeam memoriam poteris ex Septimio nostro audire: Nam incidit ut coram illo fieret a me tui mentio.* 2 *Cantabri* Hispanorum ultimi, ab Agrippa domiti sunt auspiciis Augusti. L. 3 od. 8 *Cantaber sera domitus catena.* Quin semper fere male pacati fuerunt. *Cantabria* hod. *Biscaya*, leg. Flor. 4. 12 & Hor. epist. 12. De *Gadibus* od. 2. 3 Mare Africum, quod syrtibus plenum V. od 22 l. 1 n. 3. 4 Mauritania, nunc *Barbaria*, mari Africo ad Meridiem littoralis est. Aestus de fervore, item fluxu refluxuque maris, dicitur. Æstuaria sunt loca qua id fit. Syrtibus autem Africæ integras gentes sepultas esse, narrant scriptores. 5 Conditum a Tibure, qui cum fratre Catilo eo coloniam deduxit. 6 Virg. 7 *Argivam* eos *juventutem* vocat. 7 V. od 7. l. 1. n. 18. 8 De tædio periculoque navigationis suæ sæpe locutus est. v. od. 14 l. 1 & l. 3. od. 4. *Non me Philippis versa acies retro, Devota non extinxit arbos Nec Sicula Palinurus unda.* 9 De *Parcis* v. od. 3 hic; Vult dicere, si quo casu Tibure vivere veter, Tarentum petam. Voti compos fuit. *Vixit* enim *plurimum in secessu sui ruris Sabini aut Tiburtini.* Non ita Mart. qui similia optavit, sed in Hispania obiit. v. l. 4 ep. 25 ibique Schriv. 10 Tarenti, uti in Attica, Megaride &c. lana ovium mollis ac tenuis: quare pellibus contegebantur, quo pura servaretur. Inde *pellitas oves* dixit. Notus est locus Diogenis, qui cum Megarensium filios nudos videbat, oves vero pellibus tectas, malebat eorum ovis esse, quam filius; Laërt. in Diog. 41, Bochart. hieroz. p. 1. l. 2. c. 45. 11 Oves

Rura Phalanto. [12]
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet [13]*: ubi non Hymetto*
Mella decedunt [14]*, viridique certat*
Bacca Venafro. [15]
Ver ubi longum [16]*, tepidasque præbet*
Jupiter brumas [17]*, & amicus Aulon*
Fertili Baccho [19]*, minimum Falernis* [20]
Invidet uvis. [21]
Ille te mecum locus, & beatæ
Postulant arces [22]*: ibi tu calentem*

gaudent montibus: unde montana loca ὀρεσκόλα dicuntur Il. N. v. 471 Carnes vero eorum pejores sunt in paluſtribus locis. *Flumen Galesi* ad potum probat. Notandum est semel, quoties legis mare Oceani, Ponti, flumen Rheni, Nili, Alphæi, & hic Galesi, non simpliciter intelligi debere de ipsis maribus aut fluminibus, sed de numinibus quorum tutelæ maria ac flumina fuere consecrata. 12 Tarentum, conditum a Phalanto Lacone, vult petere. Historiam originis lege apud Justin. l. 3. c. 4 & 5. 13 Tibure prohibitus Tarentum ut amœnissimum cæteris præfert locis. Epist. 1. *Sed vacuum Tibur placet aut imbelle Tarentum. Angulum* vocat Tarentum ut quæ in peninsula sita erat. 14 Inter vina *Falerno*, inter mella *Hymetto*, ab Hymetto Atticæ monte, palma dabatur. In *decedere* transl. est. Cui enim *cedimus*, *decedimus*, aut *assurgimus*, eo nos minores fatemur. Ita Hor. in f. epist. 2 l. 2. *Vivere si recte nescis, decede peritis.* 15 *Venafrum* notum Campaniæ oppidum. Hic pro agro vicino sumitur, ubi optimum funditur oleum. *Bacca* prop. de olivis dicitur. 16 Non hyperbolice *ver longum* ait, ut Virg. *ver perpetuum.* Hic ideo Hor. hyemem quandoque transigebat, ut epist. 7. *Quod si bruma nives Albanis illinet agris. Ad mare descendet vates tuus* i. e. Tarentum. 17 Jupiter tempestatibus præest, nutuque eas variis in locis dispensat. At bellum est, quod risus seu μειδίαγμα Junonis serenitatem quoque inducat. 18 *Aulon* colliculus in Tarentino. Mart. l. 14. epig. 125. *Nobilis & lanis & felix vitibus Aulon, Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.* 19 Canter. nov. lect. l. 6 c. 14. e ms. cod. legit, præfertque, *Fertilis Baccho*, affertque locum Tibulli, *Bacchi cura Falernus ager.* Torrent. vero mss. sua sequitur, ac defendit. *Aulon Baccho fertili amicus* quidni dicatur? vel in sexto casu, *Aulon amicus fertili Baccho*, i. e. vite dominis grata. Ita epod. 17. *Refertque grata grex amicus ubera.* Sed tanti non est, ut gladiatorio, ut fit, animo proinde concurratur. 20 V. od. 20 l. 1. 21 Non est quod Aulon invideat Falerno. 22 Qu. d. vir haud belliçosus, *illa arces*, colleſque plus placent, quam

Debita ſparges lacryma favillam
Vatis amici. 23

arces illæ in Calabria expugnandæ multo ſudore & ſanguine. V. Flor. in t. Acron proferens verſum e Virg. 3 Æn. 553 legit, *Caulonisque arces*; & Serv. eo hunc Hor. locum aſpergit. Torrent. non fruſtra *arces* poni notat, quod Tarenti arx olim munitiſſima fuerit teſte Polyb. Sed præterquam quod non Tarenti, in conſpectu ruderum, ſed in Tarentino rure degere velit; obſervandum erat, poëtis *arces* dici, quas alii montes, loca celſa vocant. Id notum fit e Virg. G. 2. v. 534. *Rerum facta eſt pulcherrima Roma Septemque una ſibi muro circumdedit arces.* Quin & Petr. ait in proſaicis, *Momento temporis in montem ſudantes conſcendimus, ex quo haud procul arci ſublimi oppidum cernimus.* 23 *Favillæ*, qu. fovillæ, ignem tectum fovent. Lachrymæ vero in colligendis amicorum cineribus & oſſibus non deërant. Hinc, ait Torrentius, paſſim obvia in epitaphiis verba, CUM LACHRYMIS POSUIT. Tale eſt quod præſul ille cum abavo meo Caſpare Zurckio procuravit Trajecti ad Moſam Joh. Goropio Becano proavi Ant. Zurckii ſocero, quod & in fronte operum ejus viſitur, quæ multi majori faſtidio, quam judicio habent, ſecus quam Torrent. in præfatione ſua cenſebat. Nihilo minorem de pietate Septimii ſpem præbebant Horatio cum communia Muſarum ſacra, tum & amicitia. V. epiſt. 3. Porro ditiſſimus & humaniſſimus antiquarii ſacrarii poſſeſſor JOH. SMETIUS, Neomagi decus inclytum, hæc nuper ipſa exhibitione, tum & libro de Neom. antiq. mihi donato, illuſtrat: Habet Vir ille præter vaſa cineraria, urnulas lachrymales (credo & lachrymas ſerio oſtenderet, niſi cito nimis areſcerent) pyriformes, figura oblongiore in lachrymæ formam deſcendentes, ore patulo & incurvo ad excipiendas lachrymas. Huc a vate regio Pſ. 56 v. 16 reſpici, facile tum conjiciebamus.

OD. VII. AD POMPEIUM VARUM.

Ex ode 14 l. 1 & not. 3 collata cum hac oda gratulatoria ad reducem Varum, videtur hujus compoſitio in poſt Bruti necem referenda, a. æt. Hor. 31.

O ſæpe mecum tempus in ultimum
Deducte 1, *Bruto militiæ duce* 2

Quis

1 O Pompei ſæpe in ſumma pericula mecum conjecte. Alia iis communia pericula quam in acie Philippica Romani ipſi, credo, neſcivere. *Tempus* abſol. pro adverſis uſurpari, docui ad pro Arch. c. 6. n. 9. Ita pro L. Man. *Omne tempus meum amicorum temporibus tribuendum putavi.* 2 Hor. & Pompej. Varus Athenis ſtudiorum cauſa verſantes a Bruto illac tranſeunte cum alia pube ad bellum contra Aug. & Ant. pertracti erant. Hic eſt ille Brutus percuſſorum Cæſaris prin-

Quis te redonavit [3] *Quiritem* [4]
Diis patriis [5], *Italoque cælo*,
Pompei [6], *meorum prime ſodalium?*
Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi [7], *coronatus nitentes*
Malobathro Syrio capillos. [8]
Tecum Philippos [9], *& celerem fugam*

ceps, qui Brutum Tarquinii expulſorem genarcham habuit. V. ep. 2. l. 2 v. 43 & ſat. 6. v. 48. 3 *Redonare* eſt reſtituere, ut in pro Marc. Cic. Credibile, gratia alicujus eum reſtitutum poſt longam ſub eo, & S. Pomp. militiam. 4 Civis Rom. non eſt qui hoſtili in patriam animo graſſatur, ut ait Cic. in 4 Catil. At, fictione juris poſtliminii, reſtituti in priorem ſtatum redibant. Exſequialis formula, *Ollus Quiris letho datus eſt*, inſuper probat Quiritem in ſingul. etiam dici. Vox *Quiris* Sabinis prius propria (Cures enim metropolis iis fuit) ex fœdere cum Romulo communis utrique genti facta civem Rom. notat. 5 *Dii patrii πατρῶοι*, Euſt. & Polluci, qui a genarchis ſeu generis auctoribus per longam progenitorum ſeriem ſunt relicti. Sunt & urbibus *Dii patrii*, ita ut Athenienſibus Minerva patroa, ſic & Rom. Veſta dicebatur. Mars quoque Romæ cuſtos, uti & Apollo Athenarum, Delphorum, Rhodique, Hercules & Bacchus, Bœotiorum, Juno Carthaginis, Sami, Spartæ, Mycenarum, Argorumque, Diana Cretenſium, Venus Cypri, Paphique &c. præſides ſunt. Enn. eos enumerat; *Juno, Veſta, Minerva, Cereſque, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.* 6 *Pompeium primum ſodalium*, ait, tempore, ut puto, non dignitate; quod vel exinde conſtat, quod quis ille fuerit, neſciatur, & Horatii condiſcipulus fuerit Athenis: Epiſt. 21. 2 v. 47. *Sodalis* ex ſuetus, ſuetalis, ſudalis, vel potius ex ὁδαλὸς viæ ſocius. Iſ. Voſſ. ſupplem. etym. Gerh. Voſſii. 7. *Morantem diem frangere mero* eſt quod od. 1 *partem demere de ſolido die* ſeu longo, æſtivoque. Ita in Priap. Luſ. 63 *agere lucem ſub laboribus*, eſt totum diem laborare. *Merum* autem eſt vinum ut *a matre* eſt *natum*. Plaut. 8 Qui coronas convivales, & unguenta caput coronaſve irrorantia primi uſi ſint, ignoratur, cum de iis in S. S. lit. antiquati fœderis jam legatur. Anacr. ut ſemper eſt delicatus, vult perpluere barbam unguentis, & tempora vallare roſis. Priſci tam amarunt unguenta, ut exploratum haberent ecquod cuique membro eſſet accommodatum. *Molobatrum Syrium*, folium Indicum, ex *Malabar bathrum* dictum, aquæ innatans, a Syris mercatoribus (ut od. 31 n. 9) inferri ſolitum, quod fractum mixtumque aromatibus unguenta præbuit. Id vero quale fuerit, ut & alia vett. unguenta, maxime quod inungendis ſummis Hebræorum ſacerdotibus adhibebatur, quodque a Moſe ſemel factum 900 per annos incorruptum dicitur manſiſſe, hodie neſcitur. 9 Inter Horatii expreſſiones plenas jucundita-

Senſi relicta non bene parmula 10,
Cum fracta virtus 11, *& minaces*
Turpe ſolum tetigere mento. 12
Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſo paventem ſuſtulit aëre 13:
Te rurſus in bellum reſorbens
Unda fretis tulit æſtuoſis. 14

Ergo

tis & gratiæ, & variis figuris verbiſque felicisſime audaces, hæc non eſt minima. 10 Indecore abjecto clypeo in acie Philippenſi ait ſe fugiſſe cum Septimio. Vett. id turpe exiſtimarunt, niſi quod Hom. Æneam metuendi fugiendique peritum laudet. At apud Germanos ſacris interdictum, iis, qui in acie ſcutum amiſerant, uti quod in communem cauſam ſumſerant. Alex. ab Alex. 4. 17. Loco ergo quem ſemel ceperant honeſtius immori, quam armis abjectis cedere, credebant, ut vox ῥῖψασπις notat. Inde tantæ vert. ſtrages leguntur, majoreſque quam nunc, pulvere pyrio invento, & longis in bellis non audias. Nonne diſſoluti, maleque jucundi eſt, hanc ignaviæ notam ſibi inurere? Sed præterquam quod dici forte poſſit ceſſiſſe eum auctoritati Bruti, vel potius paruiſſe (ut Cic. Ligarium tuetur) tali fuit ingenio, ut non in alios modo, ſed in ſeipſum liberius dicax eſſet, vinetaque, ut ait alibi, ipſemet cæderet ſua. Nec viro Mercuriali magis quam Martiali tam libera timiditatis ſuæ ignominioſa potius, quam jucunda eſſe potuit confeſſio. Fecitque hoc ad exemplum Alcæi, quem umbræ etiam mirantur dicere pugnas & exactos tyrannos ut od. 13 mox dicet. Is enim ſalutem pedibus quærere, quam animam facile prodigere maluit. 11 Sic fracta, ſic nulla virtus iis erat, ut & Brutus moriens impiam effunderet vocem, *non in re, ſed in verbo tantum eſſe virtutem.* Flor. 4. 7. 12 *Minaces vultus* cum ait, eleganter habitum cadentium *in turpe* id eſt ſanguine fœdatum ſolum deſcribit. Ita Virg. 11 Æn. v. 418 *Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit*, & v. 696 *Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum, morienſque ſuo ſe pulvere verſat.* Enn. apud Varr. l. 4 de L. L. c. 4. *In terram cadentes cubitis pinſabant* (ita legit Turn.) *humum.* Alii de arrogantia, miniſque Brutianorum accipiunt. Nec id ἀνιστορήτως. 13 Licet agnoſcat ſe non eſſe Martialem pullum, Mercurio tamen ſic gratum ſe ait, ut, quemadmodum poëtæ Hectora, & Æneam, alioſque nube amictos præſenti eripiunt periculo, ſic & ipſe ab illo artium facundiæque deo ſublatus ſit. Unde tanta fingendi audacia & auctoritas inceſſiſſe eos potuit, niſi Moſen Iſraëlitarum verum Mercurium, (ut od. x. dictum) nube divinitus intercedente contectum, evaſiſſe præſentiſſimum periculum audiverint? V. & od. 4 l. 3. Per Mercurium quoque Auguſtum intelligere poſſis, cui ſine dubitatione ob poëſios præſtantiam reconciliatus eſt. V. od. 2 l. 1. 14 q. d. Ego a militia liber, tu eam iterum ſequeris. Sed

Ergo obligatam redde Jovi dapem [15];
Longaque fessum militia latus
Depone sub lauru mea [16], *nec*
Parce cadis tibi destinatis.
Oblivioso levia Massico
Ciboria exple [17]: *funde capacibus*
Unguenta de conchis [18]. *Quis udo*
Deproperare apio coronas [19],

quia *freti æstuosi* meminit, apparet navalem intelligi militiam sub S. Pompejo, qui in mari Siculo Neptunium se jactabat ob successus aliquos. 15 *Reddere dapem*, supponit Jovi Servatori, Dapali (nam Jovis nomina fere infinita) votum a Varo factum averruncandi periculi causa, epuli sc. sacri & religiosi: idem sign. δαις, Æol. δαΐφις & contracte δαΐφ or seu δαΐψ, unde δαίπτω, δαψιλής. *Daps*, Lat. declin. *dapis*, *dapsis*, & *daptis*. Unde *daptice excipi* pro magnifice: & *dapticum negotium*, pro amplo. Fest. 16 Ergo jam potens apud Mæcenatem, Augustumque erat, ut & *sub lauru* i. e. favore & gratia apud eos sua præsidium Varo polliceatur, ut ab hujus fulmine esset tutus. Ita od. 15. de laureæ spissa umbra dicet, quod *fervidos excludat ictus*. Credebatur enim ἀλεξιφάρμακον contra insidias. Δαφνίνην φορεῖν βακτηρίαν. Quæ Horatii conditio fuerit mox a Philippensi prælio, utque laurum sit adeptus v. ep. 2 l. 2 v. 49. *Unde simul primum me dimisere Philippi, Decisis humilem pennis, inopemque paterni Et laris & fundi, paupertas impulit audax Ut versus facerem.* Coronas sibi deberi, non minus quam iis quorum res gestas canebant, poëtæ suo quasi jure passim sibi ascribunt. 17 *Expleri vult ciboria*, & *unguenta fundi*, simili sane sensu: licet *explere* etiam notet implere. *Ciboria* genus poculorum quod a fundo arcto sursum versus latissime exit, Ciborii seu fabæ Ægyptiæ instar, quam Salmas. ex neotericorum libris depictam dat in Sol. p. 925 edit. Traj. Dioscor. petaso, Theoph. pileo Thessalico id assimulant. V. H. Jun. anim. l. 1 c. 10. 18 *Unguenta* (ut hoc addam dictis n. 8.) condebantur & conchis & vasis & alabastro, eranique composita e multis odoribus. Hom. μύρα mentionem nunquam fecisse, sed simplicium oleorum, obs. Is. Voss. in Cat. 19 E quavis obvia fronde coronæ convivales fieri solebant. V. od. 4 n. 12 & od. 7 n. 28 l. 1. At cur hic & alibi cupit *apium*, ferale & ominosum habitum? quod vel ex Timoleontis militibus notum, qui prope animis concidissent, quod in colle quodam superando in mulos apio onustos incidissent, nisi eis fortis imperator omen in melius vertisset, victoriam scil. portendi, cum in Isthmiis victores iis temporibus apio coronari solerent. Sed Hor. hyperaspisten hic strenuum valentemque, & si amare ac potare sapientia est, quovis Thalete sapientiorem sequitur, Anacreontem, Ἐπὶ δ' ὀφρύσι σιλίναν σταφίσσοις &c. *Apium udum* vocat, ut Hom. ἰλείθεμπλον *altum apud paludes*. No-

Curatve myrto? Quem Venus arbitrum
Dicet bibendi[20] *? non ego ſanius*
Bacchabor Edonis[21] *: recepto*
Dulce mihi furere eſt amico.

tandum in occidente hortenſe ſæpe aut pratenſe eſſe tantum ac rarum, quod in Oriente paluſtre & promiſcuum. 20 De ſympoſiarcha, & modimperatore od. 4 l. 1 dictum. *Dicere* prætorium verbum eſt. Apparet autem Veneris jactum felicisſimum, arbitrum convivii declaraſſe uti ter ſenarium. Prov. Η' τρὶς ἓξ, ἢ τρῖς κύβοι *felix*, vel *infelix* jactus, ſenio, vel canis; vel tres ſenarii, vel tres unitates. Nam κύβος tum pro μονὰς, ſive κύων, & χιὸς. V. Lipſ. ant. lect. l. 3. ubi & leges convivii dat, inter quas & invenio, quam od 17 l. 1 n. 10 probatam cupiebam, ſc. dominæ indicium, ſi quis haberet, fieri debuiſſe, & pro numero literarum, quæ eſſent in nomine, totidem cyathos exhauriri, Matt. *Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur.* 21 De Thracibus, ſub quibus & Edoni vel Edonii, eorumque inter ſtrenuas compotationes clamoribus noto quædam ad od. 27. n. 2 Ratio autem lætandi hîc ſubjicitur, *recepto dulce mihi eſt furere amico.*

OD. VIII. IN BARINEN.

Hæc oda in perjuram meretricem elegans eſt: at quo tempore ſit facta ſine damno neſcitur. Satis eſt ait Dacier, ſi norimus, omnes Horatii odas amatorias ante 40 annum æt. ejus compoſitas eſſe. Sed vel ſola ode 1 lib. 4 doceat eum a. æt. 50 nihilo plus ſapuiſſe.

Ulla ſi juris tibi pejerati
Pœna[1]*, Barine*[2]*, nocuiſſet unquam:*

1 Veteres credebant impios, inficiatores depoſiti, perjuros, aſſoſque nota quadam a deo notari. Inde iis in naſo, vel lingua tuberculam, ut ſit, aliave hujusmodi cutis vitia oriri. V. Theocr. Idyll. 15 & 12 & Lect. Caſ. in x. Idem Scal. ad Propert. Ovid. *Eſſe deos credamne? fidem jurata fefellit: Et facies illi quæ fuit ante manet. Quam longos habuit nondum perjura capillos, Tam longos poſtquam numina læſit habet. Candida candorem roſeo ſuffuſa rubore Ante fuit: niveo rubet in ore rubor.* Par δεισιδαιμονία, cum, ut Strabo refert, crederent, eos viros qui ſubito morerentur Apollinem, mulieres Dianam dicto factove offendiſſe. Herodot. de Perſis refert & his perſuaſum, ſi quis vitiliginem lepramve haberet, eum quid in ſolem peccaſſe. Quam alte hoc impreſſum fuerit animis, patet ex illa diſcipulorum Servatoris interrogatione ad conſpectum cæci in via jacentis, *hic ne, an parentes ejus peccarunt, ut cæcus naſceretur?* Sed refutat hoc ſummus magiſter, dicendo *neque hic nec parentes peccaverunt.* V. Joh. c. 9. 2 *Julia Barina*

Dente si nigro fieres 3, *vel uno*
Turpior ungui 4,
Crederem 5. *Sed tu simul obligasti*
Perfidum votis caput 6, *enitescis*
Pulcrior multo, juvenumque prodis
Publica cura.
Expedit matris cineres opertos
Fallere 7, *& toto taciturna noctis*
Signa cum cælo 8, *gelidaque divos*
Morte carentes. 9
Ridet hoc, inquam, Venus ipsa 10, *rident*
Simplices Nymphæ 11, *ferus & Cupido,*

Romana est in Cod. Anhalt. Quod *Earine*, ab ἠὰρ *ver*, legendum putet Faber, non video cum ratione esse: Nisi omnia Rom. Græcorumque nomina rationalia esse, pro certo ponat. Quod tamen non est perpetuum. 3 Os albis dentibus, instar elephantis Pariive lapidis laudat Longus l. 4 Pastor. & Theocr. Idyll. 4 v. 37. Atri dentes fiunt a senio. V. Epod. 8. 4 Turpes habentur ungues scabri, magnique, unde *ungulati* ferarum instar dicuntur. Maculas in iis mendacia arguere, & nostras jocus est. 5 Atqui dicitur Γυναικὶ μὴ πίστευε μηδ' ἂν ἀποθάνῃ *Furanti feminæ ne credas licet moriatur.* Et Ἐγὼ γυναικὸς ἔρκον εἰς ὕδωρ γράφω, *jusjurandum feminæ aquæ inscribo.* Quid ergo crederet? Vult dicere, cum toties me luseris, & jura juranda feceris, *amorem nostrum fore mutuum*, ut epod. 15 ait, idque impune hactenus tibi cesserit, vel per omnia sacra juranti non credam. 6 Simulac votis tuis te devovisti &c. Id vero *defigere* vocant. V. Salmas. in Sol. *Caput* pro homine dici, tralatitium est. V. od. 24 n. 2 l. 1. 7 Nunc mihi dubium non est quin præ amoris doloriscque impatientia accusare incipiat deos perjuria ista ludum jocumque facientes. Per cineres demortuorum jurare vett. religiose solebant. Prop. 2. el. 15. *Ossa tibi juro per matris & ossa parentis, Si fallo cinis heu sit mihi uterque gravis.* 8 *Taciturna signa noctis cum toto cœlo fallere*, per hypallagen est tacita nocte per omnia sidera, majestatemque cœli pejerare. Virg. Æn. 9. *Cœlum hoc & conscia numina testor.* 9 Per deos ἀθανάτους, *immortales.* 10 *Venus* quidni rideat, cum & *Jupiter ex alto perjuria ridet amantum, Et jubet Æolios in freta ferre Notos. Hinc proverb. Venereum jusjurandum*, pro vano & futili in Erasm. adag. Notandum, Hor. hic ut Epicureum loqui. Deos enim securum agere ævum, & active ac passive nullis tangi negotiis Epicurus docuit, ut ad od. 34 n. 3 l. 1 dixi. Saniores philosophi graves pœnas perjuris statuebant, licet Plato in Philebo amantes uti amentes, puerisque similes iis eximat. V. interpp. ad Juven. sat. 13 v. 290 & Hes. op. & d. v. 283. 11 Virg *faciles* vocat *Nymphas* uti Veneris affectas ecl. 3. v. 9.

Semper ardentes acuens ſagittas
Cote cruenta. [12]
Adde quod pubes tibi creſcit omnis [13],
Servitus creſcit nova [14]*: nec priores*
Impiæ tectum dominæ [15] *relinquunt*
Sæpe minati. [16]
Te ſuis matres metuunt juvencis [17],
Te ſenes parci [18]*, miſeræque nuper*
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos. [19]

12 Ipſe Cupido ſagittas ſanguine ſemper exacuens, ſemper pugnas, vulnera, cædes producens, ridet perjuria tua. Dacier huc od. Anacr. 45 refert, quam v. 13 Juvenes non videntur naſci & adoleſcere, niſi tibi, tanquam Deæ alicui ſacrati. 14 Relata ponit, cum *ſervitutis*, & mox *dominæ* meminit. Epiſt. 2 de Ulyſſe, *Circes pocula noſti: Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet, Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors.* 15 *Dominas* vocant Romani amaſias ſuas, quod vel ex Petr. Quartilla notum. Aliter heræ, matronæ, filiæque familiarum etiam ab anno æt. XIV dominæ appellabantur, ut Tiraquell. notat. 16 Ita Phædria Terentianus, *Excluſit, revocat. redeam? non, ſi me obſecret.* Sed Parmeno gnarus amori neque conſilium nec modum ineſſe, melius illum edocet: *hæc verba una falſa lachrymula, Quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit Reſtinguet, & te ultro accuſabit, & ei dabis Ultro ſupplicium.* 17 *Juvencus* etiam de adoleſcentibus hominibus dicitur. Catull. ad *Juventium* puerum; *O qui floſculus es juvenculorum.* At alii leg. *Juventiorum*, V. od. 5 l. 2. 18 *Senes parci* metuunt, ut Menedemus apud Ter. ne filii rem ſuam multo labore partam perdant. Porro ſenis character eſt in art. poët. v. 83. *Quærit & inventis miſer abſtinet, & timet uti.* 19 Perſiſtit in metaph. de juvencis, & Barinen ut juvencam conſiderat, quæ odore ſuo eos incendit: *aura* enim eſt *odor*, halitus vulvæ. Nec a ſimilibus ſimilitudinibus abhorret S. S. Scriptura cum eadem fere ratione utitur verbo *adhinnire*. V. Jerem. c. 5 v. 8.

OD. IX. AD VALGIUM.

Ode hæc ad Valgium poëtam, immoderate dolentem de morte pueri, quando ſit facta, facile, licet parum ad rem, ſcias, ſi eam conferas cum fine Flori hiſtor. ubi Armenios ſubactos, & Craſſiana ſigna a Parthis reddita refert Auguſto, quod accidit a. v. c. 733 æt. Hor. 46.

NOn *ſemper imbres nubibus hiſpidos*
Mana-

1 *Hiſpidus* eſt Belg. *ruyg*. Juv. *Hiſpida membra quidem, & dura per*

Manant in agros [2], *aut mare Caſpium* [3]
Vexant inæquales procellæ
Uſque [4]: *nec Armeniis in oris* [5],
Amice Valgi [6], *ſtat glacies iners*
Menſes per omnes: *aut Aquilonibus*
Querceta Gargani laborant [7],
Et foliis viduantur orni [8].
Tu ſemper urges flebilibus modis
Myſten ademtum [9]: *nec tibi Veſpero*
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem [10].

brachia ſetæ Promittunt atrocem animum. 2 Conſtr. eſt, *imbres non ſemper manant nubibus in agros hiſpidos.* 3 *Mare Caſpium ſeu Hyrcanum* præ aliis nominat, uti ſævum, ac procelloſum: eſt enim immenſus lacus, non, ut multi, ſinus: Circuiri enim poteſt, niſi qua flumina obſtant, nec Oceano miſcetur. Hod. *Mar de Sala*, ab urbe appoſita, & Ruſſis *Chwalenske more*. 4 *Uſque* hic eſt perpetuo. Ter. Adelph. *Quid potui melius, qui hodie uſque os præbui.* 5 *Armenia* major *Turcomania* & *Curdiſtan*, minor *Aladulia* vocatur. Sita eſt inter Taurum & Caucaſum montes, & ipſa multos montes habens, qui glaciem diutius ſervant. 6 Hor. inter nobiliores eum poëtas numerat Sat. 10. Tibul. Homero proximum facit. Ejus vix tabulam unam e naufragio habemus. 7 Quercus altæ in Gargano Apuliæ monte non ſemper quaſſantur. Notare hic liceat e Sen. de Provid. c. 4. *Non eſt arbor ſolida, nec fortis, niſi in quam frequens ventus incurſat: ipſa enim vexatione conſtringitur & radices certius figit.* Ideo Hom. ἀνεμοτρεφὲς ἔρχος 8 *Orni* qu. ὄρεσιν montanæ *arbores*, ut not. 8. od. 9. l. 1. 9 Quid magis irrequietum mari, quid illætabilius montibus nive & glacie contectis, quid laborioſius altis montanisque arboribus, ſunt tamen illis halcyonia, & æſtivi dies gratas ipſis præbent vices, & hæ ſuam quoque requiem habent. Tu ſemper doleas? Huc eleganter *urgendi* verbum transfert. 9 *Myſtes* græce *initiatus*; forte, ait Dacier, ſacratus deo alicui, ejusque myſteriis initiatus, uti vert. hoc quandoque ſolebant, perſuadetque ſibi Valgii filium hic defleri. At pace Viri non ita ſentio, Cum propter *amores* ipſi extinctos, *Quos veniente die. ques decedente canebat*, tum quod probatu ſit facile, nullos perdite magis amaſſe, quam pæderaſtas; mentio *amorum*, vox *Myſtæ*, Græca ſane, & reprehenſio *mollium querelarum*, evincunt quæ dico. Nec exempla ab Horatio adducta, de filiorum duorum deploratione, repugnant: cum tam amati illi filii nec a parentibus ſemper ſint defleti; argumento a min. ad majus. Sed tanti non eſſet his tantum immorari, nî pravæ imitationi anſam abſcindi par eſſet. Porro de *flebilibus modis* ſeu elegis v. od. 33. l. 1. n. 3. 10 *Veſperi* prima ſignificatio no-

At non ter ævo functus [11] *amabilem*
Ploravit omnes Antilochum [12] *senex*
Annos: nec impubem parentes
Troilon [13], *aut Phrygiæ sorores* [14]
Flevere semper. Desine mollium
Tandem querelarum [15]: *& potius nova*
Cantemus Augusti tropæa
Cæsaris [16], *& rigidum Niphatem* [17],
Medumque flumen [18] *gentibus additum*
Victis, minores volvere vortices [19]:
Intraque præscriptum Gelonos
Exiguis equitare campis [20].

ta est: at non perinde altera, cum et pro Lucifero accipitur, *mutato* tantum *nomine*, ut Catull. ait. Hesperi & Luciferi enim una eademque Veneris stella dicitur, quæ & solem subsequitur, & antegreditur. Inde Horat. hîc explicari debet ac defendi. 11 Nestor qui ter ævo functus & non minus duriter quam falso *trisecliſenex* dicitur, i. e. 90 annos vixisse. Lambinus, in multis ridiculus ineptusque visus, hîc laudem accepit, cum e Plut. Cat. maj. ætatem illam Nestoris exponit, traditque, Catonem 90 annos natum in judicium adductum fuisse a Ser. Galba. ex quo dici posse Catonem, ut Nestorem, ad tres hominum ætates & vita & rebus gestis perveniſſe. Herodot. ætatem hominis 33 annos vult continere. Credo juris præscriptionis gnarus. In jure autem nostro ætas hominis creditur durare 100 annos. 12 Nestoris ex Eurydice filium, in defensione patris occisum. 13 Priami filium ab Achille occisum. 14 Troili sorores Creüsa, Cassandra &c. 15 Linguam Latinam totam esse Græcanicam, unus Hor. probet. Τὸ *desinere* ut Græcum λήγειν patrio jungitur usui. Virg. 10. Æn. *Tempus desistere pugnæ.* Lib. 3. ode 21. *Absline iræum, calidæque rixæ.* Sil. *Consul non desinit iræ.* 16 Privatum dolorem publico gaudio de rebus ab Augusto prospere gestis extinguere cupit & intempestivum judicat, qualis fere cum soror Horatii Curiatiorum victor sponsum in iis suum male defiebat. Flor. 3. 3. 17 *Niphates* græce *nivosus*, eoque bene jungitur *rigidus*. Estque fluvius, aut mons Armeniæ, ponturque pro accolis populis. Flumen dicit Juven. 6. v. 4. 18 Euphraten, ut volunt multi. 19 Eleganter a rebus inanimatis translationes fiunt ad animi affectiones. Repræsentat ferociam Armeniorum Parthorumque ab Augusto esse repressam, idque cum emblemate fluminum jam minus æstuantium. Virg. l. 8. v. 726. *Euphrates ibat jam mollior undis.* 20 *Geloni* sunt Scythæ ab Augusto quoque coërciti, ne quaquaversum possint equitare, & vastare omnis, uti adhuc gentes istæ consuevere.

O D.

OD. X. AD LICINIUM.

Ex 3 ant. MSS. codd. titulus eſt AD LICINIUM MURENAM. Fuit is Mæcenatis per Terentiam hujus uxorem affinis, intemperantis libertatis homo, habitus ſive vere ſive falſo inter conjuratos eum Fannio Cæpione, ad cauſam dicendam vocatus ac non comparens, abſens primo damnatus, & paulo poſt necatus. Dion l. 54. Forte cum Proculejus ejus frater (de quo od. 2. dictum) & Mæcenas aliique pro eo apud Auguſtum deprecarentur, quod Pompejanas partes eſſet ſecutus, hæc oda facta eſt.

Rectius vives, Licini, neque altum [1]
Semper urgendo: neque dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Littus iniquum [2].
Auream quisquis mediocritatem
Diligit [3], tutus caret obſoleti
Sordibus tecti [4], caret invidenda
Sobrius aula [5].
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celſæ graviore caſu
Decidunt turres [6], feriuntque ſummos

Fulmi-

1 *Altum* pro mari, ut Virg. & *faſtigia* pro profunditate dixit 2 Georg. v. 288. *Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras.* 2 Non vult eum ſemper tendere in medium mare, vel ad littus. Pro imperfectione veterum in navigando peritiæ ſic monet: uti qui non audebant niſi littus legere, vel certe in conſpectu eius manere. Hinc eſt quod de longis in mari curſibus, crebriſque naufragiis legimus. Porro ut hoc ad mores, moderationemque eorum toties ſibi laudatam, variatiſque ſæpe commendatam figuris, transferat, cuivis, vel mediocriter ſapienti liquet. 3 Hoc recte ad Licinium, cujus ambitio eum perdidit, v. argum. Horatius vero mediocritatem mirifice dilexit. Patet ex ejus aliorumque locis infinitis profanam Philoſophiam Chriſtianæ parem ſe tuliſſe in ſpernendis opibus, in felicitate ex iis haud ſperanda, in frænandis cupidinibus, quanquam intra horum fines raro, & nos non nimium conſiſtimus. 4 Hiſtoria Licinii facit ut cum reſpectu ad eum poſſit dici, ſui patientem, ut Sen. loquitur, & improba ſtultaque cupiditate alia non quærentem, tutum eſſe ab immunda ſqualliſaque pauperie. 5 Magnifica & in oculos incurrenti domo. De luxu in iis inſanum in modum profunde jactis & altiſſime exſtructis, dicetur forte ad l. 3. od. 1. 6 Unus

Fulmina montes 7.
Sperat infestis 8, metuit secundis 9,
Alteram sortem bene præparatum
Pectus: informes hiemes reducit
Jupiter 10: idem
Summovet 11: non si male nunc, & olim
Sic erit 12: quondam cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo. 13
Rebus angustis animosus atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela. 14

Sejanus hic memorandus est, qui dum *Numerosa parabat Excelsa turris tabulata, unde altior esset Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.* 7 Proverb. Πόρρω Διὸς τε καὶ κεραυνοῦ *Procul a Iove & procul a fulmine.* Quanquam ad tyrannos magis id pertineat. 8 Hoc quoque ad Licinium jam quasi fulminatum dejectumque infra mediocritatem, pertinet, jubetque eum bene sperare: *Spes* enim, ut ait veterum nescio quis, *omnes res spissas facit.* 9 Eo quod omnium rerum sit vicissitudo. Quare rebus prospere euntibus deos sacrificiis placabant gentes, ut noto ad l. 1. od. 36. n. 2. 10 Per Iovem designat Augustum uti & per Apollinem. Hoc jam ante od. 2. l. 1. fecerat. 11 Dum grata vice Zephyrum reducit. Et hoc emblemate Augustum ipsi quandoque serenum fore sperat. 12 Plaur. luculenter dixit, *Aliquis amænitate amæna amænus onerabit dies.* Porro qui de M. Licinio Crasso hanc oden intelligunt scriptam, Horatium vatem hic faciunt: nam is & cos. factus est cum Augusto a. v. c. 723. adeoque inversa foret prophetia, ut od. 2 l. 1 Faber voluit. 13 Hæc vulgo male accipi, ut, non semper animi summa contentione satagendum, noto od. 12. l. 1. n. 24. Lus. Priap. 19 explicat insuper, *Fertur Apollinea missa sagitta manu.* 14 Eleganter in eadem, qua inceperat, metaphora desinit.

OD. XI. AD Q. HIRPINUM.

Horatius jam senex hanc oden fecit, cum canos capillos odorare se hic dicat. Cæterum nulla certa nota est, in quam occasionem intendisse dici possit. In ipsa tamen universali illa pace, quæ 12 fere annos Romano imp. contigit, de molitione Cantabrorum, Scytharumque cogitasse nequiit aut Hirpinus, aut Horatius, Suspicor ergo

ergo plane ſub finem hujus vitæ factam; cum in Pannonia, aliiſque imperii partibus bella concitata ſunt.

Quid bellicoſus Cantaber [1], & Scythes [2],
Hirpine Quinti [3], cogitet, Adria
Diviſus objecto, remittas
Quærere [4]: nec trepides in uſum
Poſcentis ævi pauca [5]: fugit retro
Levis juventas [6], & decor, arida
Pellente laſcivos amores
Canitie facilemque ſomnum [7],
Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis [8], neque uno Luna [9] rubens nitet

Vultu

1 *Cantabri* Hiſpani Tarraconenſis ad Boream ſiti. *Cantabria* nunc *Biſcaia*. 2 *Scythæ* latiſſime patent. Olim enim Septentrionales populi eo nomine vocantur. Hic intelliguntur ii, qui ab Italia ſeparantur mari Adriatico, id eſt Illyrii, Dalmatæ, Pannones, Daci, quos Suet. omnes ſub Illyriæ voce concludit. 3 Si ullus MSS. codd. foret, valde huc quadraret *Q. Criſpinus*, qui Coſ. fuit cum Cl. Druſo a. v. c. 744 æt. Horat. 57. 4 Romani bellis ſueti longinquis non facile caudam intra crura demittebant. Hoc tamen bello, ut a longa pace fieri ſolet, percellebantur, quod *magnum atroxque & prorſus vicinum imminebat Italiæ*, ait Vellej. Sed, ut ſolet, per adulationem nihil imminuens. Verum tamen eſt, poſt Maraboduum, Batonem, alioſque ſatis Rom. imperio terribiles fuiſſe. 5 Cauſa trepidationis, ſeu quod ſe cruciaret Hirpinus, veriſimiliter fuit, quod in Calabria, Pannoniave bona ejus multa eſſent. Certe Romanos ibi locupletes fuiſſe apparet ex epiſt. 2 l. 2 v. 177 &c. Ubi nulla alia enumerat bona; *Quid vici proſunt, aut horreæ, quidve Calabris Saltibus adjecti Lucani?* 6 *Tranſvolat blandæ breve ver juventæ*, eoque quo magis exacta via eſt, minus viatici ut ajunt, opus eſt. *Levis* hîc non pro ſoluta, ſed nitida juventæ habitudine accipiendum: eſtque a Græco λεῖος. Quare & prima longa. V. od. 16 n. 24 i. 1. 7 Senectus ipſa morbus eſt, & onus Aethna gravius, ait Cic. Deficiente humido radicali, nec Venerem, nec Morpheum propitium habet. Qui hic *aridam canitiem* interpretantur *avaram*, quia *ſenex quærit, & inventis miſer abſtinet, & timet uti*, nimis ubique tropos & figuras ſe videre putant. 8 Vita noſtra pulchritudini ſimul & brevitati florum comparari ſolet a ſacris & profanis ſcriptoribus. V. Theocr. Eidyl. 24 ubi roſæ, violæ, & lilii brevitas recenſetur. 9 *Luna rubens* ventum afferre cum dicatur, ſecundum vulgatum illud. *Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat*, quid *rubenti lunæ nitentem vultum* dat? ſed bene notat Dacier, *rubens* hîc pro aurea, pulchra, & coruſca dici; & *rubens*

Vultu: quid æternis minorem
Consiliis animum fatigas. 10
Cur non sub alta vel platano 11, *vel hac*
Pinu jacentes sic temere 12, *& rosa* 13
Canos odorati capillos 14,
Dum licet 15, *Assyriaque nardo*,
Potamus uncti 16? *dissipat Euius*
Curas edaces 17: *quis puer ocyus*
Restinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte Lympha 18?
Quis devium scortum eliciet domo
Lyden?

color deorum erat. Quare triumphantes minio vultum pingebant, & in Capitolio erat Jovis quadriga rubens. Vulgo & suspecte pro *rubens* sequiori seculo dixerunt *rubens*. 10 Quid mentem, arcana æternaque dei consilia non valentem assequi, lassas? Dacier, eumque ut solet, secutus regius interpres Ludov. de Prez explicant, quid æternis curis consiliisque tuis te iis imparem fatigas? Sensu sane non incommodo. 11 *Platanus* præ omnibus aliis arboribus lætificam & jucundam jacit umbram, unde & *genialis* dicitur, & vett. maxime excultâ. Ita Xerxis platanus aurea, armillis scilicet, torquibus, & nuptiali veste ornata, velut pellex itineris eius ubique comes fuit. 12 Sine cerimonia. Mart. *Structam sine arte mensam* dixit. 13 Roseo ferto. Rosa autem nihil gratius. Inde votum absolutissimum, *Quidquid calcaveris, hoc rosa fiat.* Comus conviviorum deus redimitur corona rosacea. V. porro od. 38 l. 1 & od. 31 l. 2. 14 *Odorati canos capillos* Græce, pro *habentes capillos odoratos rosa.* Forte de unguento rosarum, aliorumque aromatum loquitur. V. argum. Quam suaviter dormiunt, qui tempus compositionis, & vera odarum negligentes argumenta *canos capillos* explicant per *lucentes, splendentes*, vel etiam somniant de *rosis albis*? Dac. dum plus satis grammaticum hic agit, cum illud *odorati* passivum non ab *odor*, sed *odoror* petit, & simul naturam deponentium explicat, (licet sufficiat dicere præterita partic. deponent. verborum sæpissime passive usurpari) tales interpretes iure reprehendit. 15 Moriendi necessitas, & forte acceleratio per vitam male ordinatam, pro argumento lætitiæ passim fuit gentibus. 16 Nardino unguento. Compositio nardi plantæ cum aromatis est apud Plin. De Prez hic meminit Marci c. 14 v. 3, & cum vulgata sua *νάρδου πιστικῆς spicatum* vocat: quam Theophr. *ἄθολον*, & Tibul. *puram* dixere. V. od. 7 v. 8 l. 2. 17 Bacchus. Cur *Euius* V. od. 18 n. 12 l. 1. 18 Quasi jam sitiat sitim restinguere cupit vino refrigerato, vel temperato per rivulum forte ibi ad platanum & pinum prætluentem.

Lyden[19]? *eburna, dic age, cum lyra*
Maturet, in comtum Lacænæ
More comam religata nodum.

19 *Devia* ſunt quæ viam non habent, τὰ ἄνοδα difficilia & ardua. Ita Salmaſius. Multo abſurdius, *Devium* pro *vago ſcorto* dixere. Non dubitem, quin *Lyde ſcortum devium* vocetur, quod (ut meretrices ab omni tempore ſolent, & in Rachabis hiſtoria notum) remotius a via habitaret. Hanc, jam geſtiens omniſque moræ impatiens, mox adeſſe vult cum lyra. 20 Conſtr. eſt, *Age*, ſc. puer, *dic* Lydæ, *maturet* adeſſe *cum lyra eburnea*, *religata comam in nodum comtum* ſeu ornatum negligentius, & *more Lacænæ*. Si legas *incomtum*, ſeu quod vult Dac. *incomtam*, non expedies te, aut quenquam, niſi bis ſubaudito κατὰ. *Mos Lacænarum* erat comam habere ſolutam, ac diffuſiorem. V. porro od. 5 n. 20 h. l.

OD. XII. AD MÆCENATEM.

De triumphis Auguſti cum in hac oda meminerit, ejus compoſitio poſt a. v. c. DCCXXIV referenda videtur, cum tribus continuis diebus ter triumphavit. A gravibus autem materiis belliſque ſcribendis alienum cum ſe profiteatur, Liciniæ Mæcenatis tum adhuc amicæ laudes tantum decantat.

Nolis[1] *longe feræ bella Numantiæ*[2],
Nec dirum Hannibalem[3], *nec Siculum mare*,
Pœno purpureum ſanguine[4], *mollibus*
Aptari citharæ modis[5]:
Nec ſævos Lapithas[6], *& nimium mero*

Hylæ-

1 Mæcenas, Itala bella ut ſcriberet, Horatium urgebat. Hic ſe excuſat, meliuſque illum, ut ea jam inchoata exequatur, inſtructum validumque eſſe reponit. Se levibus mollibuſque tantum aptum dicit. 2 *Numantia* Hiſp. urbs ad Durium flumen, ubi nunc *Soria*. Hæc 8 annos reſtitit Romanis. Florus ait 14, & Strabo 20, ſed uterque ſub eo comprehendit bellum cum Viriatho, & expeditionem Metelli. *Feram* vocat, quod veneno, ferro, & ſanguine perire maluerit, quam Romanis ſe dedere. 3 Hic Rom. bellum intulit per 17 annos. *Dirum* ait, cum flagelli inſtar iis fuerit, cum varios eorum duces, & tandem Paul. Æmilium & Varronem ad Cannas ceciderit, & arma protulerit prope ipſam Romam. 4 Reſpicit prælium navale in quo Carthaginienſes primo bello Punico in mari Siculo ſuperiores fuere. 5 Supra dixit *imbelli lyra*. 6 Pugnam Lapitharum & Gigantum in deos ſociatorum quid attineret ſcribere? Quid hoc

Hylæum[7], *domitoſque Herculea manu*[8]
Telluris juvenes[9], *unde*[10] *periculum*
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris[11]: *Tuque*[12] *pedeſtribus*
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris,
Mæcenas, *melius*[13], *ductaque per vias*
Regum colla minantium.[14]
Me dulces dominæ Muſa Liciniæ[15]
Cantus, *me voluit dicere lucidum*

Ful-

ad bella Itala? Cui non dictus Hylas? Improprie ergo intelligenda ſunt iſtæc, & ad victorias de Bruto Caſſioque, aliiſque Auguſto rebellibus referenda. Ita od. ſeq. hi comparantur Tiranibus, Auguſtus vero Jovi eos fulminanti. Ita Gigantomachiæ ſemper meminerunt veteres & recentes auctores. 7 *Hylæus* erat Centaurus ab Atalanta occiſus, cum eam comprimere vellet. Sed Antonii character & imago ſub Hylæo latet, cujus in vino & Venere interperies nota eſt. Notæ ſunt ejus cum Cleopatra furioſæ libidines, utque Bacchus dici voluerit, & pompa ac veſtitu eum exprimere. Florus vocat eum *Imperatorem ebrium*. 8 Ut Gigantes ab Hercule, ita Brutus & Caſſius ab Auguſto ſubacti ſunt ac victi. Ita alibi Auguſtum Herculi comparat; od. 14. l. 3. *Herculis ritu modo dictus, o Plebs.* Sed infra od. 19. plura de Hercule & Gigantibus dicenda veniunt. 9 Gigantes filios Terræ & Cœli, quos Florus *Terrigenas* vocat. 10 De quibus. 11 Ut Gigantes & Lapithæ terruerunt palatium Saturni veteris, id eſt cœli, ſic Brutus, Caſſius, & Antonius Romam ac Italiam perculerunt. Quin per *fulgentem Saturni domum* Romam & Italiam felicisſime deſignat, cum pars Italiæ, ubi Roma ſita eſt, *Saturnia tellus* dicatur, quod Saturnus eo confugerit pulſus a filio ſuo de cœlo. Inde verò (ut optime hanc oden, ut & omnia explanat Dacierius) pater ars & concinnitas comparationis Horatianæ. Ita & l. 3 od. 4 *Magnum illa terrorem intulerat Jovi Fidens juventus horrida brachiis.* Fictio vero ipſa fundum ac rationem quin habeat in vera de conditoribus turris Babyloniæ hiſtoria, quis dubitet? 12 Dedit jam ſpecimen victoriarum Auguſti. Sed uti ad longum opus ineptior fuit, cætera linquit Mæcenati, 13 *Pedeſtris hiſtoria* πεζὸς λογος, *hiſtoria, proſa oratio.* Sed nec hæc oda, nec Servii ad 2 Georg. deductione, Mæcenatem ſcripſiſſe hiſtoriam Auguſti certum ſit τοῖς τῶν λογικῶν πάσι, niſi Plin. teſtaretur l. 7. hiſt. c. 45. V. V. Cl. Meibom. in Mæcen. c. 25. 14 Hinc patet argumenti veritas. V. Suet. c. 22. in Oct. Eutrop. l. 7. *Multi reges ex regnis ſuis venerunt, ut ei obſequerentur, & habitu Romano, togati ſcil. ad vehiculum vel equum ipſius cucurrerunt.* Epitheta Horatiana uti magnifica ubique ſunt, ita & hic *minantium.* 15 *Licinia* adoptivo, & *Terentia* familiæ nomine proprio dicta fuit. Terentius

Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectum amoribus. [16]
Quam nec ferre pedem dedecuit choris [17],
Nec certare joco [18], *nec dare brachia* [19]
Ludentem nitidis virginibus [20], *ſacro*
Dianæ celebris [21] *die.*
Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes [22],
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes [23],
Permutare velis crine [24] *Liciniæ?*
Plenas aut Arabum domos?
Dum flagrantia detorquet ad oſcula [25]

H Cervi-

Varro enim in familiam Murenæ adoptatus fuit, qui cognomen *Licinionum* habuerunt. Illa autem *Licinia* quam Mæcenas jam ambibat, & poſtea uxorem ſatis procacem habuit, pulcherrima erat, adeò ut cum Livia quoque de forma certaret, & Auguſtum ſic irretiret, ut cum illa in Galliam profecta ſit, quaſi, ut iſti reges ſolent. Crucqius miſerabiliter interdum ingenioſus in *Licinia* iſta *Luſciniæ* imaginem luſumque deprehendit. Meibomii de Licinia error ſic etiam correctus eſt. V. ejus *Mæcen.* 16 Cum ambiret eam pectus mutuis amoribus bene fidum fuit, ſed nupta millies ducta eſt, i. e. millies repudiata ac repetita, ut e Sen. Meibom. narrat. 17 *Nec dedecuit*, per litoten, pro valde venuſta ejus in choris erat ſaltatio. 18 *Joco* pro facetiis, ſalibus. Ita Sall. de Sempronia, *jocum movere Certare* Romani, aliique jam olim, ſolebant feſtis ſuis de præmio ob ſalſe & acute dicta, & ænigmata ſoluta. Græci victores in hac arte etiam coronabant. Probat hoc Ez. Spanhemius V. Cl. in Cæſ. Juliani ex Ariſtoph. in ran. a. 5. ſc. 7. Πλέσαντα καὶ σκώψαντα, νικήσαντα καινὸν δεῖπνον Fac, *dea, ut cum luſero ac momordero ac vicero, ut coroner.* Recte d. Dac. vel hinc probat, quam cum cura poëta noſter legendus ſit, ut qui infinitas elegantias rituſque ſub verbis ſæpe communibus incluſa habeat. 19 Brachiis invicem tenentes in orbem ſaltabant. 20 *Licinia* ergo feſto huic Dianæ ut virgo cum virginibus intereſt. Supra *Dianam teneræ dicite virgines.* Lat. *ludere* pro *ſaltare*, ut Gr. παίζειν dicunt. Virg. ecl. 6. *Tum vero in numerum Faunoſque feraſque videres Ludere.* 21 *Celebris* pro celebratæ multa pompa, cujuſque templum magna frequentia aditur. Feſtum ejus erat Idibus Auguſti. 22 *Achæmenes*, unde reges Perſidis originem ducunt, fuit Aſtyagis pater, Cyri avus, uti Xerxes apud Herodot. majores ſuos recenſet. Inde Perſidis reges *Achæmenidæ*. Perſarum gazæ notæ ſunt in hiſtoriis. 23 Intelligit divitias Midæ regis Mygdoniæ, quæ pars erat Phrygiæ, quo Mygdones Macedoniæ populi migrarunt. 24 *Flavos* ſine ulla dubitatione crines Licinia habuit, cum & alludat ad auri colorem. V. od. 4 h. l. n. 13. 25 *Detorquere ad oſcula* ex ſeqq. verbis eſt cervicem flectere ad excipien-

Cervicem, aut facili ſævitia negat [26]
Quæ poſcente magis gaudeat eripi [27]:
Interdum rapere occupet.

da oſcula. *Flagrantia*, vel *fragrantia oſcula* quid ſint, norunt qui Veneres norunt. 26 Quæ ut apud Marr. *negat* & *non penegat*. Ita *male-pertinacem digitum* dixit l. 1. Ovid. de Corinna *Pugnabat tanquam ſi vincere nollet*. Ter. *Nolis ubi velis: ubi nolis cupiunt ultro*. 27 Conſtr. & ſenſus elegans ſic eſt; *Quæ (oſcula) ſibi eripi a poſcente magis gaudeat.*

ODE XIII. In Arborem, cujus casu in agro Sabino pene oppreſſus eſt.

Horatio, dum arborem, quæ fere oppreſſerat eum, ejuſque conſitorem execratur, Sappho & Alcæus in mentem veniunt, & de iis magnifice loquitur. Ode facta eſt circa id fere tempus, quo Phraates ſigna Craſſiana Auguſto remiſit: certe annum ante od. 8 l. 3.

Ille & nefaſto [1] *te poſuit* [2] *die,*
Quicunque primum [3], *& ſacrilega manu* [4]
Produxit arbos in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi. [5]
Illum & parentis crediderim ſui
Fregiſſe cervicem [6], *& penetralia*

Spa-

1 Infortunato. Romanorum dies erant *faſti* & *nefaſti*. *Faſti* erant juridici, quibus Prætor jus dicere poterat, quod non fiebat ſine 3 verbis, *Do* ſc. actionem; *Dico* ſc. jus; *Addico* ſc. res & homines. *Nefaſti* proprie dies quibus iſta fieri non licuit. Erant & *feſti* quibus opponuntur *profeſti* dies ſeu operarii & *dies feriati* & *feriæ*, a feriendo victimas: Erantque *privatæ*, alicui perſonæ familiæve propriæ, tum & *publicæ*. Utræque iterum *anniverſariæ* ſeu *ſtativæ*, & *conceptivæ*. Has imperabat & indicabat Coſ. Prætor vel Pontifex max. pro arbitrio. Tales erant feriæ Latinæ. *Feſti* dies ergo latius patent; iis enim operari non licet: *nefaſtis* operari licuit. Hic ergo *nefaſtus* eſt *religioſus* ſeu *ominoſus*, *poſterus*, quem Græci ἀποφράδα ἡμέραν vocant. 2 *Ponere*, *ſtatuere*, *producere*, Synonyma ſunt pro *plantare*. 3 Sc. *te poſuit*. 4 *Et nefaſto die*, *& ſacrilega manu*. Copulæ *Et* ibi nec ingratæ, nec ſuperfluæ ſunt. 5 *Pagus*, a Dorico πάγα *fons*. Villæ enim circa fontes ſolebant condi. Niſi a πάγος *collis*. Securitatis enim cauſa ibi villæ conditæ ſunt primum. Sumitur & *pagus* pro tota regione. V. Voſſ. etymol. 6 Uti nunc faſtidioſi homines multa ceu ad idiotiſmum, & v. c. Belgiſmum inflexa damnant, quoties Latine quid efferas, quod

Sparsisse nocturno cruore
Hospitis 7 : *ille venena Colchica* 8,
Et quicquid usquam concipitur nefas,
Tractavit : *agro qui statuit meo*
Te triste lignum 9, *te caducum* 10
In domini caput immerentis. 11
Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas 12 : navita Bosphorum 13
Pœnus 14 perhorrescit, neque ultra
Cæca 15 timet 16 aliunde fata :

observationem eorum sæpe nullam fugit (idque oppido cum injuria fieri, ex optimis auctoribus liquido probare bene longa serie possim) ita & Acron, si is modo & hic integer sit, *novum verbum* videtur dicere *frangere cervicem*. Notum apud Sall. & Cic. dici *frangere gulam, cervicem*, pro *strangulare*. Ita Epod. 3 *senile guttur fregerit* 7 Vetus persuasio, improbi quodcunque cœptum infelix esse. Hic poëtica exaggeratione arborem cujus casu prope occiderat, vult plantatam esse ab hospitii violatore, & hospitum occisore: cum hospitia sancta vett. habuere. *Penetralia*, *Penates* pro eodem puta. Iterum hic oculi doleant iis, qui imperite & injuste damnarent quem, si dicat *Nocturno cruore* pro cruore effuso per noctem. Divitias veterum libertatemque pauci norunt. Nota ergo semel adjectiva iis sæpe formari eleganter a temporis loci ve circumstantiis. Ita od. 5 l. 2 dixit *Nocturno mari*. 8 Lamb. ait se MS. vidisse in quibus est *Colcha*. Torrent. si quid mutandum sit malit *Colchi*. Colchis & Ibera *venenorum ferax* dicitur epod. 5. 9 *Triste* pro ominoso, abominando. Ita arbores quædam in inferorum tutela, ut pirus sylvatica, ficus atra. V. Plin. 10 Casurum. In jure nostro, tum & alibi sæpe pro eo quod cecidit. *Glans caduca* quæ ex arbore delapsa est. Ita od. 4 l. 3 *fulmen caducum* dicet. Legata, hæreditates, caducæ alio sensu in jure accipiuntur, pro iis quibus legatarii vel hæredes exciderunt. 11 Od. 8 l. 3 primo Martii id accidisse probat. Gentes e malis ingruentibus judicasse aliquem nocentem, jam notatum est. 12 *In horas*, de momento in momentum, ab una in alteram horam. Quam eleganter a casu arboris nec opinantem pene opprimentis in locum communem digreditur de morte ubicunque & quoscunque etiam cautissimos deprehendente! 13 *Bosphorus Thracius* angustæ fauces inter Propontidem & Pontum Euxinum, seu Thraciam & Asiam minorem, qui 4 stadia patet. vel *Bosphorus Cimmerius*, jungens Pontum Euxinum & Mæotidem paludem. Nunc *fretum Caffa*. 14 *Pœnus* pro quolibet nauta aut mercatore. Pœni seu Carthaginienses commerciis & re nautica nobilissimi fuere. 15 *Cæca* pro occultis, ignoris. 16 Cæsurâ *Et* in *timet* longum fit. Vel tribrachys pro dactylo ponitur.

Miles ſagittas & celerem fugam
Parthi [16]: catenas Parthus: & Italum
Robur: ſed improviſa lethi
Vis rapuit rapietque gentes.
Quam pene furvæ regna Proſerpinæ [17],
Et judicantem vidimus Æacum [18],
Sedeſque diſcretas piorum [19], &
Æoliis fidibus querentem [20]
Sapphô puellis de popularibus [21]:

Et

16 Od. 19 l. 1. n. 10. *Verſis animoſum equis Parthum.* 17 *Furvum* eſt nigrum. Inde verò Juſtinian. aliique *furtum*, quod atra nocte fieri ſoleat, arceſſunt. *Regna furvæ Proſerpinæ* pro *furva regna Proſerpinæ.* Ut hanc mutandi licentiam condiſcas v. h. n. 7 De *Proſerpina*, Ditis ſeu Orci, ſeu Plutonis uxore V. not. 17 od. 28 l. 1. 18 *Æacus* Jovis & Æginæ filius, Pelei & Telamonis pater. Hic pietate & religione rex præſtantiſsimus dum viveret, teſte Plut. in Theſ. Poſt mortem cum Minöe & Rhadamantho inferni judex fingitur, Æacus quidem in Europæos, cæteri duo in Aſianos. Vett. enim orbem univerſum tantum dividunt in Aſiam & Europam. Plato ſcribit Minoëm & Rhadamanthum jus dare in campo, qui exit in 2 vias: quarum una in Tartarum, alia in campos Elyſios aditum præbet. Minos arbitria faciebat (ut l. 4 od. 7 dicet) & pronunciabat cæteris dubitantibus ac hærentibus. Hunc Horatius ut Europæus nominat præ aliis: tum quoque quod in ingreſſu ad inferos jus diceret, unde Lucian. in dial. Men. & Æaci janitorem eum vocat. Vult dicere, ſe caſu arboris jam fere Orcum ejuſque judices ſalutaſſe a primo limine. 19 Torrentium ſecutus lego *diſcretas*: *ſecretas* dixiſſet, ut epod. 16 *Jupiter illa pia ſecrevit littora genti.* Sed concurſus literæ S κακοφωνίαν pareret. Porro e Plat. (a Mancinello huc primum adducto) & ex aliis obſerva, Tartarum impiis, infernum noxiis, Elyſios vero campos piis aſſignari. V. Guth. de Jur. Man. l. 2. c. 38. 20 *Æolii* Græci in Lesbo quoque civitates quasdam, & in iis Mitylenen Sapphus patriam tenuerunt, hinc *Æoliis fidibus querentem*, & od. 9 l. 4 *Æoliam puellam* dicit. *Æolica* quoque dialecto Sappho uſa eſt. 21 *Sappho* quanti pretii fuerit, apparet quod Catullus, doctus Poëta Horatio dictus, Lesbiæ, quovis alio potius nomine ornaverit amicam ſuam, & Epithalamium de Heſpero, aliaque, uti non dubitandum, ex Sapphone reddiderit. Hæc enim non ſolum Servio, ſed & Dion. Halicarneſſenſi teſte, epithalamiorum ſcripſit libellum. Hæc infamis ſi ſit facta a concivibus, ut barbari loquuntur, melius a *popularibus ſuis*, (ut ejus epiſtola ad Phaonem apud Ovidium, aliaque probant, & forte *maſcula Sappho* inde dicatur ab Hor. epiſt. 19 v. 28) non decuit tamen contra eruditas feminas & poëtrias in argumentum trahi. Sed gracculi

Et te ſonantem plenius aureo,
Alcæe[22], *plectro*[23], *dura navis,*
Dura fugæ mala, dura belli.[24]
Utrumque[25] *ſacro digna ſilentio*[26]
Mirantur umbræ dicere: ſed magis
Pugnas & exactos tyrannos
Denſum humeris bibit aure vulgus[27].

tempeſtatem denuntiare nunquam deſinent. Bonæ menti ac Muſis bellum multi quaquaverſum indixerunt ſemper, & indicunt. Quid facias illis? 22 *Alcæus* Sapphoni *conſors patriæque Lyræque quamvis grandius ille ſonet.* Fuit & alius Alcæus comicus qui raphano podici inſerto (quæ cum καταπυγοσύνη ſeu pilorum evulſione per atram picem in mœchos pœna erat Athenis) periit uti eſt in Anthol. De hoc quoque multa Herodot. l. 5 narrat, quæ Plut. in de malignitate Homeri lib. tefutat. V. od. 32 l. 1. 23 Quintil. l. x. c. 1 *Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos inſectatur. Multum etiam moribus confert, in eloquendo brevis & magnificus, & diligens, plerumque Homero ſimilis, ſed in luſus & amores deſcendit, majoribus tamen aptior.* Poëmata ejus διχοστασιαστικὰ ποιήματα *in ſeditiones* ſcil. tyrannorum Mitylenes appellantur. Hæc Horat. ſæpe imitatus eſt, ut e fragmentis paſſim oſtenditur. 24 *Fugam* ſuam i. e exilium, & *bella* contra tyrannos una cum aliis exulibus ſuſcepta Alcæus canebat. 25 Alcæum & Sapphonem. 26 *Silentium ſacrum* quale eſt deo aliquo loquente, ut od. 15 n. 5 l. 1, vel in ſacris deorum: vel digna ſilentum concilio canebat, vel denique quæ ut myſteria non vulganda ſunt. De ſilentio in ſacris V. od. 2 l. 3. Harpocratem ſilentii deum quis neſcit? Sed Harpocrates & Harpocraticos etiam accipi de formoſis quidem, ſed tamen ineptis ad res Venereas pueris, id non perinde eſt notum. Ita in numiſmatis, gemmis & amuletis Harpocrates ſub ſpecie formoſi pueri, ſed loripedis, & ἀναβάδην inſidentis floribus loti arboris occurrit. Ægyptii cœlo eum donarunt, & inter cœleſtia ſigna retulerunt: aliis enim Chaldæi & Ægyptii ſigna cæleſtia nominibus ac formis expreſſerunt. V. Iſ. Voſſ. in Catull. in epig. 75. Liceat rem raram, & magnis viris in ea diſputantibus forte non ingratam, hic notaſſe. 27 Utrumque Alcæum & Sapphonem umbræ mirantur; magis tamen quam amatoria Sapphûs carmina mirantur, & *bibulis* ſeu *ſuſpenſis auribus* (ut Juven. & Propert. loquuntur) audiunt Alcæum pugnas & tyrannos exactos ſeu expulſos canere. Nulli apud Græcos majore honore celebrabantur, quam tyrannicidæ & tyrannomachi. Suid. ait proverb. fuiſſe iis, *Harmodium canere*, in laudem Harmodii tyrannicidæ. V. notas meas in Cic. Milon. c. 29 Quod in Elyſiis campis dicat *denſum vulgus*, id eſt confertum, & certatim aggregatum *bibere* quæ de tyrannis canit Alcæus, non alienum eſt: non ſolum iiſdem affectibus ibi præditos manes tradunt paſſim ſcrip-

Quid mirum [28] *? Ubi illis carminibus ſtupens*
Demittit atras bellua centiceps
Aures [29] *: & intorti capillis*
Eumenidum recreantur angues [30] *?*
Quin & Prometheus [31] *, & Pelopis parens*
Dulci laborum decipitur ſono [32] *:*
Nec curat Orion leones [33] *,*
Aut timidos agitare Lyncas. [34]

OD.

tores, ſed & illic deliciantes, epulantes, cantantes, & ſaltantes. V. ſupra od 3 n. 5. Crucquius hic eſt ille ridiculus, qui *denſum vulgus* pro *robuſto* accipit, cujuſque nomini Dacier ob certam quandam rationem parcit. 28 Scil. *id facere vulgus & umbras.* 29 Deſcriptio Cerberi avide audientis verſus Alcæi, eoque demittentis atras aures, eſt admirabilis. Eſtque proprium animalibus, ubi gratus ſonus aures eorum ferit, *demittere aures*; contra vero, eas tollunt. V. epod. 6. *Cerberus* fabuloſum inferni monſtrum, quod 3 canis capita, caudam ſerpentis habebat, cujus e tergo infiniti ſerpentes varii coloris ac generis exibant. Ita dictus quaſi κρεοφάγος carnivorus. Notatque apud mythologos terram conſumentem cadavera, quæ morte naturali, violenta, vel fortuita, & tum infinitis modis eo veniunt. 30 *Eumenides*, 3 Furiæ, ab Oreſte ſic dictæ, quod conſenſerint abſolutioni ejus, licet matrem occidiſſet. Notum vero Furias exemtos capite ſerpentes pro flagellis uti. Inde σκόλοψ in Pauli carne vice flagelli eſt, a κολλα corio bubulo 2 ad Cor. c. 12, obſervante Iſaco Voſſio in Catull. Carm. 65. Serpentes vero hoc Alcæi cantu delectantur. Non ſolum teſte Plinio l. 8. c. 16 Sed & S. S. Scriptura, ſerpentes cantu demulceri, conſtat. V. huc Pſalm. 58 v. 5. Marſi hac ſcientia præditi fuere. Ovid. de medic. fac. *Nec mediæ Marſis rumpuntur cantibus angues.* 31 De Prometheo vincto in monte Caucaſo ob ſurreptum e cælo ignem appoſito cordi vulture, v. od 3 n. 26 l. 1. hîc ἐν ἅδῃ *apud inferos* ſeu quocunque ſtatu poſt mortem, etiam ab Ariſt. 17 de Poët. locatur. Is, ubicunque ſit, laborum ſuorum obliviſcitur hoc Alcæi cantu. 32 *Tantalus*, a convivio deorum, cui unus mortalium dum viveret adhibitus fuit, derruſus ad æternam famem ſitimque, quod experturus quid poſſint ac ſciant numina coctum filium Pelopem iis appoſuiſſet, hoc Alcæi cantu miſerias lenit. *Decipi laborum* Græce. Ἐπιλανθάνεται πόνων. Sup *Deſine querelarum.* 33 *Orion*, magnus, dum viveret, venator non metuit ſibi a leonibus aut urſis audito Alcæo. Apud inferos hos ſectantem Orionem fingit Hom. Odyſſ. λ: Eadem apud inferos ſtudia manere hominibus, not. n. 27 p. 117 V. Virg. 6. v. 653. Ovid met. 4 fab. 13 Macrob. in ſomn. Scip. l. 1. c. 9. 34 *Lynces*, pardi vel tigris genus, timidæ, fugaces, imbelles paſſim ſcribuntur. Ita od. 6 l. 4. Stat. 2 Achill. In amphitheatris illas fugientes, credo, viderunt, cum cum leonibus, pantheris, & urſis committerentur.

OD. XIV. AD POSTHUMUM.

Vitæ brevitatem, & moriendi neceſſitatem in argumentum lætitiæ rapiendam eſſe, ſuadet Poſthumo. Epiſt. 3 &c. ad Jul. Flor. ad tempus compoſitionis nihil afferunt lucis.

Eheu! fugaces, Poſthume, Poſthume[1],
Labuntur anni[2] *: nec pietas moram*
Rugis & inſtanti ſenectæ[3]
Afferet, indomitæque morti.
Non, ſi trecenis[4], *quotquot eunt dies,*
Amice, places[5] *illacrymabilem*[6]
Plutona tauris[7]*: qui ter-amplum*
Geryonem[8] *Tityonque*[9] *triſti*
Compeſcit unda[10]*: ſcilicet omnibus,*
Quicunque terræ munere veſcimur[11],

1 *Fugaces*, ſemper ruere & fugere dediti. *Poſtumus*, poſt humatum patrem natus. Hoc ut multa alia pòſt, circa Auguſti ſecula in cognomen tranſiit, a Vibia & Rabiria gente tantum (quod ſciam) uſurpatum. In ant. lap. *C. Vibius Poſtumus*. Panvin. de nom. Rom. lit. p. 2 *Labi* tranſl. a fluminibus de tempore dicitur, quod *fugit dum ſtare videtur*. V. fol. 87 not. 17. 3 Hinc forte conficias Horatium jam ſeniorem fuiſſe, & forte non. 4 Cave legas *tricenis*, i. e. triginta: ubi *tri* foret longum. 5 *Placare tentes*. V. init. od 361. 1. 6 *Illacrimabilis*, proprie non dignus deplorari, ut od. 61. 4. *omnes illacrimabiles Urgentur*. Hic vero activa eſt ſignificatio, *Pluto qui neſcit illacrymare*. Ita τὸ *diſſociabilis* od. 31. 1 n. 3 ſumitur. 7 Pluto nullis quotidianis hecatombis placetur. Æſchyl. de eo dixit, quod *ſola deorum Mors non capitur muneribus, nec ſi ſacrifices in templis*. Pluto, cui in partitione cum Iove Neptunoque fratribus occidens ceſſiſſe fertur, auctor dicitur eorum, quæ ad defunctorum ſpectant cultum, eoque vita functis præſidere. Cælius l. 17 c. 21. 8 *Ter amplus Geryon, tergeminus* Virg. Tricorpor fuiſſe dicitur; ſive a tribus Hiſpaniæ inſulis quæ ſunt *Baleares*, & *Ebuſus*; vel ab inſula ad Pontum Euxinum *Tricarena*, *triceps*, cui præfuit; Seu denique a trium fratrum robuſtorum concordia, adeo *ut uno regi animo viderentur*. Iuſtinus in fin. In hoc debellando decimus Herculis labor fuit. Hic autem ad Hiſpaniam nunquam pervenit. 9 Iovis filium ab Apolline occiſum, quod Latonæ vim vellet inferre. Tityi jecur immortalis vulturi eſca eſt apud Virg. 6 Æn. v 595, v. od. 41. 3. 10 Styge. Virg. *novies Styx interfuſa coërcet*, 6 Æn. v. 438 11 Homerus ὅτι ἀρούρης κάρτος ἔδουσι, Il. 6 v. 142 Simonides ὅσοι καρπὸν

Enaviganda: ſive reges,
Sive inopes erimus coloni.[12]
Fruſtra cruento Marte carebimus,
Fractiſque rauci fluctibus Adriæ[13]:
Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus Auſtrum.[14]
Viſendus ater flumine languido
Cocytus[15] errans[16], & Danaï genus
Infame[17], damnatuſque longi
Siſyphus Æolides laboris.[18]
Linquenda tellus, & domus, & placens
Uxor[19]; neque harum quas colis arborum[20]
Te,

αἰνύμεθα χθονός Muret. hæc notans c. 91. 4 obſ. non dubitat, quin ſi vett. lyricorum poëmata haberemus, omnia ornamenta, quibus Hor. ſplendet, ab eis corrogata eſſe conſtaret. Sed apageſis cum iſto tuo judicio! Amor fragmenti a te inventi, & huc aptati, loqui te ſic facit, & contra te, qui Horatii ingenium toties miratus es & meliora doces l. 17 c. 11. Itaque quod in proverb. abiit, *Noram hoc antequam Theognis natus eſſet*, tibi occini poteſt. Norat hoc Hor. ante Simonidem, & Homerum. Ita nuper ex irritabili vatum genere vir de nobili Poëta querebatur, Alexandri & Cæſaris exempla e ſuo carmine in Gulielm. 3 Brit. regem male ſurrepta eſſe. 12 Colonia eſt villa ruſtica apud Colum. l. ii c. 1 & Ictos noſtros. Hinc patet qui ſint coloni. 13 Maris Hadriatici quinquies vel in odis ſuis ſævitiæ nomine memſinit. Cauſa, ni fallor, quod is ſinus ſit anguſte concluſus. V. od. 91 3. 14 Auſter tempore autumnali Italis nocivus eſt, rationibus non obſcuris. Nec ibi tantum, ſed & ubique tum maxime teſtamenta reſignantur. Tum medicorum meſſis eſt. 15 *Cocytus* inferni fluvius Stygis brachium eſt; dictus a κωκύειν *lamentari*: ratione pueris nota. *Languidum* vocat, ut Virg. undam ejus tardam dicit. 16 Varii ſunt flexus & deflexus Cocyti. 17 Danaüs 50 filias Ægypti fratris filiis totidem collocabat, quæ juſſu parentis ſui prima nuptiarum nocte maritos necabant, præter Hypermneſtram, quæ viro ſuo Lynceo parcebat. Pœna iis dicta, ut in inferno pertuſa dolia aquis replerent. V. l. 3 od. 11. 18 Scil. *Pœna. Siſyphus* Æoli filius Aſopo detegens Iovem illi ſurripuiſſe filiam Eginam, damnatus fuit in inferno ſaxum mole ſua ſemper recidens ſubvolvere in montem. Virg. inde vocat *non exuperabile ſaxum*, & Serv. notat damnatum quod arcana deorum hominibus revelaret. 19 De Poſthumi uxore accipi poſſit, ſi ſciremus, atra an alba fuerit. 20 Cultores arborum fuere Romani tam impenſe, ut & Q. Hortenſius aliique vino affuſo eas enutrirent: compertumque, ait Plin. l. 12 c. 1 id maxime prodeſſe radicibus:

Te, præter inviſas cupreſſos [21]
Ulla brevem dominum [22] ſequetur.
Abſumet hæres Cæcuba dignior [23],
Servata centum clavibus: & mero
Tinget pavimentum ſuperbum [24],
Pontificum potiore cœnis. [25]

docuimuſque etiam arbores vina potare. V Val. Max. 9. 1. 4. 21 *Cupreſſi* ad rogum ob jucundum odorem, ait Varro, cum aliis lignis conferebantur earumque rami ante nobilioris defuncti ædes ſtatuebantur. Virg. *ferales cupreſſos* vocat. Diti & Proſerpinæ ſacræ erant. Plin. l. 16 c. 33 odium in eas monſtrat, cum ait, *natu moroſa, fructu ſupervacua, baccis torva, folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratioſa.* V. H. jun. anim. 1. 20. 22 Brevis vitæ, vel potentiæ dominum. Juv. Sat. 10 *mors ſola fatetur Quantula ſint hominum corpuſcula.* 23 Communiter ni loquatur, τὸ *dignior* ureret Poſthumum uti cordum quidem, ſed nequaquam prorſum. 24 Cic. 2 Phil. *Perſonabant omnia vocibus, natabant pavimenta vino, madebant parietes.* Notandus hic luſus τῶ κατταβίσμα, a Siculis ſumtus cum majore ſono vinique profuſione in feſtis uſitatus, de quo luculenter Meurſ. in Græc. ludib. in voce κατταβισμα. Lipſ. 3 lect. ant. 25 Barth. in adverſ. e vet. c. MS. Metenſi; *Profundet ille pavimentum vino meliori, quam quo ſacrificant* & poſt epulantur, Salii ſcil. *ſacerdotes, quod electiſſimum erat, quo tu palatum tingueſcere pertimeſcis*, additque *ſi quid mutandum l. ſuperbus.* Dacier *merum* jam libere per pavimentum decurrens cum ante centum clavibus eſſet reconditum *ſuperbum* vocat. Nihil non bonus Horatius ex mente multorum, ſi diis placet, ſomniarit. Miſere vero laborat in τὸ *ſuperbum pavimentum*, quod ob κακοφωνίαν mutari cupit in *ſuperbo*. At v. od. 1 l. 3 v. 5. *Superba* vero *pavimenta* Rom. arte & pictura elaborata, lithoſtrota, vermiculata, marmorea, aliaque, tam paſſim nota ſunt, ac cœnæ pontificum ſumtuoſæ apud ſacros & profanos auctores. De Judæis ſacerdotibus V. Ezech. c. 34 v. 2. 3. Macrob. Saturn. 3. c. 13, Eraſm. in adag. Godwini Ant. Rom. 2. 10.

O D. XV.

In quibuſdam mſſ. hæc ode ſuperiori annexa eſt. Sed diverſitas argumentorum evincit contrarium. Inſectatur inſanum ædificandi morem: non ſic priſcos Rom. feciſſe: ſed in publica ædificia magnificentiam ſuam exercuiſſe. Hoc dum agit, Auguſto placere ſtudet, qui Romam ſic decoravit, ut jactare poſſet, ſe Romam lateritiam inveniſſe, & marmoream reliquiſſe.

Jam pauca aratro jugera regiæ
Moles relinquent [1]: *undique latius* *Extenta*

1 Paſſim inſanas Romanorum ſubſtructiones, omnia occupantes, & maria quoque coarctantes inſectatur. Apud Petron. Pluto

Extenta viſentur Lucrino [2]
Stagna lacu [3]*: platanuſque cœlebs* [4]
Evincet ulmos [5]*: tum violaria* [6]*, &*
Myrtus [7]*, & omnis copia narium* [8]*,*
Spargent olivetis odorem,
Fertilibus domino priori [9]*.*
Tum ſpiſſa ramis laurea fervidos
Excludet ictus [10]*. Non ita Romuli*
Præſcriptum & intonſi Catonis [11]
Auſpiciis [12]*, veterumque norma.*

Priva-

regnis ſuis timet. *Perfoſſa dehiſcit Molibus inſanis tellus, jam montibus hauſtis Antra gemunt: & dum varios lapis invenit uſus, Inferni manes cœlum ſperare jubentur.* V. & od. 11 l. 3 Cic. pro Mil. 2 *Lucrinus lacus* prope Bajas inde & Bajanus, ab Auguſto cum Averno lacu junctus immiſſo mari, portum Julium fecit. Suet. c. 16. Lacus ille, Baudrando teſte, a. 1538 terræ motu nihil reliqui habet, quam cœnoſam paludem cum arundineto, ibique mons Cinereus dictus ſæpe ipſi viſus eſt. 3 Vult dicere, jam paſſim lacus viſentur majores Lucrino illo. 4 Non maritanda alii arbori, uti quidem ulmus; eoque a Martiale *vidua* dicta eſt. 5 Expellet multitudine ſua & latitudine ulmos. *Evictio* in jure nota eſt. Platanus ut grata V. p. 110. n. 11. 6 Loca ubi violæ naſcuntur. 7 Alii legunt *violaria*, *Myrtuſque*. Si ſpondei ſervandi cauſa myrtûs in accuſ. pl. legas, ut Dac. vult, in conſtructionem, & ſcribendi rationem impingis. 8 Flores tam feliciter quam audacter dicantur *copia narium*, perinde ut fruges ruris honores dixit l. 1 od. 17. Velim Dacier pro eo quod Horatium dormitaſſe hic dicit, eo afferens Quintil. de magnis auctoribus ſcribentem, *quod indulgent ingeniorum ſuorum voluptati, nec ſemper intendunt animum*, ſatis attenta mente recoluiſſet quod eſt l. 10 c. 1. *Modeſte & circumſpecto judicio de magnis auctoribus pronuntiandum eſt, ne quod plerumque accidit damnent, quod non intelligunt. Ac ſi neceſſe ſit in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere quam diſplicere maluerim* 9 Odoriferæ omnis generis plantæ diffundent fragrantiam iis in locis, ubi ſub priore domino ex olivis bonus erat proventus. 10 *Laurea* (pro *laurus*) ductari ſolebat, & late extendi, ſeu contra fulmina, ſive æſtus ſolis. Crucq. *opus topiarium*, tonſilia myrteta vel laureta, ni fallor, intelligit. V. fol. 101 n. 16. 11 Sub Romulo, nec Catonis ævo licuiſſet privatis lacus fodere &c. Cur *intonſus Cato* dicatur v. p. 30 n. 41. 12 *Auſpicia* pro legibus. Meton adj. pro ſubj. Leges enim non rogabantur, niſi præviis auſpiciis. Ridiculus eſt De Prez, qui ne jacturam faciat verſus e Lucano, de Catone poſt bellum civile intonſo & in ſqualore degente, Horatium loqui hîc facit. Is qui modo orat, pro Mil. de inſanis Clodii ſubſtructionibus

Privatus illis census erat brevis [13],
Commune, magnum [14]: *nulla decempedis*
Metata [15] *privatis* [16] *opacam*
Porticus excipiebat Arcton [17]:
Nec fortuitum spernere cespitem [18]
Leges sinebant [19], *oppida publico*
Sumtu jubentes [20] *& deorum*
Templa novo decorare saxo. [21]

dixit, num temporis rationem sic cito confundit? Petronii ubi jam memoria est? Sed prima senum labascit memoria. 13 Romulus duo solum agri jugera singulis civibus distribuit. Cato Censorius exiguo in Sabinis agello paterno vixit. Alii primarii viri a populo sepeliri debuerunt præ pecuniæ inopia. V od. 12 l. 1. 14 Cic. pro Flacco, *In privatis rebus minimo contenti erant majores nostri: in imperio & publica dignitate omnia ad gloriam & splendorem revocabant.* Quin certum est, opera illa publica, vias, theatra &c. privatorum sumtibus exstructa esse. 15 *Metari* pro *metiri*, seu definire quot pedum sit locus aliquis. Pes Italus exigitur ad 16 dignitos. Salm. in Sol. 16 *Privatis* in tertio casu. Constr. est, *nulla porticus metata decempedis excipiebat privatis opacam Arcton.* 17 Romuli, & Catonis etiam tempore privati non habebant magnas porticus, nec eas ad Boream. Postea sive luxu sive necessitate sic jubente omnes domus ad ejus flatus & refrigeria excipiendum ad hanc partem apertas habuere. Didicerunt hoc a Græcis, & hi ad pestilentiam arcendam usu magistro sic ædificarunt. 18 Ubicunque sors assignabat, ibi vivebant. *Spernere* pro deserere, ut od. 30 l. 1 dictum. 19 E saxo quadrato, utpote templi forma, ædificare non licebat, sed tantum vel crudo solo cespitoso, aut coctis lateribus. Turn l. 10 c. 21. 20 Laudat leges Romanorum. Hæ vero laudes in Augustum recidunt, qui non solum utilibus multis reparationibus, sed & templorum Martis, Victoris, Apollinis, Jovis Tonantis, ædificationibus & refectionibus senio labantium, aut igne consumtorum decoravit. Suet. in Oct. 30. 21 *Novo* &c. vel pulchro reparare saxo, vel ab integro ædificare. *Novum* enim & pro pulchro sumi sæpe jam notavi.

OD. XVI. AD GROSPHUM.

Hæc ode ad Pompejum Grosphum nobilem & magistratibus perfunctum, virum bonum & æquum, ut ex epist. 12 patet, adeo nullam compositionis notam habet, ut, si ad id tempus quo Augustus deponere imperium cogitabat, & de eo multus passim sermo esset, referas, non potuit non Augustum urere, & Horatium minus gratum ipsi facere. Credibile potius hunc cum Mæcenate suo id quoque noluisse.

Otium

Otium [1] *divos rogat in patenti* [2]
Prenſus [3] *Ægæo, ſimul atra nubes*
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis [4]*:*
Otium bello furioſa Thrace [5]
Otium Medi pharetra decori [6]*,*
Groſphe, non gemmis, neque purpura ve-
Nale, neque auro.
Non enim gazæ neque conſularis
Summovet lictor [8] miſeros tumultus
Mentis, & curas [9] laqueata circum
Tecta volantes [10].
Vivitur parvo bene [11], cui paternum

Splen-

1 *Otium* omnes optant: & tamen *quemvis media eripe turba Aut ab avaritiam aut miſera ambitione laborat.* Auguſtus id parare voluit abdicatione ab imperio, & vocem otii in ore crebro habuit. An & ideo in bucol. Virg. *Ille deus nobis hæc otia fecit?* ſomnia. V. huc Sen. c. 2 de tranq. 2 Barth. ex Argent. aliiſque MSS. legit *impatenti.* Multæ enim in Ægæo mari inſulæ, & ſcopuli periculoſam & anguſtiorem ejus navigationem faciunt. Proverb. inde, *Ægæum mare navigare.* 3 Catul. *deprevſa* dicit; *Ut minuta magno Deprenſa navis in mari Veſaviente vento.* 4 *Ægæum* inter Græciam & Aſiam. Vett. Luna, & certis quidſdam ſideribus non fulgentibus ad Caſtoris & Pollucis divinum auxilium confugiebant carentes pyxide nautica, navigandique peritia debita. 5 Ipſi Martis quaſi pulli Thraces, ſeu ubi Mars incunabula habuit natuſque dicitur, teſte Arnobio, otium rogant. Eurip. Ἀρεῖ πάτροχον γένος genus Marti obnoxium eos vocat. 6 Per *Medos* intell. Parthos, qui Medos ſubjugarunt. 7 Vox Perſicæ originis. 8 Coſſ. 12 lictores cum faſcibus & ſecuribus habebant ante eos procedentes, ſummoventeſque a via populum: matronæ, ait Feſtus, non ſummovebantur, nec Veſtales, neque mariti uxoribus una aſſidentes ex eſſedis ire cogebantur. Græci Scythis pro lictoribus uſi ſunt, ut Ariſtoph. in concion. Pollux, aliique docent. 9 *Curæ* cum majuſcula C. Theognis Curas alis quoque inſtruxit, (quanquam & ſine Theognide id ſciviſſet Hor.) Φροντίδες ἀνθρώπων ἐλαχὺν πτερὰ πόικιλ' ἔχουσαι. V. od. 1 l. 2. De laquearibus od. 18 ſeq. 10 De philoſophia morali gentium v. p. 107 n. 3. 11 Uti ſolidum illud otium neſcivere, ita & rideas, ſi quam minutulis in rebus quieſcant, paſſim obſerves.

Splendet [12] in mensa tenui [13] salinum [14],
Nec leves somnos [15] timor, aut Cupido [16]
Sordidus aufert.
Quid brevi fortes jaculamur ævo [17]
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus [18]? patriæ quis exsul
Se quoqe fugit [19]?
Scandit æratas [20] vitiosa naves
Cura: nec turmas equitum relinquit [21],
Ocyor cervis, & agente nimbos
Ocyor Euro.

Lætus

12 *Splendere* est gratum esse, placere. 13 Ita sat. 3 *Modo sit mihi mensa tripes.* 14 Ibid. & *concha salis puri.* Proverb. est *Salem lingere* pro tenuiter victitare. Id enim sacrum veteribus, & Platoni Θεοφιλὲς σῶμα, Hom. θεῖον dictum. Quin Arnob. l 2. ait *sacras facitis mensas salinorum appositu & simulachris deorum.* Salinis non appositis mensa erat prophanata, & mali quid verebantur, uti & si in mensa relinquerentur. Festus narrat de figulo hanc ob causam punito; Postquam enim mensæ cum suis accubuisset prope lucentem focum, & somno vinoque gravati essent, nocturnus grassator ostium videns apertum intrat, & salinum in ignem projicit, unde domus incendio deleta, omnesque in ea extincti sunt. Quare figuli exinde salinis non utebantur. Et hæc, addit Dacier, superstitio multos etiamnum mirum in modum tenet. Manavit vero a Græcis, quibus mensa sanctimoniæ quid habebat. Huc spectat exprobratio Archilochi contra socerum Lycamben Οὔ ξεινον δ' ἐνόσφισθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν. V. Feit. ant. Hom. 3. 1. 15 *Somnus levis* qui facile ac sæpe interrumpitur ac solvitur, aliter ac od. 11 *facilis somnus.* 16 Avaritia quam & *pravum Cupidinem* alibi vocat. 17 Barth. in adversar. explicat, Quid brevi tenuique fortitudine nobis placemus, curtove arcu jaculamur plurima remotissimaque, & mavult legere *arcu* quam *ævo*, additque in MS. vetustiss. glossam esse *jaculamur* periculis afficimur, cum Plauti loco simili, *Dii nos quasi pilas homines habent.* At Hor. se explicet; *Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.* 18 Ad orientem usque, sub alio climate. Ita varii poëtæ loquuntur, teste Cerda ad 2 Georg. v. 211 19 Varro, *Longe fugit qui suos fugit*; Ter. in Phorm. act. 5. sc. 2 *Ita fugias ne præter casum, quod ajunt.* 20 V. od. 1 l. 3 *Æratæ* sunt *nostratæ.* 21 Nec navibus, nec equis Cura effugitur, aut antevertitur. *Relinquere* pro pòst linquere, ut Græci λείπειν, ἀπολείπειν. Ita in art. poët. *Mihi turpe relinqui est.* Nizol. doceat an *relinquere* active non habeat & aliam significationem, quod hîc tamen vult Dac.

Lætus in præſens animus, quod ultra eſt [22],
Oderit curare: & amara læto
Temperet riſu [23]. nihil eſt ab omni
Parte beatum [24].
Abſtulit clarum cita mors Achillem [25],
Longa Tithonum minuit ſenectus [26]:
Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget hora [27].
Te greges centum, Siculæque [28] *circum*
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinni-
Tum [29] *apta quadragis equa* [30]. *te bis Afro*
Murice tinctæ [31]

Veſtiunt

22 *Præſens* opponitur ei *quod ultra* ſeu futurum *eſt*. Anacr. Τὸ σήμερον μέλει μοι Τὸ δ' ἄυριον τις οἶδεν. 23 Quid. codd. *lento riſu*, quaſi dicat moderato. Sed *læto riſu* leget qui riſum præ lacrymis amat. 24 Cic. 1 invent οὐδὲις πάντ' ἐστι παγόλβιος. Infra *Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei*. 25 Quietem poſuerat, 1 In opum contemtu, *Non enim Gazæ* &c. 2 in frugalitate, *Vivitur parvo bene*. 3 In futuri cura abjiciunda, *Lætus in præſens* &c. 4 In domandis affectibus, *Nec leves ſomnos* &c. 5 In τῷ tecum habita, *Quid brevi* &c. 6 In penſandis malis cum bonis, *Lætus in præſens* &c. 7 In conditione noſtra, *Nihil eſt ab omni* &c. Hoc poſterius probat exemplo Achillis, is licet fortis erat, ut Homeri heros ſcribi meruerit, brevis tamen vitæ fuit. Quare mater Thetis eum ſæpe vocat ὠκύμορον, ὠκυμορώτατον *cito fatalem*. 26 *Tithonus* diu quidem vixit ſed ſenium ſenſit tam grave, ut vitæ pertæſus, in cicadam, animal præter garrulam vocem nihil habens, mutari optarit, & a diis impetrarit. V. l. 1 od. 28 *Tithonuſque remotus in auras*. Ita & S. S. literæ ſenem ſub emblemate locuſtæ exhibent, Eccleſ. Sal. c. 12. 27 Forte te longius vivam. *Hora* horoſcopus, Perſ. 5. 48 *Seu nata fidelibus hora Dividit in geminos concordia fata duorum*. Felicitatem credebant *horatim*, ut ſic loquar, nobis obvenire. Infra *Grata ſuperveniet quæ non ſperabitur hora*. Et *Dona præſentis rape lætus horæ*. Hinc explica illud Silii, *Perge age fac greſſus, dexter deus horaque noſtra eſt*. 28 Hinc ut Groſphus Siculus putetur, non major ratio eſt, quam ut & Iccium Siculum dicamus ex epiſt. 12. Romani in Sicilia, Calabria &c. multas opes poſſederunt, Σικελίαν πολύμηλον dicit Pind. 29 *Tollere hinnitum* ut Virg. tollere clamorem. 30 Equæ quadrigis in Circenſibus certaminibus aptiores caballis, quibus penis &c. impedimento eſt. Ita ad 1 Olymp. Pind. cum amicis notavimus. 31 Purpura δίβαφος *bis tincta* veteribus dicta eſt. Cic. l. 2 ep. 16 *Curtius noſter dibaphum cogitat*. Plin. 9. 39. Ovid. de Arte 3 v. 170 *Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet*. Hor. *bis tinctas veſtes*, & *iteratas lanas* vocat.

Veſtiunt lanæ. mihi parva rura 32, *&*
Spiritum Grajæ tenuem 33 *Camœnæ* 34
Parca non mendax dedit 35 *& malignum*
Spernere vulgus. 36

Murex Tyrii Africive maris oſtreæ genus ſuccum iſtum præbebat. Salmaſ. in Sol. probat coccum etiam ex vermiculis grani veniſſe. 32 In Sabinis. 33 Alibi *inbellem gravibus modis, non aptam lyræ* dicit, & *molles citharæ modos.* 34 Sæpe de Lyrico carmine Græcorum, ut quod ipſe primus Romanorum imitatus eſt, loquitur. Od. 30 l. 3 *Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos. Camœnæ*, ait Macrob. quaſi canenæ a canendo dictæ. 35 *Parca* (ſupra *hora*) *non mendax, tenax veri.* Hæc a nativitate facta hominis ordinabat. Ita intell. Sen. trag. *Primuſque dies dedit extremum.* Tertull. ſeptimo a nativitate die fata ſcripta ait. Turn. 10. 22. *Parcæ* hîc dat quod infra Phœbo l. 4 od. 6 *Spiritum Phœbus, mihi Phœbus artem Carminis nomenque dedit poëtæ.* 36 *Malignus* ſæpe pro avaro; hîc pro invido pravoque.

OD. XVII. AD MÆCENATEM

cum is convaluiſſet.

Cur me querelis exanimas tuis 1*?*
Nec diis amicum eſt 2*, nec mihi, te prius*
Obire Mæcenas, mearum
Grande decus, columenque 3 *rerum.*
Ah, te meæ ſi partem 4 *animæ rapit*
Maturior vis 5*, quid moror altera,*

Nec

1 Mæcenas perpetua febri inſomniaque triennali ſub finem vitæ laboraſſe ſcribitur: videturque morbi pertinacioris impatientia mortem optaſſe. Hor. ſolatur eum. 2 Dii hoc non amant. Mur. l. 2 c. 13 Hor. a Græcis hoc habere vult, ἑ θεοῖς φίλον. Credo, ſi Homerus nec fuiſſet, Horatius ita ſcripſiſſet. Si Græcis licet *amicum* pro grato dicere, quidni & Latinis? *Aurora Muſis amica* tam nota quam elegans cantilena eſt. 3 De columine, columna v. p. 69 n. 14. 4 Od. *Serves animæ dimidium meæ.* Pythagoras amicum vocabat animam in duobus corporibus. 5 Mæcenas uti *ſenex* mortuus eſt, ut epiced. Pedonis probat, ita jam mors non immatura ingruiſſet, cum Hor. hanc ei ſden ſcribit. *Maturior vis* ergo quod Neſtoris annoſi ſecula vivere dignus erat, ut Pedo ait; Et Horatio paraſito ſuo ſemper maturior mors ejus fuiſſet.

Nec charus æque [6], *nec ſuperſtes*
Integer [7]? *ille dies utramque*
Ducet ruinam [8]: *non ego perfidum*
Dixi ſacramentum [9]: *ibimus, ibimus,*
Utcunque [10] *præcedes, ſupremum*
Carpere [11] *iter comites parati.*
Me nec Chimæræ ſpiritus igneæ, [12]
Nec ſi reſurgat centimanus Gigas [13]
Divellet unquam. ſic potenti
Juſtitiæ, placitumque Parcis. [14]
Seu Libra, ſeu me Scorpius [15] *aſpicit*
Formidoloſus [16], *pars violentior*
Natalis horæ [17], *ſeu tyrannus*

Heſpe-

6 Populo, vel ſibi. 7 Utpote dimidia ſui parte quaſi mutilatus victurus. 8 Eodem die uterque noſtrum ruet & morietur. Idque fere contigit. Mæcenas Sextili, Horatius 5 Decembris a. v. c. 745 deceſſere. De Prez vitam Horatii a Suet. ſcriptam ſi expendiſſet, ſupremaque Mæcenatis ad Aug. verba, *Horatii Flacci, ut mei, memor eſto*, non ſcripſiſſet Horatium prius mortuum. 9 Jusjurandum. *Devotum* ſe patrono ait, quales *Soldurios* (unde forte *Soldat*) vocat Cæſ. B. G. l. 3 ſub f. qui ſtabant ac cadebant cum principibus ſibi amicis, Sall. *Hiſpanis regibus* quoque *ſe devovere*, & *poſt eos vitam refutare*, & Val. Max. 2. 6. *Celtiberos nefas duxiſſe prælio ſupereſſe, cum is occidiſſet, pro cujus ſalute ſpiritum devoverant*, narrant. N. 8 arguit Horatium falſi. 10 Quandocunque. 11 Vox geſtientis eum comitari. 12 Non terrebor Chimæræ igni e tricipite capite ſpiranti. v. p. 57. n. 23. 13 Cœli & Terræ filius. Mur. 6 Var. c. 12 ex Appoll. bibl. & opt. codd. Heſ. *Gyas* legit. Certum, Gigas quis ſive is Coëus, Bryareus, Gyaſve, (omnes centicipes centimanuſque) deſignatur. 14 Juſtum id ac ratum ait, ut ſimul migrent e vita. Gnathonice plane, & eleganter *Juſtitia* Horatium ſupervivere nolit ei, per quem vixit, *Parcæ* ſic jubent cum eadem utrique ſit geneſis, & ſub eodem fere nati ſint ſidere. 15 Sive natus ſit ſub Libra, ſive Scorpio, ſatis convenit ſidus ſuum cum Mæcenatis, eoque ſimul mori eos oportet: nam Libræ una lanx propendet intra Scorpii chelas ſeu brachia antica. 16 *Aſpectus*, (vox mathematica) Scorpii timendus ei videtur, nam brevioris vitæ ſub eo natos dicunt. *Formidoloſus*, ait Gell. 9. 12 qui formidatur. Sall. in Catil. *non armatus hoſtis formidoloſus*. Ibi tamen reciproca enumerat verba. 17 *Pars*, μοῖρα illa pars ſigni quæ ſuper horiſonte eſt nativitatis tempore. Omne enim ſignum in plures partes diviſum eſt, quod totidem facit horoſcopos quos Hor. vocat *natales horas*. De toto

Hesperiæ Capricornus undæ [18] :
Utrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. [19] *Te Jovis impio*
Tutela Saturno refulgens
Eripuit [20], *volucrisque fati*
Tardavit alas [21], *cum populus frequens*
Lætum theatris ter crepuit sonum [22] :
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat [23], *nisi Faunus ictum*
Dextra levasset [24], *Mercurialium*
Custos virorum. [25] *Reddere victimas*,
Ædemque votivam memento :
Nos humilem feriemus agnam. [26]

Scorpionis signo poëta hîc non loquitur. 18 Sive natus sum sub Capricorno ; (Decembri mense) quod cum Saturnus tenet pluviæ & tempestates sunt maxime in mari occiduo, eoque Hesperiæ tyrannum arbitrumve ait. Manil. l. 4. *Tu, Capricorne, regis quicquid sub Sole cadente* &c. Prop. l. 4 el. 1 *Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua?* 19 Q. D. si alius mihi ac tibi horoscopus, at magna inter meum tuumque sidus consensio est. Persius Horatii imitator bene hæc expressit de sua Cornutique Stoïci συμπαθείᾳ Sat. 5 v. 45. *Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies, & ab uno sidere duci.* 20 Mæcenas animo & corpore æger videtur mathematicos consuluisse, eosque respondisse, Jovem refulgentem seu contra fulgentem correxisse ac fregisse Saturni impii (ob devoratos filios suos, unde geniti sub eo sævi sunt) malignitatem. Alludit forte ad frigus ab Augusto sub finem vitæ post multos labores & maxima in principem merita ante mortem tamen temperatum, ut conjicio e Suet. c. 66 & vita Hor. V. Meib. Mæc. c. 16. 21 Jupiter fati semper urgentis, mortis instantis semper impetum retardavit. 22 A morbo restituto. V. od. 20 l. 1. 23 Od. 13. 24 Perieram nî Faunus Mercurii amicus, & idem deus, ut Huet. demonstrat, prohibuisset V. p. 4 n. 3. 25 *Mercuriales viri* sunt eruditi, Mercurii clientes. *Faunus Sylvicola* Virgilio, Bacchi, Mercuriique comes. Et his tribus unum idemque templum erat. ut ex ant. infer. patet. 26 Ægrotantes, periclitantes vota faciunt, quæ liberati reddunt ac solvunt. *Victima* vero, ut major hostia, a Mæcenate Jovi, agna vero ab Horatio Fauno debebatur. V. l. 1 od. 4.

OD. XVIII.

Ode plane moralis est. Credibile quod *avaram* compellet, per errorem titulum huic odæ in quibusd. codd. factum *Varo*,

Non ebur [1], *neque aureum*
Mea renidet in domo lacunar [2]:
Non trabes Hymettiæ [3]
Premunt columnas ultima recisas
Africa [4]: *neque Attali*
Ignotus heres regiam occupavi [5]:
Nec Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientæ. [6]
At fides [7], *& ingeni*

Benig-

1 *Ebore* non solum lacunaria, sed & parietes ac pavimenta veterum ornabantur. 2 Aurea & argentea lacunaria (*gewelfsels*) luxus Rom. aliorumque habuit. *Post Carthaginem eversam laquearia in Capitolio, primum inaurata sunt, inde transiere in cameras: in parietes quoque, qui jam & ipsi tanquam vasa inaurantur.* Plin. 33. 4. *Renidere* apud Catull. in Egnat. pro *videre*. 3 *Trabes Hymettiæ* ex Hymetti montis arboribus recisæ. 4 Loquitur de columnis ex Numidico marmore, ex Africæ maxime occidentali regione. Ter. *Ex Æthiopia usque hæc. M. Lepidus primus omnium limina e Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione.* 5 Neque divitis alicujus hereditatem captavi. *Heres ignotus* hic videtur Aristonicus, qui Eumenis e pellice filius Pergamenum regnum Attalo quasi patruo proximus invasit, Crassum profligavit & tandem victus a Perpenna Romæ in carcere strangulatus est. Acron, *Ostendere vult Romanos non jure factos Attali heredes*; Florus, Val. Max. Plut. Liv. epit. 58 optimo jure, testamenti scilicet, eos id tenuisse scribunt. H. Grot. De Jure B. & P. l. 1 c. 3 §. 12 subdiv. 3, 4, 5. jure factum probat. 6 Clientium Laconum uxores *honestæ* splendidæque non nent mihi purpuras, tinctas humore muricis, qui capiebatur ad Tænarum Laconiæ promontorium, qui nobiliorum tantum habitus erat. *Clientes* Romæ jam a Romuli tempore fuere, qui privatis permisit Patronum sibi e nobilibus vel senatoribus legere, quem patris instar colere, redimere si captus esset, in collocandis filiabus & alibi juvare, ære alieno mulctisve exsolvere &c. debebant. Contra, Patronus Clientes in jure defendebat, eosque ut liberos suos tuebatur. Paulatim & ad urbes ac provincias mos ille extentus est, etiam extra Italiam, ut Lacedæmon sub Liviorum, Sicilia sub Marcellorum protectione erant. Clientes erant *plurimi* qui Fabios in bellum sequebantur contra Vejentes: nam Clientes nomen Patronorum sumebant. Inde Italica oppida plur. num. *Pompeji, Gabii* &c. Quod illustres ejus gentis viri cum clientibus ibi sedem fixerint. Conditio eorum fere instar libertorum erat, & fere eadem quæ vasallorum, qui sequiori seculo secuti sunt. 7 Si desint opes, at non deëst *fides*, fidelitas, *incorrupta justitiæ soror.*

Benigna [8] *vena est: pauperemque dives* [9]
Me petit. nihil supra
Deos lacesso [10]: *nec potentem amicum*
Largiora flagito [11]
Satis beatus unicis Sabinis. [12]
Truditur dies die,
Novæque pergunt interire Lunæ.
Tu [13] secanda marmora
Locas [14] sub [15] ipsum funus, & sepulchri
Immemor, struis domos [16],
Marisque Bajis obstrepentis urges
Summovere littora [17],
Parum locuples continente ripa. [18]
Quid [19], quod usque [20] proximos
Revellis agri terminos [21], & ultra
Limites clientium

8 *Vena Benigna*, est facilitas illa, & copia dicendi scribendique quæ velis, quâ qui carent invito Apolline ac Musis laborant. Certe a pœsi dehortatur istiusmodi siccos, *Tu nihil invita dices faciesve Minerva.* Sed hi tamen primos se omnium putant: credo, quod sciant, quanti sibi constiterit priusquam vel 10 versus ex arido pectore extuderint. *Vena* transl. a terræ venis, e quibus fontes. 9 Mox *potentem amicum*, Mæcenatem scil. vocat, & in epist. *Gratia regum Pieriis tentata modis.* 10 Non plus a diis peto importunis precibus. 11 Od. 16 l. 3 ad Mæc. *Nec si plura velim, tu dare deneges. Flagitare*, est efflictim petere, ut Plaut. ait, & cum vehementia. 12 Villa a Mæc. data, quam sæpe laudat, & epist. 16 describit, & cum Sabinis pertractavit Ald. Man. quæs. per epist. l. 3 ep. 1. 13 L. 5 od. 18 *Urget diem nox & dies noctem.* 13 O avare. 14 Mercede conducis sectores marmoris: Qui enim locat materiam quandam elaborandam, (ut hic, marmor) idem fit conductor scil. operæ, & vicissim qui locat operam suam ad id, conductor seu redemptor est operis. 15 Prope. 16 Bella oppositio *sepulchri* & *domus.* 17 Urges & instas operi ut extendas littus, mareque excludas *Bajæ* urbs Campaniæ amænissima. Ubi insanum in modum ædificabant Romani. *Nullus in orbe locus Bajis præluceat amœnis.* Fundamenta cum plateis silicatis pulcherrima demersa visuntur in undis. Schotti Itiner. It. l. 3. 18 Od. 1 l. 3. *dominusque terræ fastidiosus.* 19 Quod plus est. 20 Magis ac magis. 21 *Termini* sunt lapides seu arbores, quibus fines possessionum noscuntur. Pro iis servandis Deus legem tulit Deut. 19, 19, quam Græ-

Salis avarus [22] ? Pellitur paternos
In ſinu ferens Deos
Et uxor, & vir, ſordidoſque natos. [23]
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine deſtinatâ
Aula divitem manet
Herum. [24] Quid ultra tendis [25] ? ÆQUA tellus
Pauperi recluditur,
Regumque pueris [26] : nec ſatelles Orci [27]
Callidum Promethea [28]
Revexit auro captus. [29] Hic ſuperbum
Tantalum [30], atque Tantali
Genus coërcet [31] : Hic levare functum
Pauperem laboribus [32],
Vocatus, atque non vocatus audit. [33]

ODE.

ci Romanique ſic ſecuti ſunt, ut & *Jovem Terminalem*, & *Terminum* deum exinde fixerint, quem in lapide truncove ſculptum venerabantur feſtis *Terminalia* dictis, ſertis coronabant, faſciis obligabant. 22 Si ſacer eſt qui terminos movit, magis adhuc ſacer eſt ſi patronus clienti fraudem fecerit iſtiuſmodi. V. Gell. 23 Depingit clientem ſic expulſum, pauperculum, nihil efferentem præter deos Penates & liberos immunda pauperie ſquallidos. Mart. 1. 50. *focum Infante cinctum ſordido.* 24 Conſtr eſt, *Nulla tamen aula manet divitem herum certior fine* ſeu *ſede* (ut Serv. legit) *deſtinata rapacis Orci* : Q. d. Tam alte ſolideque ædificet quantum velit, non certior ſedes parata eſt quam in Tartaro, in quo impios locarunt vett. V. p. 116 n. 19 *Manere* & dativum admittit. Catull *Sceleſta bene ? quæ tibi manet vita ?* 25 *Finem* tibi ſtatam, *ſedem* aſſignatam non tranſilies. 26 *Pallida mors* &c. l. 1 od. 4 Manil 5 *Et neque paupertas breviores excipit annos Nec ſunt immenſis opibus venalia fata, Sed rapit exceptos funus fortuna ſuperbos Indicitque rogum ſummis. Regum pueros* al. cod. *natos*, (teſte Cantero 6 obſ. c. 14.) pro regibus ; more Hebr. v. p. 34 n. 4. 27 Charon. 28 Hom. πουλύλον vocat. V. p. 12 n. 26. 29 Incorruptus. Quid ergo aurum cumulas ? *Metit Orcus Grandia cum parvis non exorabilis auro.* 30 Ob divitias ; unde prov. *Tantali talenta*, aut ob inſolentiam, quod diis apponeret filium ſuum veſcendum, ſi diis placeret. 31 Atreum, Thyeſten, Agamemnona, Oreſten &c. 32 Sapientes dixerunt mortem aut neceſſitatem naturæ, aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe. Cic. Catil. 4. 33 Oraculum Lacedæmoniis redditum ex Eraſmi adag. huc ſpargitur, κολάζεσθε τὸν ἀπλητον θεὸς παύσαι. *Audit levare* ſeu ut levet, Græcanice.

OD. XIX. IN BACCHUM.

Hæc una eſt pulcherrimarum odarum, plena ingenii iſtius cujus benignam ſibi venam eſſe modo dixerat. Facta eſt feſto Bacchi.

Bacchum[1] *in remotis carmina rupibus*
Vidi docentem[2], *credite poſteri*,
Nymphaſque diſcentes[3], *& aures*
Capripedum Satyrorum acutas.[4]
Euæ[5], *recenti mens trepidat metu*[6],
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Lætatur.[7] *Euæ*, *parce*, *Liber*,
Parce[8], *gravi metuende Thyrſo*.[9]

1 Baccho multa aſſcripſerunt vett. quæ Moſi vere competunt, ab eoque efficta ſunt, ut Huet. in demonſtr. euang. prop. 4 ſect. 3. 2 Duo Baccho aſcribuntur, quod ſit ὀρειτρ mountainous, & διδάσκαλος doctor, unde μυσαγέτης dictus. Hæc pluraque Moſi deberi, viri docti jam & ante Huet. docent. Baccho quoque originem feſtorum lætitiarumque publicarum, tragœdiæ & comœdiæ deputant, indeque τελετάρχης dictus, quod Moſes ſacrificia feſtaque Hebræorum ordinarit Bacchus bimater, ἰλεύθερος, γιγαντολέτης, λαμπτὴρ, μειλίχιος manſuetus, venuſtus, νόμιος, ἰυβακχὸς Thyrſiger & σκιπτοῦχος, a Titanibus diſcerptus & a Cerere frugum dea reſtitutus, a Nymphis educatus, erro, exſul, vates, ductor exercitus virorum & mulierum quos ſiti aridos deductis fontibus refecit, leges tabulæ duplici inſcriptas tuliſſe, mare rubrum ſubiiſſe, pedibus trajeciſſe, aliaque (quæ Græci ab Ægyptiis habent, & affinxerunt) ſi vel ſummatim recenſeantur, Moſem in iis latere, cuivis non difficili faſtidioſoque rerum arbitro patebit. 3 In Bacchi comitatu ſunt Nymphæ ſeu Muſæ. 4 Satyros attentos. Acutæ iis aures, ut notum. V. od. 1 l. 1. 5 V. p. 43. n. 12. 6 Recenti metu viſuque Bacchi in exſtaſin rapitur, & ſtili ſublimitate ac rerum variatione id monſtrat, ut & Pind. *Qui per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numeriſque fertur Lege ſolutis.* Eoque Huet. nihil mali commeruit, cum & de prophetis, (Qui & poëtæ magnam partem fuere) ait, *ſcabrum quid, ſalebroſum, ac diſſipatum edere ſolet* ἔκστασις. 7 Vellem liceret legere *Lymphatur*, ut Heinſ. correxit. *Turbidum lætatur*, tumultuoſe & cum horrore ex dei præſentia lætus eſt. Virg. *Miſtoque ingens exorta tumultu Lætitia.* 8 Imaginatur ſe adhuc videre Bacchum, ab ejuſque ira tutus ut ſit, rogat; ut moris erat, cum ſermo eſſet cum diis, & maxime iis qui furorem inſpirabant mentibus, ut Apollo, Diana, Bacchus, & Nymphæ quoque, de quibus Theocr. Δειναὶ Θεαὶ ἀγρωσσαῖς Deæ graves agricolis. Ita od. 18 l. 1. 9 *Thyrſus* haſta Liberi, celata illa cu-

Fas pervicaces est mihi Thyadas [10],
Vinique fontem, lactis & uberes
Cantare rivos [11], *atque truncis*
Lapsa cavis iterare [12] *mella.*
Fas & beatæ conjugis additum
Stellis honorem [13], *tectaque Penthei*
Disjecta [14] *non leni ruina* [15],
Thracis & exitium Lycurgi. [16]
Tu flectis amnes [17], *tu mare Barbarum* [18],
Tu separatis uvidus in jugis [19]
Nodo coërces viperino

Bisto-

spide metuenda, obvoluta ederis ac pampinis. 10 Post precationes, postquam Baccho plenus est, fas est ac licet Thyadas, Bacchi sacrificulas seu Bacchantes, concepto furore petulantes & protervas, cantare. *Pervicacia* &c in bonam partem sumitur. Non. Marc. Acron ad epod. 17. v. 14. 11 Bacchantes thyrso percutientes Mosen repræsentant virga elicientem aquas o rupo. Phrasis quoque sacra est, *terra fluens lacte & melle*, aliisque placita poëtis. Eurip. in Bacchis v. 142 *Fluit lacte ager, fluit etiam vino, & apum nectare.* Ovid. 1 met. *Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant.* Claud. de laud. Stil. v. 84 *Tunc & Solis equos, tunc exultasse choreis Astra ferunt, melliſque lacus, & flumina lactis Erupisse solo,* 12 *Iterare*, sic describere quasi vini lactis melliſque rivos ac torrentes adhuc videas. 13 Loquitur de Ariadnes corona, quam Bacchus ademtam Theseo inter stellas locavit, in signum quod eam amarat Ovid. 8 met. f. 2. 14 *Pentheus* Echionis filius Cadmi gener, Thebarum rex, solus Bacchum agnoscere noluit, eoque a matre Agave in frusta sectus est &c. V. Ovid. 3 met. & Æschyli *Penth.* 15 Litotes, pro gravi. Eurip. in Bacch. de Pentheo eodem. Δεινὸς γὰρ δεινῶς πάν δ' ἀτίζαν Διόνυσον ἀναξ τὰς σὰς εἰς ὄμμας ἔσχε. 16 Lycurgus rex Thraciæ, Bacchum fugare, Bacchantes captivas servare, vel ut Higyn. ebrietatis vitandæ causa vites interfecare ausus a Baccho in furorem actus est, ut & sua sibi crura amputaret. Ex Lycurgi in vineas odio fictio est e lacrimis ejus brasficam, vineæ naturâ inimicam, enatam esse, eoque illa primum apponebatur. 17 *Flectere* pro domare. *Amnes*, Gangen & Indum, vel Hydaspen & Orontem, quos Bacchus in Indiam tendens pedibus trajecit. Sub eo Moses, &, ut viris doctis visum, Noachus, quorum ille rubrum mare transiit, hic aquarum eluvionem superavit, imo & Josuæ per Jordanem transitus victoriaque latent. 18 Indicum. Vere, rubrum, Æthiopicum, a Mose peragratum. 19 V. 1. *in remotis rupibus. Uvidus, madidus*, ὑγρὸς pro ebrio etiam sumitur, at hic proprie ab aquis humidum notat.

Biſtonidum ſine fraude crines. [20]
Tu, cum parentis regna per arduum
Cohors Gigantum ſcanderet impia [21],
Rhœcum retorſiſti leonis
Unguibus, horribilique mala. [22]
Quamquam choreis aptior, & jocis,
Ludoque dictus [23], *non ſat idoneus*
Pugnæ ferebaris; ſed idem
Pacis eras, mediuſque belli. [24]
Te vidit inſons Cerberus [25] *aureo*
Cornu decorum [26], *leniter atterens*
Caudam [27], *& recedentis trilingui*
Ore pedes, tetigitque crura. [28]

20 Tu Thracum feminarum Bacchi ſacra celebrantium, comas viperis circumdatas *ſine fraude* i. e. peticulo ſervas, ſcil. ut non noceantur. Biſtonii, Biſtones ſunt Thraces ad Biſtonem lacum. Serpens in deſerto erectus, ſeu ante e virga prodiens hîc latet. 21 *Tu, Bacche, cum Jovis patris tui regnum invaderet in arduum* ſeu *altum ſcandens Gigantum ſacrilega manus* &c. *Gigantes* per Bacchum & Herculem profligati ſunt, inde Bacchus *Thriambos*, p. 89 n. 5 *Enacei*, Gigantes Cananitidos, per Moſen & Herculem pulſi, hic adumbrantur. V. p. 88 n. 19 & od. 13 h. l. 22 *Rhœcus* (Gigantis nomen, ut od. 4 l. 3) a Baccho in leonem mutato victus eſt. *Fortes* cum leonibus comparari ſolent ſacris & aliis ſcriptoribus. V. Boch. 1 Hieroz. l. 3 c. 5 n. 5. 23 Ab Anacr. Bacchus vocatur λυσίφρων, ἐφαμερίτις χορείας, eoque juvenis forma pingitur, p. 55 n. 3. Huet. Moſen vere cantuum cauſam docet præbuiſſe. 24 Ad utrumque, ad pacem & bellum paratus arbiter. Moſen vere fuiſſe intermedium illum ad pacem bellumve portandum internuntium, novimus. 25 *Inſons* non nocens. De *Cerbero* v. h. l. od. 13. Fictus eſt Bacchus ad inferos deſcendiſſe, ut Ariadnen matremve ſuam inde peteret. At Moſes 40 dies in nebuloſo monte moratus ſeque reddens videndum ſuis ceu ab inferis redux habitus eſt. 26 *Bacchus* cum aureis pingitur cornibus, ſub eo eſſe Moſen, capite cum e monte deſcenderet, radiantem (cum vox Hebr. *Karan*, qua id narratur & *ſplendorem*, & *cornu* notet) docuit primus, nî fallor, G. J. Voſſ. et eum intrepide ſecutus Bochart. Vix plus mirer in his evidentibus paralleliſmis, quam cum canis Baccho ſocius narratur, quod *Caleb* Moſis ſocius Hebr. *canem* ſonet. 27 Leni motu caudam agitans, ut canes dominis adulantes ſolent. 28 Ore trilingui tetigit pedes cruraque cum recederes ad ſuperos.

OD. XX. AD MÆCENATEM.

Lepidi sunt poëtæ, & vates falsi nunquam arguendi, cum in carmine aliquo famam nominis sui semper celebrem futuram scribunt, licet vel illud solum temporis edacitatem effugerit. Novimus verò incredibilem illum gloriæ æstum eosdem attentos animosos acutos & sublimes reddidisse ad summam nostrum admirationem.

Non usitata [1], *nec tenui* [2] *ferar*
Penna biformis [3] *per liquidum æthera*
Vates: neque in terris morabor
Longius, invidiaque major [4]
Urbes relinquam: non, ego pauperum
Sanguis parentum [5]*: non ego, quem vocas*
Dilecte, Mæcenas [6]*, obibo,*
Nec Stygia cohibebor [7] *unda.*
Jam jam residunt cruribus asperæ
Pelles [8]*, & album mutor in alitem*
Superna [9]*: nascunturque leves* [10]
Per digitos, humerosque plumæ.

Iam

1 Dicit se portatum iri ala non vulgari, ut qui Æolium carmen ad Italos modos primus deduxit. V. od. 30 l. 3. 2 Non languida, sed quæ longe ferat eum. Spes illa & cogitatio poëtæ necessaria est. V. c. 13 Longini, & sic renuntianda cantilena λαδὶ βιώσας. 3 Homo & ales. Homo in cycnum transformatus. 4 Laus hæc summa est. Invidiam vincere, est Solis instar elevari in altum, ut ne umbra quidem apparere possit, seu omnes infinitum superare. L. 4 od. 3 *Et jam dente minus mordeor invido.* 5 Avus Horatii libertus, pater *coactor*, vel salsamentarius fuit. 6 Sic dilectus fuit Mæcenati, ut Augustum suprema voce rogaret, *Horatii, ut nostri memor esto.* 7 Ovid. de se; *perque omnia secula fama, Si quid habent veri vatum præsagia, vivam.* 8 jam carne mutata pelles cycneæ cruribus meis hærescunt. 9 Quod ad partem superiorem attinet, in cycnum transformor. Hoc a Pythagora, qui ait poëtarum animas in canoras aves, (ut Orphei, Thamyræ apud Plat. 10 rep.) & vicissim migrare. Inde boni poëtæ, ut Pind. & ipse, cycni, qui & Apollini consecrati sunt, mali anseres vocantur. Ecl. 9 *Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos interstrepere anser olores.* Fuit enim poëta Romæ Anser dictus, qui Antonii laudes scribebat, Servius ibi. 10 *Leves*, politi, λεῖοι.

Iam Dædaleo ocyor Icaro [11]
Visam gementis littora Bospori [12],
Syrtesque Getulas canorus
Ales [13], *Hyperboreosque campos.* [14]
Me Colchus [15], *& qui dissimulat metum* [16]
Marsæ cohortis [17], *Dacus* [18], *& ultimi*
Noscent Geloni [19]: *me peritus*
Discet Iber [20], *Rhodanique potor.* [21]
Absint inani funere næniæ [22],
Luctusque turpes [23], *& querimoniæ:*
Compesce clamorem, ac sepulchri
Mitte supervacuos honores. [24]

I 5 Q. HOR.

11 *Icarus* erat filius Dædali, v. p. 12. n. 32. 12 *Thraces* me quoque noscent. *Bosphorus gemens*, undis in angustiis ejus agitatis: Alibi *insanientem* vocat. 13 Jam cycnus factus in Libya quoque celebrabor. *Cycnus* olim creditus morti proximus suavissime canere, forte ob præclaram & suspiciendam in eo arteriæ asperæ structuram: vel ab Ægyptiis manavit, qui Musicæ hieroglyphicum fecere. 14 *Hyperborei campi*, seu *Boreales* lyram meam audient. 15 Asiæ populus ad oram Euxini maris orientalem. Hod. regio vocatur *Mangrelia*. 16 Periphrasis Parthorum. Od. 13 h. l. 17 Optimi Rom peditatus. p. 8 n. 31. 18 V. p. 69. n. 9. 19 *Scythæ*, p. 106 n. 20. 20 *Iberi* (Hispani) sic dicti Hebr. a transitu, & quod est ulterius. Bochart. Phal. 3. 7. Cur peritos ait? An literarum? Hactenus de Cordubensibus poëtis pingue quiddam sonantibus lego, sed de peritia alia, quam Romanarum rerum, quia in Hispania castra diu Romani habuerunt, (unde tot ibi urbes nomine *Castro* etiamnum incipiunt) eoque colonias deduxerunt, nihil. 21 Pro Gallis. Ita Hom. Α μέροπιον πίνοντες ὕδωρ Θείκ ποταμοῖο Ἐμμεδινήντοιο. *Rhodani* a posteris Javan *Rhodanim* i. e. Arabice *flavi*, *crocei* dicti videntur. Virg. 8 de Gallis, *Aurea cæsaries ollis*. Boch ibid c. 6. 22 *Inane funus* ait, cum in cycnum jamjam mutabitur, & quod de Ennio est, *Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletu Faxit. Cur? volito cuncta per ora virûm*, sibi maxime competat. *De næniis* V. p. 82 n. 28. 23 Nam, *Vivit, qua voluit vivere parte magis*, ut est epitaph. Salonini apud Mart. 6. 18. 24 Mæcenatem prius mortuum, od. 17 h. l. docui. Epicuri sequitur præceptum; ἀδεισφόρητον φρονεῖν. Certe malos versus deprecatus optimus poëta, meliori jure quam Passeratium feciisse refert Zeiler. l. 1 epist. 94. De vetitis omnis luctus signis a Lud. Cortusio v. Camer. med. hist. l. 1 c. 12.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Q. HOR. FLACCI
CARM. LIB. III.
ODE I.

Hac eleganti oda (ut in tertio quartoque libro elegantiores cæteris videas) docet veram felicitatem sitam non esse in honoribus aut divitiis.

O di profanum vulgus, & arceo. [1]
Favete linguis [2]*: carmina non prius*
Audita [3]*, Musarum sacerdos* [4]*,*
Virginibus, puerisque canto. [5]
Regum timendorum [6] in proprios greges, [7]

Re-

1 Eumolpus ille Petron. sincere & prudenter de antiquis; *Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate; & sumendæ voces a plebe summotæ, ut stat, Odi profanum vulgus, & arceo.* In cultu deorum publico Græcorum vox erat, ἐκὰς ἔστε βέβηλοι, εὐφημεῖτε, Virg. *procul este profani*, non initiati, ineptique aspicere ad elegantiam veritatemque præceptorum, quibus in 2 his lib. abundat, meritoque Musarum se sacerdotem dicit. 2 Id est Græcorum εὐφημεῖν, quod proprie *bona verba fari*, tum & *silere*, quod in sacris gentium palmarium erat. Cic. 1 divin. *Neque solum deorum voces Pythagorei observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ majores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis; Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esse præfabantur. Rebusque divinis quæ publice fierent, ut faverent linguis, imperabatur.* Festus, *Faventia bonam ominationem significat: nam præcones clamantes populum sacrificiis favere jubebant: favere enim est bona fari: at veteres poëtæ pro silere usi sunt favere.* V. p. 35 n. 5. 3 Sæpe Lyrico carmine a nemine Latinorum hactenus facto gloriatur. Forte ad seculare carmen, multæ perfectionis & admirationis opus, respicit. 4 Improprie bonus poëta Musarum & Apollinis sacerdos est. Templa tamen, aras, & sacrificia Camænas habuisse, V. in Donati Roma l. 3 c. 13. 5 Uti quorum animus insolens malarum artium recti cultum admittit. *Virgines lectas puerosque castos* in Sec. carm. & alibi vult. Flos enim ætatis diis maxime placere creditus. Et notandum angelos sæpe in S. S. Literis occurrere ut juvenes. 6 Priores 4 versus præfationis loco esse posfint. Ostensurus felicitatem hominis in honoribus non esse sitam, *humanos Joves*, ut Plautus reges vocat, prius recenset; & licet Cæsaris verba ex orat. funebri super amita defuncta forte in mente jam habuit, quæ sunt in c. 6 Suet. in Cæs. plus tamen ex Cæs. historia meminerit, regis nomen non solum invisum, sed & ominosum nimis fuisse, quam ut Augusto hic placere adeo studuerit. Deum eum potius & omnia quam regem vocant poëtæ. 7 *Greges* cum relatione ad pastores, quales

REGES in ipſos imperium eſt Jovis,
Clari Giganteo triumpho [8],
Cuncta ſupercilio moventis. [9]
Eſt ut viro vir latius ordinet
Arbuſta ſulcis [10]: hic generoſior [11]
Deſcendat in campum petitor [12]:
Moribus hic, meliorque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit major. [13] ÆQUA lege neceſſitas
Sortitur [14] inſignes, & imos.
Omne capax movet urna nomen. [15]
Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Cervice pendet [16], non Siculæ dapes [17]
Dulcem elaborabunt ſaporem:
Non avium, citharæque cantus

Som-

olim reges erant & vocantur, ut noto ad orat. pro rege Deiotaro c. 9. 8 Cum Gigantes debellavit. V. od. 12 l. 2 & de *triumphis* p. 98 n. 5. 9 Jovem nutu ſuo ipſa quoque ſidera concutere, & tempeſtates inducere ex Hom. & omnibus notum, eoque & numen pro nutu & contra uſurpatur. V. & p. 97 n. 17. 10 Nunc in opibus felicitatem non jacere monſtrat. *Eſt*, Græci ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπως *fieri poteſt*. 11 Genere nobilior, vel animoſior. 12 *Campus* Martius, ubi ſuffragia dabat populus, demiſſior erat urbe collibus inædificata. *Candidatos* ſeu officipetas in edito colle ſpectandos ſe præbuiſſe, neſcio unde De Prez habeat, certe non ex Alex. ab Alex. l. 4 c. 3 quem tamen advocat. 13 Clientes cives patronis ſuffragia dabant. V. p. 130 n. 6. 14 *Neceſſitas* hîc quaſi cum urna pingitur, unde ſortes extrahit: uti cum clavis trabalibus, cuneis, uncis, liquidoque plumbo Odâ 35 l. 1. 15 P. 88 n. 23. 16 Dionyſius Siciliæ tyrannus Damocli aſſentatori & admiratori felicitatis ſuæ volens oſtendere qualis regum ſit vita, invitavit eum ad conquiſitiſſimas epulas; at ſimul gladium e lacunari ſera equina ſuſpendi juſſit, & impendere illius beati cervicibus. Hiç vero nec pompam, nec dapes, nec pueros aſpiciebat. Jam ipſæ defluebant coronæ. Denique exoravit tyrannum, ut ſibi abire liceret, quod jam beatus eſſe nollet. Cic. hæc pluribus narrat 5 Tuſc. n. 61. De Dionyſio Horatium intellige loqui (cum de *impia cervice* loquatur) & de tyrannis. 17 Lautitiæ & menſæ Siculorum in proverbium abiere. Lucian. dial. Sim. & Polyſtr. δεῖπνα τὰ ἐν Σικελίᾳ. Athen. l. 12 διαβόητοι δὲ εἰσιν ἐπὶ τρυφῇ καὶ αὐτῶν Σικελῶν τραπέζαι. Plato in epiſt. quadam vitam Sicu-

Somnum reducent, somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit [18], umbrosamque ripam,
Non zephyris agitata Tempe. [19]
DESIDERANTEM quod satis est [20], neque
Tumultuosum [21] sollicitat mare [22],
Nec sævus Arcturi cadentis
Impetus [23], aut orientis Hœdi [24],
Non verberatæ grandine vineæ [25],
Fundusque mendax [26], arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas. [27]
Contracta pisces æquora sentiunt

Jactis

lam Italicamque in deliciis placuisse sibi negat. Aristot. in polit. narrat Dionysium jun. ad nonagesimum usque diem ebrium perseverasse. 18 Somnus Astreæ seu Justitiæ filius dictus est, quod justi & integri viri placidissime dormiunt. 19 Valles amœnæ Thessaliæ, Peneo irrigata flumine, Ossa, Pelio, & Olympo montibus cinctæ, pro quibusvis amœnis locis. *Zephyrus* qu. ζωηφόρος *vitam ferens*, Vondelio vertente od. 4 l. 1 *Wekleven*. 20 Mediocritas Horatio placet infinitis in locis. Od. 16 dicet, *Bene est cui deus obtulit Parca quod satis est manu*. Ita Epic. apud Laërt. l. x, Αὐτάρκειαν ἀγαθὸν μέγα. perinde ut Apost. πορισμὸν μέγαν vocat. Ita & Jovi olera & humilia sic placuere, ut domum hospitum suorum in templum verterit. V. Ovid. met. 8 f. 7. Pag. 107 n. 3 supra. 21 *Per Ægæos tumultus*, infra. *Tumultus* proprie de seditione, motu civili. 22 Inquietum reddit. 23 Arcturus seu Arctophylax (quia Ursam sequitur & quasi custodit) occidens magnas ciet tempestates, Scil. Octobri ineunte Plaut. Prol. Rud. *Namque Arcturus signum omnium sum acerrimum: Vehemens sum exoriens; cum occido, vehementior*. 24 *Hædi* pro *Hædorum*. Duæ sunt stellæ in sinistra manu Erichtonii, seu Aurigæ, quibus in fine Septemb. orientibus sævit mare, unde Virg. *Pluviales* dicit. 25 *Sollicitant* scil. A Grandine est fundi calamitas. 26 Spem agricolæ fallens & fraudans. Epist. ad Mæcen. *Spem mentita sedes*, Petron. *fundos mendaces* dicit. Aspergunt huc Galli locum e Psalmo 33 *mendax est equus ad salutem*? At quanto melior locus ex Habaccuci Proph. c. 3 v. 17 *Quamvis ficus non effloresceret, & nullus esset proventus in vitibus, mentiretur opus olivæ, & agrorum nullus ederet cibum, abscinderet hostis ab ovili gregem, & nullum esset armentum in bubilibus; ego tamen in Jehova exultabo, gestiam in deo salutis meæ*. 27 Arbor sterilitatis causam rejicit in *aquas*, imbresque nimios, unde vigor ejus mergitur; in *Side-*

Jactis in altum molibus,[28] huc frequens [29]
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis [30], dominusque terræ
Fastidiosus. [31] Sed timor & minæ
Scandunt eodem, quo dominus [32]: neque
Decedit ærata triremi [33], &
Post equitem sedet [34] atra cura [35].
Quod si dolentem [36] nec Phrygius lapis [37].

Nec

va torrentia agros, ἀσρογλυσμόν, seu æstus immodicos, qui eam exsiccant; & *hyemes iniquas*, longasque nimis. Personarum affectiones vocemque arboribus terræque ascribi sacris profanisque scriptoribus notum est. Tib. ad Messalam l. 1 *Te propter nullos tellus tua postulat imbres Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.* Eo autem spectabant *Ambarvalia*, cum siccitate agris laborantibus circum agros supplicationes obibant Athenienses, clamitantes, *Plue, plue o Jupiter in arvum & campos Athenienſium.* 28 Tam parum contente vivitur in solo patentissimo ut & pisces salo cedere cogantur. Petron. de insanis ædificationibus Romanorum Plutonem queri facit, *Expelluntur aquæ saxis, mare nascitur arvis, Et permutata rerum statione rebellant. En etiam mea regna petunt: perfossa debiscit Mollius insanis tellus Jam montibus haustis Antra gemunt: & dum varios lapis invenit usus Inferni manes cœlum sperare jubentur.* 29 Ita v. c. Cic. ait in uno Clodii fundo plus mille hominum laborasse. 30 *Cæmentum* est materies e rudi saxo lapidumque cæsorum fragmentis, ut molibus injectis fundamentum exstruatur. *Redemptor* ἐργολάβος, *een aennemer.* 31 Cui vulgare nimis in terra ædificare. 32 Sollicitudines sequuntur sive terra, sive mari ædificet, sive naves & triremes, sive equum inscendat V. 1 od. 16 h. l. 33 Loquitur de navibus divitum voluptariis triremibus. Epist. 1 *Locuples quem ducit priva triemis.* Tres ordines in iis erant, tria tabulata, quorum imi remiges θαλαμῖται, medii ζευγῖται, & supremi θρανῖται, dicebantur. Virg. *triplici consurgunt ordine remi.* Et ant. scriptor Tacticus, *ordines erant*, inquit, κατὰ τὸ ὕψος ἐπ' ἀλλήλοις *unus super alium in altum.* Scheff mil. nav. l. 2 c. 3. 34 *In 14 gradibus primis vel proximis equitum sedes in theatro*, ait Pithœus in thes. crit. p. 2. c. 17, *eoque respicit Hor. cum dixit, Post equitem sedet atra cura.* Acute quidem, at parum vere. Od. 16 h. l. *Cura Nec turmas equitum relinquit.* 35 Faber cum majuscula scribit, *Cura*, cum monstrum feramve eam faciat. V. & od. 16 l. 2 *Curas laqueata circum Tecta volantes.* Ita & Virgil. 6 Æn. v. 274. Ita & Otto Venius in emblematis Horatianis illis *Curas* depinxit 36 Animo aut corpore ægrum. 37 Marmor Phrygium candidum rubrisque, inspersum maculis, quod longe a mari situm multo sumtu Romam vectabatur ad columnas inde exstruendas. Tib. l. 3 el. 3. *Quidve domus prodest Phrygiis subnixa columnis.*

Nec purpurarum ſidere clarior
Delenit uſus, nec Falerna
Vitis, Achæmeniumque coſtum [38]:
Cur invidendis poſtibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Divitias operoſiores? [39]

38 *Coſtum Achæmenium* unguentum e pretioſo frutice Perſico, de cujus radice, facultate, generibus herbarii certant. V. od. 12 h. l. 39 Quid laborioſas ſemperque luctantes cum ſuis incommodis opes quæram præ prædio Sabino? *Tῦ permuto* hypallage v. p. 40 n. 2 Et p. 107. n. 3 de morali gentium philoſophia.

OD. II.

Barth. in adverſ. refert inſcriptionem cod. MS. in Baſil. biblioth, cui titulus, *de inſtitutione puerorum*; quæ, ſi vera ſit, tribus comprehenditur capitibus: 1 Ad bellum commendat valorem, eſtque 16 verſuum. 2 Ad pacem *virtutem*, 8 verſ. ſeqquent. 3 Ad religionem *ſilentium*, uſque ad finem.

Angustam, amici, pauperiem [1] *pati*
Robuſtus acri militia puer [2]
Condiſcat, & Parthos feroces [3]
Vexet eques [4] *metuendus haſta;*
Vitamque ſub dio, & trepidis agat
In rebus [5]*: illum ex mœnibus hoſticis*
Matrona bellantis tyranni

Pro-

1 Barth. ex cod. ait legiſſe, *amice*, adverbialiter. *Pauperies, paupertas, illa bonæ mentis ſoror*, ait Petron. idem notant. Iuris conſulti tamen *pauperiem* vocant *damnum a quadrupede datum*. 2 *Quum jam robuſtus eſt*, ait Phorphyr. Plato νεωτέρας, παιδία ad militiam conſuefieri & ſanguinis uti catulis guſtum præberi vult, & Virg. a primis annis grave Martis onus tolerari. Nam, *quod male fers, aſſueſce, feres bene.* 3 Ergo hæc ode facta eſt dum Auguſtus Parthis pacem nondum dederat. 4 Equitem vult adoleſcentem; an quod contra Parthos ita neceſſe eſſet? Sed Platonem imitatur qui *ἱππικὴν* incendi eos vult, equiſque impoſitos ad bellum ſpectandum duci, 5 de rep. p. 467 edit. Steph. 5 Inter belli tumultus & clamores ad arma, ad

Prospiciens [6], *& adulta virgo* [7]
Suspiret, eheu, ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cædes [8].
DULCE & decorum est pro patria mori [9].
Mors & fugacem persequitur virum [10],
Nec parcit imbellis juventę
Poplitibus, timidoque tergo [11].
VIRTUS, repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis aurę [12].

Vir-

arma versetur ut fiat intrepidus. 6 Sub oculis matronarum virginumque spectantium de mœnibus hostium (ut Helena & Phrygiæ matronæ e mœnibus Trojæ castra Græcorum spectabant) repræsentat pubem Romanam pugnaturam, novitque sic optime animari illam posse: adeo ut antiquorum nescio quis dixerit *cohortem amantum invictam fore*, quali fere Mezeræus sub Henr. 3 anno 1575 narrat ad miraculum usque stipatam fuisse nobilem pulchramque matronam Magdalenam de Seneterre. 7 *Virgo* & pro nova nupta od. 29 l. 1 noto. At non est necesse. Οἰκουρία Græcarum, & vita Virginum a publico remota non vetant in vallum prodire gravi belli tempore. 8 Hi 4 versus a matronis e mœnibus spectantibus proferuntur, quæ *suspirantes sponsis* suis regiis (splendidis) bellique inexpertis timent a leone intractabili sævoque, i. e. a Romanis. 9 Eoque & patria intelligit eos *qui pro rep. cecidérunt in perpetuum per gloriam vivere*, ut Justinian. imp ait princ. Instit. De excus. tut. Nam ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον μνῆμα καταλείπουσιν *pro mortali corpore immortale sui monumentum relinquunt.* Diod. Sic. l. 15. 10 Muret. var. lect. l. 4 c. 9 & scholiis in Hor. docet primum versum e Tyrteo claudo illo Lacedæmoniorum duce & Poëta, qui *mares animos & mascula bella Versibus exacuit*, alterum e Simonide ad verbum expressum esse. 11 Anacreon epigr. 1, quod est epitaphium in Timocriti bello cæsi laudem, ait, *Mortem non parcere bonis sed malis.* Pœnas fugientium tradit Alex. ab Al. l. 2 c. 13. 12 Secunda odes pars suadet virtutem, quæ vim suam & imperium (quod per *secures* metaphorice expressit) non submittit pecuniæ aut principum vulgivę odio aut minis aut applausui, se ipsa unice contenta, sequiturque puerorum næniam seu cantilenam, *quæ regnum re e facientibus offert*, ut ait epist. 1. Horatius poëtas Græcos imitatus ut sublimius reddere solet sententias eorum, ita & hic Euripidis versus eum expressisse no-

Virtus, recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via [13]:
Cœtusque vulgares [14], & udam
Spernit humum fugiente penna [15].
Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces [16]. *Vetabo, qui Cereris ſacrum*
Vulgarit arcanæ, ſub iſdem
Sit trabibus [17], fragilemque mecum
Solvat faſelum [18]. Sæpe Dieſpiter

Ne-

tat f. Nic. Loenſis epiphyll. l. 3 c. 14. Quanquam ego eos conſiderans, & ſi Euripides natus non fuiſſet, Horatium eadem ſciviſſe ſciam. Claud. in conſ. Mallii ergo Hor. expreſſit cum canit, *Ipſa quidem virtus pretium ſibi ſolaque late Fortunæ ſecura nitet, neque faſcibus ullis Erigitur plauſuve petit clareſcere vulgi &c.* 13 *Negata viâ* ad cœlum tendit, quo nemini advolare conceſſum unquam fuit Sup. *pennis non homini datis.* 14 Continuatio alluſionis ad electionem magiſtratuum, ad quam populus coïbat in campo Martio. 15 Sublimi animo *humum udam*, ſeu *cœnoſam* i. e. cupiditates ſordidas, quibus ceu luto homines inhærent, niſi inſolita quadam virturis vi inde extricentur, relinquit. 16 Tertia odes pars religionem cultumque deorum, & per Syneed. Spec. pro Gen. in ſacris Eleuſinæ Cereris ſilentium præcipit, eique etiam præmium ſtatum eſſe ait, ut v. 13 virtuti militari, & v. 21 virtuti civili ſeu politicæ. *Silentium* hic eſt μυστηριῶδες illud, de quo *Plut. de garrulit.* Sup. p. 117 n. 26 Alii de diis tutelaribus caſtrorum urbisve obſeſſæ non vulgandis, ne evocari ab hoſtibus poſſent pollicitationibus, hæc intelligunt, eoque de virtute militari; aſperguntque e Serv. in f. 1 Georg. tribunum in crucem actum, quod urbis numen, quod nefas erat nominari, enunciaſſet. Sed præter oleas quod ajunt, vagantur. Ritum tamen hunc plenius dicet tibi Macrob. Saturn. l. 3 c. 9. 17 Non morabor cum eo ſub eodem tecto, qui tam rimarum plenus eſt, ut & Cereris ſacra evulgarit. Cereris ſacra Eleuſinia, noctu facibus accenſis celebrari ſolita, nulla re magis quam ſilentio conſtabant, eoque ἄῤῥητα dicta. Prov. *Attici Eleuſinia*, ſcil. inter ſe ſervant. Repræſentabatur Ceres raptam a Plutone filiam Proſerpinam anxia quærens. Erant ſacra illa vel minora Proſerpinæ, (& his præpurgati μύσται dicebantur) vel majora Cereris, hisque initiati ἐπόπται erant, neque tamen & his omnia ſimul oſtendebantur, hinc adag. *Eleuſis ſervat, quod oſtendat reviſentibus* V. Pfeiff. ant. Græc. l. 1 c. 43. 18 Cum improbo nec terra nec mari ero. *Phaſelus* (unde ut vulgo loquuntur *vaſſellus*) velox & oblonga navis inſtar leguminis quem phaſelum vocant, ſive illi dederit, ſive potius nomen acceperit a navigio. Prora ejus longe & oblique ſupra aquam porrecta. Jam 15 ſeculis triremes conſtrui deſierunt, vixque alia

Neglectus, inceſto addidit integrum [19].
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſerunt pede Pœna claudo [20].

in mediterraneo mari comparent naves præter liburnicas & phaſelos. V. p. 76. n. 18. 19 Rationem dat cur terra marive eſſe nolit cum irreligioſo; quia Iupiter ſæpe caſtos & integros cum inceſtuoſis & impuris punit. V. Heſ. E. 238 *Sæpe tota civitas ob malum virum punitur.* Idem, ait Schrevel. eſt in Eccleſiaſte. At *de civitate per unum ſalva*, eoque contrarium reperi c. 9 v. 14. De Prez Iſraëlem & Judam, ob regem puniri, hîc notat ex 2 Reg. c. 21, oblitus regis exemplo & ipſos nocentes factos; & juſtos cum injuſtis non deleri, ut eſt c. 18 Geneſ. 20 *Pœna* claudo tardoque pede incedens (dii enim laneos habent pedes) raro patitur ſceleſtum effugere, aſſequiturque eum. *Pœna* cum majuſcula P, eſt Δίκη, Nemeſis, quam Melitenſes Paulum inſequi credebant, conſpecta e ſarmentis vipera manui ejus illigata. Deo hîc non puniente improbos, ſignum eſt alii eos judicio reſervari, ut Auguſtin. de C. D. docet.

ODE III.

Tan. Faber l. 2 ep. 43 hanc odem explicuit (& cum eo Dacier & De Prez) ex Suet. in Jul. c. 79 *Quin etiam valida fama percrebuit* (Cæſarem) *migraturum Alexandriam vel Ilium translatis ſimul opibus imperii, exhauſtaque delectibus Italia:* Et doctus Suetonii commentator Pitiſcus addit Strab. l. 13, quod cognationem Cæſar quoque renovavit cum Ilienſibus, illiſque agrum attribuit, & libertatem operarumque publicarum immunitatem ſervavit. Idem, ajunt, ne moliretur Auguſtus Julii heres, neve in ſumma ſua felicitate Ilium reſtauraret, quando forte timerent, ſingulari arte Hor. Iuvenis iram minaſque in Trojam & Trojanos repræſentat. Credo Romanos tranſlationem ſedis imperii odio habuiſſe, eoque & Antonium hoſtem declaratum. At Auguſtum rem tam odioſam, tantique momenti voluiſſe nec credibile, nec ejus quicquam legitur. Quin notant hiſt. univ. ſcriptores Auguſtum caput rerum Romam mox petiiſſe & tenuiſſe, fineſque imperii multo milite fuiſſe tutatum; prudentius quam Conſtant. M.

Juſtum & tenacem propoſiti virum [1]
Non civium ardor prava jubentium [2],

1 Iuſtitia & Conſtantia germanæ ſorores dici poſſint. Utraque inſignis fuit Cato ille Cenſorius. Iuris conſulti definiunt Iuſtitiam, quod ſit conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi. 2 *Jubere* populi eſt, Trib. pl. erat rogare, *Velitis, jubeatis, Qui-*

Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida [3]: neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ [4],
Nec fulminantis magna Jovis manus [5].
Si fractus illabatur orbis [6],
Impavidum [7] ferient ruinæ [8].
Hac arte Pollux [9], *& vagus Hercules* [10]
Innixus, arces attigit igneas [11]:
Quos inter Auguſtus recumbens [12]
Purpureo [13] *bibit ore nectar.*
Hac te merentem, Bacche pater, tuæ
Vexere tigres [14], *indocili jugum*
Collo trahentes [15]: *hac Quirinus*
Martis equis Acheronta fugit [16]:
Gratum elocuta conſiliantibus

Iuno-

vites? Populus reſpondebat, *Volumus, jubemuſque.* 3 Q. Scævola exemplum hîc eſto, qui nullis minis a Sylla compelli potuit, ut Marium, a quo urbs & Italia conſervata erat, hoſtem judicaret. Val Max. l. 3. c 8 4 *Auſter Notus arbiter Adriæ*, l. 1 od 3. 5 *Manus* ſacris profaniſque ſcriptoribus pro vi. Hinc *manubiæ* ſunt jactus fulminum. 6 Vulgo perſuaſum fuit veteribus mundum ab æterno fuiſſe, neque venturum tempus quo ſolveretur hæc moles, quæ & Ariſt. fuit opinio. Ter. Heaut. 4. 2. *Quid ſi redeo ad illos, qui ajunt, quid ſi nunc cælum ruat.* Ita Scythæ (De Prez Celtas vocat, quam recte videat ipſe) ad Alexandrum nihil ſe timere ajunt, *niſi ne cælum ruat*, & hoc cum contemtu. Anaxagoras *cælum omne ex lapidibus eſſe compoſitum ac vehementi circuitu conſtare, alias remiſſione lapſurum*, docuit. 7 Stoïce. 8 Ferient; leve nimis verbum, tantiſque ruinis minus conveniens videtur Dacierio. Sed hoc judicium tanto levius eſt ac iniquius. 9 Iuſtitia & conſtantia heroës, quos mox dicit, immortales divinique facti ſunt. 10 Qui multas peragravit terras. 11 In cœlum tranſlatus eſt. 12 Od. 5 l. 4 & aliunde patet Auguſtum ut deum cultum, ejuſque Romanis mentionem fuiſſe ut in Græcia Caſtoris & Herculis. Ita Curt. de Alexandri adulatoribus, *His tum cælum illi aperiebant, Herculemque & patrem Liberum, & cum Polluce Caſtorem novo numini ceſſuros eſſe jactabant.* 13 Alludit ad ſtatuas deorum rubras. V. p. 109. n. 9. 14 Bacchi currui tigres, lyncas, vel pantheras, jungunt vett. 15 Tigres indociles. Non utique ſub Bacchо. 16 Quirinus ſeu Romulus Martis equis in cælum abiit. Barth.

Junone Divis[17]*: Ilion, Ilion*[18]
Fatalis[19]*, inceſtuſque judex*[20]*,*
Et mulier peregrina vertit
In pulverem[21]*, ex quo deſtituit Deos*
Mercede pacta Laomedon[22]*, mihi,*
Caſtæque damnatum Minervæ[23]
Cum populo & duce fraudulento[24].
Jam nec Lacænæ ſplendet adulteræ
Famoſus hoſpes[25]*, nec Priami domus*
Perjura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit[26]*:*
Noſtriſque ductum ſeditionibus
Bellum reſedit[27]*: potius & graves*

advers. l. 39 l. 9 e vetuſtiſſ. c. leg. *Patris*, Sed non eſt quòd de una literula tam ſerio triumphet, nam *Mars* Romuli pater eſt, & l. 42 c. 4 pro vulg. lect. eſt oblitus ſui. 17 Juno deliberantibus diis de Romulo in cœlum recipiendo elocuta eſt, quæ huic grata eſſent. Hor. ſumma arte, Romuli meminit in deos aſcripti, modo ne Troja reſtauraretur. Id enim hic agi certum eſt. 18 Sequitur Iunonis (more ſuo commotioris) in deorum concilio oratio. 19 Lethifer, mortalis. Virg. 12 *Telum Æneas fatale coruſcat.* 20 Paris inceſtus judex, vel quod Menelai & Priami domus conjunctæ eſſent; vel quod ob adulterium cum Helena ſecundum Venerem contra Iunonem & Minervam judicaſſet. 21 Helena. Hîc *mulier*, per contemtum. Ita *mulier es, audacter juras.* 22 *Ex quo* ſcil. *tempore*, licet diu poſt Ilion in pulverem verſum ſit. Ita Lat. Τὸ *ex quo* utuntur, ut ad primam cauſam referant, licet ultimos eventus: Laomedon jam prima cauſa exitii, & a Iove ſanciti, eſſe cæpit, cum Trojæ muros ædificans Neptuni & Apollinis opera uſus hos mercede pacta defraudavit: Vere, quod horum e templis ad opus perficiendum theſauros ſumſerit, nec pro ſacramento præſtito repoſuerit. 23 Addictum, traditumque ut in jure noſtro debitor non ſolvendo creditori ſuo addicitur. 24 Ita Anacr. in f. od. 56 eos per ξένους καὶ δόλιους ἀνῆρας designat. 25 Iam Paris hoſpes ille famoſus ſeu infamis non ſplendet ſeu nitet in oculis Helenæ adulteræ. Ita od. 16 l. 2 *ſplendet in menſa tenui ſalinum.* V. & od. 15 l. 1. 26 Trojani Græcis non reſiſtunt cum Hectore ſuo, de quo P. 69. n. 14. *Opes* pro auxilio Virg. *Auxilio lætos dimittam opibuſque juvabo.* 27 Bellum Trojanum reſedit ſeu quievit ſeditione deorum 10 fere annos, dum pro Troja ſtaret Apollo, Mars, Diana, Latona, Venus, pro Græcis Neptunus, Mer-

Iras, & invisum nepotem,
Troïca quem peperit sacerdos,
Marti redonabo 28 *: illum ego lucidas*
Inire sedes, ducere nectaris
Succos 29, *& adscribi quietis*
Ordinibus patiar Deorum 30.
Dum longus inter saeviat Ilion,
Romamque Pontus 31 *: qualibet exules*
In parte regnanto beati 32 *:*
Dum Priami, Paridisque busto
Insultet armentum, & catulos ferae
Celent inultae 33*: stet Capitolium*
Fulgens, triumphatisque possit
Roma ferox dare jura Medis 34.
Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras 34 *: qua medius liquor*
Secernit Europen ab Afro 35,

Qua

curius, Vulcanus, Juno, Minerva. Jupiter apud Virg. 10 in cœtu deorum queritur, *Nec vestrae capit discordia finem.* 28 Deinceps *condonabo* priores inimicitas, Martique dabo ut in cœlum admittatur ejus filius Romulus meus *nepos invisus*, quod e stirpe Trojana sit, matre Scil. Ilia seu Rhea Numitoris filia, sacerdote Vestæ. Quin Jupiter de Junone prædicit, quod *Consilia in melius referet; mecumque fovebit Romanos rerum dominos gentemque togatam*, Æn. 1 v. 284. 29 In cœlo nectare & ambrosia vivitur. Tot diis inde bibentibus & caritas potus orta est, jactusque minorum deorum debuit fieri, ut est apud Lucian. 30 Epicurus omne negotium diis adimit, eoque felices ait. V. p. 67 n. 3. Melius Boëth. metro 9 *Qui tempus ab ævo ire jubes, stabilisque manens das cuncta moveri.* 31 Romulum in cœlis recipit hac lege, ut Romam inter & Ilium, mare sit semper agitatum, ut nec commercium intercedere possit. 32 Exules vocat Romanos. Ita, Trojani horum majores noti sunt, eorumque dux Æneas *fato profugus* apud Virg. 33 Vide mihi mulieris iram in pulverem ipsum sævientis, & quidvis a Rom. ferentis, modo ne reponant ilium ejusque terra armentis gramen, & feris lustra tantum præbeat. 34 Parthis tum forte Augusto subjiciendis. 34 Sit dea terrarum gentiumque Roma. *Horror* enim sacris, magnisque conveniens verbum est. 35 Gaditanum fretum intelligit, inde enim incipit Europa discerni a Libya

Qua tumidus rigat arva Nilus 36 :
Aurum irrepertum, & sic melius situm,
Cum terra celat, spernere fortior 37,
Quam cogere humanos in usus 38,
Omne sacrum rapiente dextra 39.
Quicumque mundo terminus obstitit,
Hunc tangat armis, visere gestiens
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulæ, pluviique rores 40.
Sed bellicosis fata 41 *Quiritibus*
Hac lege dico: ne nimium pii 42,
Rebusque fidentes avitæ
Tecta velint reparare Trojæ 43.
Trojæ renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur 44,
Ducente victrices catervas
Conjuge me Jovis, & sorore 45.

seu Africa. 36 Per Africam, Æthiopiam, Ægyptum. Ita est. Romani eo usque victricia arma protulere. Veridica ergo Iuno est, sed in ore poëtarum, & per inversam, ut vocant, prophetiam, a theatris hodie jure explosam. 37 Roma fortior spernendo aurum quod e fodinis nondum erutum est, eoque non est irritamentum ad mala. *Natura* enim *pedibus aurum argentumque subjecit, calcandumque ac premendum dedit*, ut ait Sen. De Roman. paupertate v. od. 12 l. 1. 38 Quanta vi ac labore aurum e venis eruitur, & ad usum colliditur? 39 Aurum avaris sacerrimum est. Hoc oculis affulgente, Dionysius Jovi aureum detrahit amiculum, uri æstate gravius, hyeme frigidius; & Romanis, hoc tempore *Si qua foret tellus, quæ fulvum mitteret aurum, Hostis erat.* 40 Porro victorias Roma proferat ad zonam torridam, ubi debacchantur ignes, sævitque æstus, seu ad 2 polos, ubi nebulæ, & pluvii rores seu imbres. Ita Græcis δρόσος, ὄμβρος pro aquis usurpantur. Ita & *imber* pro aqua maris. Virg. *accipiunt inimicum imbrem.* 41 *Fatum* quod de unoquoque fatus est deus. 42 In reparanda majorum sede Troja. 43 Troja hoc tempore reædificata erat, sed ut antiquo reddatur splendori, Juno non patitur. V. Argum. 44 Od. 15 l. 1 *Mala avi*, auspiciis malis. 45 Virg. 1 Æn. *Ast ego quæ divum incedo regina, Jovisque & soror & conjux. Jupiter Physicis æther, id est ignis, Iuno vero aër. Et quia tenuitate hæc elementa pa-*

Ter ſi reſurgat murus aheneus 46
Auctore Phœbo 47, *ter pereat meis*
Exciſus Argivis 48: *ter uxor*
Capta virum puerosque ploret 49.
Non hæc jocoſæ conveniunt lyræ:
Quo Muſa tendis? deſine pervicax,
Referre ſermones Deorum, &
Magna modis tenuare parvis 50.

via ſunt, dixerunt eſſe germana. Et quia Iuno, i. e. aer, igni ſubjectus eſt, jure ſuperpoſito elemento mariti nomen inditum. Serv. ibi. 46 Troja 1 ab Hercule, 2 ab Agamemnone, 3 a Charidemo Athenienſi, 4 a Fimbria deleta eſt. *Æris* vox antiquis Græcis & Latinis pro ferro ſumitur. 47 *Auctore* vel *ductore*. Utraque lectio bona eſt. Apollinem Trojanis faviſſe, muroſque primum cum Neptuno duxiſſe ſeu ædificaſſe, notum eſt. 48 Argi & Græci Junoni chari: urbes enim Argos, Sparta, Mycenæ ei ſacratæ erant, v. od. 7 l. 1. 49 Uti prius Andromache, Hecuba. De Hieroſolyma ſingulare eſt, eam reædificari non potuiſſe a Conſtantino Magno, a Iuliano &c. quin brevi capta cælitus quo ſit; cauſa nobis Chriſtianis nota. 50 Lyrico carmini tam graves res ac deorum ſermones non convenire, ait. At oden ſic imperfectam relinqui fingunt, qui jam ab initio ſibi perſuaſerunt, Horatium ulterius vix ſine offenſa Auguſti progredi poſſe. Sed hoc vere id eſt, quod ajunt, pro Iunone nubem amplectendam dare. V. arg.

OD. IV.

Hae oda elegantiſſima veniam ſibi conceſſam ab Auguſto, hujuſque virtutes extollit.

Descende cælo 1, *& dic age tibia*
Regina longum Calliope 2 *melos* 3,
Seu voce nunc mavis acuta 4,
Seu fidibus, citharave Phœbi 5.

Audi-

1 Cuique Muſæ ſuus in cælo locus eſt. Inde *Olympiades Iovis Filiæ*, Heſ. Inſania autem amabili & enthuſiaſmo abreptus in Muſarum, tum in prudentiæ ab iis edoctæ ejuſque præclarorum factorum laudibus totus eſt. 2 Heſ. ἀπάσων προφερεσάτη dicitur, quæque βασιλῆυσιν ὀπάδευ reges comitatur: eſt enim Hor. de Auguſto dicturus. 3 Hæc ode longiſſima eſt omnium, ſi excipias quintam epod. 4 Alibi *Summa voce*. 5 Phœbo ſacrata eſt cithara, eoque *decus Phœbi* Od.

Auditis [6] *? an me ludit amabilis*
Insania [7] *? audire, & videor pios*
Errare per lucos [8]*, amœnæ*
Quos & aquæ subeunt, & auræ [9]*.*
Me fabulosæ Vulture in Appulo,
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatumque somno,
Fronde nova puerum palumbes
Texêre [10]*: mirum quod foret omnibus,*
Quicumque celsæ nidum Acherontiæ [11]*,*
Saltusque Bantinos [12]*, & arvum*
Pingue tenent humilis Ferenti [13]*,*
Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem, & ursis [14]*: ut premerer sacra*

32 l. 1. 6 Quærit ab amicis, an non Calliopen jam canentem votisque respondentem audiant 7 *Mentis gratissimus error.* 8 Barth. leg. *audiri.* Loca ignota & solitaria sacra habebantur, ut montium invii vertices, silvarum, fluminum inaccessi recessus. Pollux Onom l. 1. *diis consecrati loci sunt nemora, luci & sacra septa.* Vetuit suis Deus Deut. 16 v. 21, & vitio vertit id facientibus 1 Reg. 14 v. 23. 9 Susurri aquarum aurarumque, quos poetæ sibi audire videntur per lucos, amæni sunt. Veteres vero Christiani libertatis tantum causa, nisi fallor, ad ripas & littora preces effudere, sine alia loci ablutionisve per aquas illas cõsideratione. Judæis orationes littorales majori in pretio fuere, ut ex decreto Halicarnassëorum, quo iis licentia datur a Romanis ritu patrio preces in littore fundere, quod est apud Is. Voss. in Catull. Obs. & comment. theol. in Act. 21. v. 5. 10 *Fabulosæ palumbes*, de quibus multa scribunt ac dicunt, *texere* Horatium *fronde nova*, virenti, recenti, (innuit Augusti tutelam, cujus genitrici Veneri columbæ sacræ sunt v. Suet. in Aug. c. 94) *in Vulture Appulo* seu monte Appuliæ, *extra limen Appuliæ altricis*, plane in confinio Lucaniæ & Apuliæ ubi Horatius altus est: *Vultur* enim mons ab uno latere ad Apuliam, ab altero ad Lucaniam situs est. Hinc Horatius de se Sat. 1 l. 2 v. 34 *Lucanus an Appulus, anceps: Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus.* 11 *Acherontiæ* urbs Lucaniæ in montis vertice sita uti nidus in arboris fastigio. Cic. 1 de or. c. 44 *Ithacam asperrimis saxis tanquam nidulum affixam* dixit. 12 *Bantia* seu *Batia* Apuliæ urbs in Lucaniæ confinio, pascuis abundans, Venusiæ proxima, eoque al. codd. leg. *Batinos* 13 *Ferentum* urbs Apuliæ in depressa valle. 14 Ut omnis poëtarum fictio veritatis fundum habet, ita & hîc.

Lauroque, collataque myrto [15],
Non ſine Diis animoſus infans.
Veſter, Camœnæ, veſter in arduos
Tollor Sabinos [16]: *ſeu mihi frigidum*
Præneſte [17], *ſeu Tibur ſupinum* [18],
Seu liquidæ placuere Baiæ. [19]
Veſtris amicum fontibus, & choris [20],
Non me Philippis verſa acies retro [21],
Devota non exſtinxit arbos [22],
Nec Sicula Palinurus unda. [23]
Utcumque [24] *mecum vos eritis, libens*
Inſanientem navita Boſphorum [25]
Tentabo, & arentes arenas
Littoris Aſſyrii [26] *viator.*
Viſam Britannos hoſpitibus feros [27],
Et lætum equino ſanguine Concanum [28];

Viſam

Columbas ſe texiſſe, vere non dixit; nam illæ non niſi regibus auguria dant, teſte Servio in 1 Æn. v. 393; Notat ergo Auguſti (ut n. 10 dixi) tutelâ ſe tutum fuiſſe, ut nullæ malæ artes hoſtium, quas per atras viperas notat, nullaque vis belli, quam urſis circumloquitur, nocere potuerint. 15 Verſibus ſalvus evaſit, V. p. 101 n. 16. *Laurum* Apollinis ſibi deberi ait od. ult h. l. quæ victoribus æque ac victoriarum cantoribus competit. *Myrtus* autem Veneri ſacra: Hujus vero luſus luſit. 16 Apoſtrophus tam elegans quam familiaris Horatio. Veſter ego ſum, Camœnæ, ſive in montoſam Sabinorum regionem ſcando. 17 In monte ſitum. 18 In montis aſcenſu jacens, V. p. 41 n. 11. 19 Baiæ urbs Campaniæ maritima, aëre puro, & amœnitate celebris. 20 Sup. *Muſis amicus.* Poëtis grata ſpecies ſylvarum, montium, rivulorum, Zephyri &c. obverſari ſolet. V. n. 9. 21 *Philippi* urbs Traciæ. Ibi Hor. Trib. mil. merens, cum exercitus Bruti & Caſſii in fugam verteretur, non eſt extinctus. V. od. 7 l. 2. 22 V. od. 13 l. 2. 23 Cum a Philippenſi bello in Italiam rediret ad promontorium Laconiæ naufragium fere fecerat. V. od. 14 l. 1. 24 Ubicunque. 25 *Navita* ſc. factus. Ep. 2. *Nec excitatur claſſico miles truci.* V. ult. od. l. 2. 26 *Arentes* al. *urentes. Syria, Aſſyria ante dicta littus occupat*, Plin. quanquam *littus* non maris tantum eſt, ſed omnis etiam terra quæ mari fluminibuſve alluitur; notatque & arenoſas & ferventes ſolitudines, ubi viatores æſtu ſæpe pereunt. 27 Britanni peregrinos immolabant olim, *Acro.* 28 *Concanos* Ptol. inter vett. Cantabros po-

Visam pharetratos Gelonos [29],
Et Scythicum inviolatus amnem. [30]
Vos Cæsarem altum [31], *militia simul*
Fessas cohortes abdidit oppidis [32],
Finire quærentem labores,
Pierio recreatis antro. [33]
Vos lene consilium & datis [34], *& dato*
Gaudetis almæ. [35] Scimus [36] ut impios,
Titanas [36] immanemque turmam

nit, Strabo eos multa cum Schytis & Tracibus habuisse communia scribit in feritate : unde colligere est hos equinum bibisse sanguinem, sicut Scythas, Sarmatas, inde ἱπτομόλγους dictos, Mart. 1. 3 *Bibit & epoto Sarmata pastus equo.* Tartaros hodieque equina vesci notum. 29 Scythiæ populos. Virg. *Sagittiferosque Gelonos.* 30 Tanaim, nunc *Don.* Nihil necesse de Hyrcano mari hoc accipere, licet *amnis*, ut ποταμὸς Græcorum pro mari quandoque usurpetur. 31 Vos, o Musæ, Cæsarem per vos altum enutritumque recreatis &c. Nunc poëta Augusto gratias refert pro venia sibi data. 32 Quam primum per urbes hyemandi causa copias distribuit. Romanos durante bello copias in hyberna misisse, vel una pro L. Man. Cic. oratio evincat; adeo hinc nihil certi de tempore statui hîc potest. 33 Ita Augustus ingenii deliciis belli labores per otium lenire solebat in antro Pierio, (od. 1 l. 2 *Dionæo sub antro*) seu secessu ad studia, quæ Romani principes melius coluere, ac honoravere quam nostri illi beatuli. V. Suet. c. 84. Ita Auson. ad Valent. epig. 1. *Quantum cessat de tempore belli, Indulget Clariis tantum inter castra Camœnis* &c. Quin Tiberium *sibi ac Musis militare* ait epist. quæ est in Suet. Tib. c. 21. 34 Suet. c. 51. *Clementiæ civilitatisque ejus multa & magna documenta sunt* &c. Has scil. edoctus a Musis humanitatisque studiis. 35 *Musæ almæ*, *Virgines* (lingua Phœnicia, ut docet Bochart) gaudent ob alumnum tam beneficum : *Augustus enim ingenia sui seculi modis omnibus fovit.* Testis non solum Horatius ob poësin ei familiaris, sed vel Græculus amplissimo redonatus munere, postquam is Augusto paucos denarios ausus est porrigere ob carmen ab se factum suisque sæpe jam datis repositum, adjecto Μὴ κατὰ σὴν τύχην, Σίβας, εἰ πλέον ἐδίδους; V. Macr. Sat. 2. 4. 36 Nexus orationis patet si a venia sibi ope Musarum data, & tutela sub iis, transeas ad Augusti in easdem amorem, quidque ab eis edoctus effecerit : Et hoc jam sequitur. 36 Ab blanditur Augusto perinde ac od. 12 l. 2, ut qui adversariorum suorum Bruti, Cassii, aliorumque furiosam vim, ceu Jupiter Gigantum cœlum impugnantium, superavit. *Titanas* Terra primum contra Saturnum, Gigantes postea contra Jovem genuit, ut e cœlo eos pellerent. Hinc Titanes & Gigantes promiscue usurpantur.

Fulmine ſuſtulerit caduco 37
Qui terram inertem 38, qui mare temperat
Ventoſum, & urbes, regnaque triſtia 39,
Divoſque, mortaleſque turmas
Imperio regit unus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Jovi 40
Fidens juventus horrida 41 *brachiis.*
Fratreſque 42 *tendentes opaco*
Pelion impoſuiſſe Olympo. 43
Sed quid Typhoeus 44, *& validus Mimas* 45,
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu 46,
Quid Rhœcus 47, *evulſiſque truncis*
Enceladus jaculator audax 48,
Contra ſonantem Palladis ægida
Poſſent ruentes? 49 *Hinc avidus ſtetit*
Vulcanus 50; *Hinc matrona Juno, &*

Nun-

37 P. 115 n. 10. 38 S. *Bruta tellus.* Belg. *logh.* 39 Inferos. Male *regna triſtia* pro tyrannide explices. Melius ex Virg. *triſtia Tartara*; & *Triſtes ſine ſole domos.* 40 *Unde periculum Fulgens contremuit domus Saturni veteris*, od. 12 l. 2. 41 *Horridum*, ambiguæ ſignif. vox, & quod horreſcit, & quod horrere facit. Ita ridiculum, quod riſu dignum, & quod ridere facit, γελοιαστικόν. Præmium pro munere, & pro pœna. Detrimentum pro damno, & nocumento. Emolumentum pro lucro, & pro impenſa, adde Gell. l. 9 c. 12. 42 Otus & Ephialtes. Virg. 1 Georg. v. 280 *Et conjuratos cœlum reſcindere fratres.* 43 Montes aggerere montibus, & inde gradus in cœlos ſtruere. Appollodor. l. 1. ſecutus Homerum, & rationem, Oſſam Olympo, ceu monti majori & tanquam baſi, & Oſſæ iterum Pelion involutum; Virg. contra, Oſſam Pelio, & Olympum Oſſæ impoſitum, ajunt. 44 Τύφωϑ *faſtus. Typhœus* humana & ferina natura fuit, eminus fulmine, cominus adamantina falce a Jove percuſſus, Apoll. ibid. 45 Hic Lemnum inſulam in deos jaculari niſus eſt, V. Claudiani Gigantom. 46 Is Gigas valde minaci fuit ſtatura. 47 Od. 19 l. 2 n. 48 *Enceladus* Gigantum maximus evulſas arbores cælo intorquebat. *Eſtque tortuoſus* Phœnicia lingua, Satanam ad inferos detruſum notans. Bochart. & p. 112 n. 11. 49 Hactenus Jupiter a Gigantibus terreri potuit. At conſilio addita Pallade ſeu Sapientia, & Vulcano ſeu induſtria, Junone ſeu prudentia, & Apolline ſeu vindice nihil valent. De *ægide* p. 36 n. 13. 50 Τὸ *avidus* ad induſtriam Vulcani pertinet. Od. 4 l. 1 *Ardens Vulcanus.*

Nunquam humeris positurus arcum [51],
Qui rore puro [52] *Castaliæ* [53] *lavit* [54]
Crines solutos [55], *qui Lyciæ tenet*
Dumeta natalemque silvam,
Delius & Patareus Apollo. [56]
Vis consilii expers mole ruit sua: [57]
Vim temperatam Dii quoque provehunt
In majus: iidem odere vires
Omne nefas animo moventes. [58]
Testis mearum centimanus Gyges [59]
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ [60]
Virginea domitus sagitta. [61]
Injecta monstris Terra dolet suis [62]:

Meret-

51 Apollo. Cur humeris arcum gestet v. p. 29 n. 24 & p. 47. n. 9. 52 Od. præc. *Pluvii rores.* 53 *Castalia*, Parnassi montis, non alter ille Syriæ ad Daphnem fons, Phœnicia lingua *Castala*, *fluvii* vel *fontis murmur.* Virg. in Cul. *Castaliæque SONANS liquido pede labitur unda.* Id vero murmur putabatur habere aliquid fatidicum. Ex aquarum vero motu strepituque ὑδρομάντεις Syri, & in Parnasso Appollinis Sacerdotes futura prædixere. Hunc ab Adriano obstructum Julianus aperire voluit Ammian. l. 22 c. 12. V. & Bochart. Can. 1 c. 16. *Lavit* ant. pro *lavat.* 55 Hinc *intonsum* vocat p. 46 n. 2. 56 V. hic n. 8. Delubrum Phœbo in sylva Lyciæ, Asiæ minoris provinciæ, cujus insignis urbs Patara ubi 6 menses hyemales responsa dabat, unde Patareus Apollo: natus autem fertur apud Delum insf. & Cynthi montis nemora, ibique 6 menses æstivales responsa dabat. 57 Eurip. Σοφὸν γὰρ ἐν βουλεύμασι τὰς πολλὰς χρεὼν Νικᾶν. Quod fere expressit Claud. *Non solis viribus æquum credere: Sæpe acri potior prudentia dextra.* 58 Augustum laudans ejus adversarios S. Pompejum, Brutum, Cassium cum delectu juventutis ac nobilitatis nihil egisse innuit. Plut. in Coriol. *Si* Coriolanus scil. & Marius *Musis & Gratiis litassent, non impetu ablati tam fœdum & turpem rebus suis exitum dedissent.* 59 Gyas, Briareus, Hebr. *Belial*, & hoc est Hesychio quoque *Draco*, Serpens. Boch. p. 128 n. 13. 60 Catul. *Dianam pueri integri Puellæque canamus.* 61 *Orion* intentans stuprum Dianæ sagittis ab ea confossus est. 62 Terra Gigantes genuit ut est n. 36: jam vero (cum allusione ad Romam dolentem tales & ad talem perniciem produxisse) dolet quod suis ipsa filiis sit injecta: Nam sub Sicilia & quidem Ætna Enceladus, seu Typhon, Mimas sub Prochyta insf. Otus sub

Mœretque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum [63] *: nec perêdit*
Impositam celer ignis Æthnam [64] *:*
Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales nequitiæ additus
Custos [65] *: amatorem trecentæ*
Pirithoüm cohibent catenæ. [66]

Creta, alii aliis obruti regionibus maxime flammivomis, nequicquam se motant. V. Virg. Æn 3 v. 578 Ovid. Met. 5 f. 6. 63 Ad orcum seu Tartarum (v. p. 88 n. 21) Titanes quidam deturbati sunt. *Luridus* plumbei lividique coloris 64 Ad pœnæ perpetuitatem ignis quem ex Æthna eructat Enceladus non absumitur. Quid ante bienniumjacciderit, disjecta tertia fere Siciliæ parte, notum est. 65 Vultur Tityi jecori (amoris sedi ac iræ) appositus est, *nec fibris requies datur ulla renatis*, quod tam incontinens fuerit, ut Latonæ stuprum offerret. *Nequitia* hic pro libidine. Od. 15 *Tandem nequitiæ pone modum tuæ.* In Catil. Cic. mollius & pro inutili accipitur, ut, *sed jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno.* V. ibi notas meas. 66 *Pirith.* Rex Lapitharum cum amico Theseo ad inferos profectus ut Proserpinam raperet, a Plutone in vinculis detentus, Theseus vero ab Hercule liberatus est.

OD. V.

Hac ode facta videtur postquam Parthi signa Crassiana Augusto remisissent, an. æt. Hor. 45. Hanc Parthorum Britonumque subjectionem hic laudat; at de illis maxime dicit, extolleas victoriam de iis præ illa quam Parthi de Crasso retulerant.

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare [1] *: præsens divus habebitur*
Augustus [2]*, adjectis Britannis*

Im-

1 Tonitrua & fulgura tyranni quoque inter satellitum globos timent. Augustus ea adeo expavescebat, ut semper & ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio, & ad omnem majoris tempestatis suspicionem in abditum & concameratum locum se reciperet; quare & ædem Jovi Tonanti sacravit. V. Suet. & l. 1 od. 34. 2 Augustus ab omnibus pro deo agnoscetur, quod in variis locis factum narrat Suet. Bella vero Jovis & Augusti hîc comparatio est. Ille in cœlis tonitrûs, hîc in terris victoriis suis deum se monstrat. V. od. 12 l. 1.

Imperio[3], *gravibuſque Perſis*[4].
Mileſne Craſſi conjuge barbara
Turpis maritus vixit[5]: *& hoſtium*
(Proh curia[6], *inverſique mores!)*
Conſenuit[7] *ſocerorum in armis*[8]?
Sub rege Medo[9], *Marſus*, *& Appulus*[10],
Anciliorum, *nominis*, *& togæ*
Oblitus[11], *æternæque Veſtæ*[12],
Incolumi Jove[13], *& urbe Roma*?
Hoc caverat mens provida Reguli,
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, *& exemplo trahenti*

Per-

3 Adjecti jam imperio Britanni cenſebantur, cum (ut od. 35 l. 1) legatos de pace miſerunt, eaque impetrata Capitolio dona intulerunt, ſuamque Romanis inſulam prope addixerunt. Strabo l. 4 p. 138 Οἰκείαν σχεδὸν παρεσκεύασαν τοῖς Ρωμαίοις ὅλην τὴν νῆσον &c. Claudium ei vere primum poſt Julium bellum intuliſſe probat Caſaub. e Suet. in Claud c. 17 & Tac. 4 *Parthi* (horum enim & Perſarum & Medorum regna confuſa ſunt, ut p. 90 n. 42) remiſerant ſigna Craſſo ablata, quod, ceu nihil præterea acquirendum eſſet, Auguſto erat gratiſſimum. 5 Craſſus & Romani ſub illo non ſolum a Parthis graviter cæſi ſunt, ſed & multi captivi hoſtium filias duxere, cum & alienigenam ducere ſatis eſſet turpe. Virg. 8 *Sequiturque*, *nefas*, *Ægyptia conjux*. 6 Senatus V. p. 80 n. 14. 7 Hinc patet hanc oden diu poſt Craſſi cladem factam. 8 Faber l. *arvis*. At fruſtra. Turpius ſub hoſte ſtipendia facere, quod fit voluntate, quam in arvis conſenoſcere, ut queis vi aſcripti eſſe poſſint. 9 Partho, Orode ſcil. Phraatis 2 filio. 10 Optimi hi Rom. milites, p. 8 n 31. 11 Religionis & dignitatis. Ita Flor. de Ant. *Patriæ*, nominis, togæ, faſcium oblitus totus in monſtrum illud ut mente ita animo quoque & cultu deſciverat. *Ancilium* ſcutum breve, quod ceu a Marte Romæ tutelari deo cœlo miſſum, cum voce, urbem mundi dominam fore quamdiu id ſervarent: quare & a Numa alia 11 ejus formæ facta ſunt. Ita Dianæ imaginem Epheſi, Phryges Palladis accepiſſe fabulantur. V. ad Acta Apoſt. c 19. De ancilibus, Palladio, aliiſque imperii pignoribus Rupert. ad Flor. l. 2. 3. Et de *togæ* ſtudio Suet. in Aug. c. 40. 12 Ignis (quod & pignus Rom. imperii fuit) ſervandi mos a Græcis, & ad hos ab Ægyptiis, & huc ab Hebræis fluxiſſe videtur. In eccleſia enim Judaïca æternos eſſe ignes lex divina jubebat, ad quos alendos Judæi magnam lignorum vim e ſylvis in templum conferebant. Ita Cun. de rep. Heb. 2. 13. Rupert. in Flor. d. l. 13 Capitolii arce, *ne magnis quidem exercitibus expugnabili*, Tac.

Perniciem veniens in ævum [14] :
Si non periret immiſerabilis
Captiva pubes [15]. *Signa ego Punicis*
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde, dixit,
Derepta vidi [16] : *vidi ego civium*
Retorta tergo brachia libero [17],
Portaſque non clauſas, & arva
Marte coli populata noſtro. [18]
Auro repenſus ſcilicet acrior
Miles redibit [19] : *flagitio additis*
Damnum [20] : neque amiſſos colores
Lana refert medicata fuco [21] :
NEC vera virtus, cum ſemel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata denſis
Cerva plagis [22] : *erit ille fortis,*

Qui

14 Hoc malum præcavebat Regulus, qui ipſe licet captivus, ne Romani ſpem vitæ ponerent in captivitate, permutari eos, uti & paciſci cum Carthaginienſibus de pace noluit, maluitque ad exquiſita ire ſupplicia. Fidei hoſtibus etiam ſervandæ illuſtre exemplum eſt Regulus. V. Grot. de J. B. & P. l. 3 c. 19. 15 Ἀνοικτῶς ſine commiſeratione Romanos in captivitate perire volebat. Ita quis in Liv. l. 22 *Nulli civitati viliores captivi quam noſtræ.* At quod Ariſtot. in Laconum inſtitutis culpat, id & in Rom. reprehenditur merito, nimis ea ad res bellicas directa, quaſi in iis ſolis ſalus civitatis conſtaret. 16 Proſopopoïa. Regulus inducitur loquens in Senatu, Ego vidi in Pœnorum templis ſigna Romanis ſine ſanguine ablata ſuſpenſa. 17 Vidi cives liberos manibus poſt terga ligatis. 18 Vidi Pœnos tam animoſos & ſecuros ut portas apertas habeant, & arva, me duce modò populata, colant. 19 Reg. ſequitur illud, *In bello bis peccare non licet*, ridetque eos qui cenſebant redemtos melius ſe geſturos. 20 *Flagitium* eſt fuga, *damnum* redemtio. Cic. 3 off. Octo Mill. capta ab Hannibale parva pecunia redimi potuiſſe ait, ſed quia in caſtris extra aciem & mortis periculum paſſi erant ſe capi, redemtionem non factam probat, & Plato l. 5 e rep. ſua eam excludit. 21 Lana ſemel tincta non recipit nativam puritatem. *Fucus* eſt color adulterinus. Prov. *Fucum facere.* 22 Inf. od. 4 l. 4 Hannibal de ſuis tandem queritur, *Cervi luporum præda rapacium Sectamur ultro.*

Qui perfidis ſe credidit hoſtibus [23] :
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners, timuitque mortem?
Hic unde vitam ſumeret inſcius,
Pacem duello miſcuit [24] : *ô pudor* [25] !
O magna Carthago probroſis
Altior Italiæ ruinis [26] !
Fertur pudicæ conjugis oſculum,
Parvoſque natos, ut capitis minor,
A ſe removiſſe [27], *& virilem*
Torvus humi poſuiſſe vultum. [28]
Donec labantes conſilio [29] *patres*
Firmaret auctor nunquam aliâs dato [30],
Interque mœrentes amicos
Egregius properaret exul. [31]
Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus
Tortor pararet [32] : *non aliter tamen*

Dimo-

23 Pœnis. Prov. *Punica fides.* 24 Ignavus ille neſcius ſalutem in armis ſitam eſſe, abjectis armis eam ab hoſte petiit, ſeu in acie (quod amentis eſſe ait Cic. pro Lig.) pacem cogitat. Ita Muſonius Stoïcus ridiculus erat, cum mixtus manipulis bona pacis ac belli diſcrimina diſſerens armatos monebat, Tac. 3 Hiſt. Melius cogitant, qui in perpetuum per gloriam vivere credunt, qui pro ſalute patriæ cecide-runt. 25 Romanis. 26 Carthago jam terra marique potens tantis in Italia cladibus & vaſtationibus a ſe factis altior ac animoſior ! 27 *Regulus inductus in Senatum nihil quaſi Romanus egit, dixitque ſe ex illa die, qua in poteſtatem Afrorum veniſſet, Romanum eſſe deſiiſſe, ita-que & uxorem a complexu removit.* Eutrop. *Capitis minor* hîc qui liber-tatem, civitatem, & familiam amiſit. 28 Regulus jam ut ſervus, ob fidem reditus Pœnis datam, torvos feroceſque oculos in terram defixit, & ſententiam dicere recuſavit. Cic. d. l. 29 Oratione ſua. 30 In ſui perniciem. Perſuaſit enim Senatui lentum ſibi a Pœnis ve-nenum datum eoque captivorum diſſuaſit permutationem. V. Gell. 6. 4. 31 Caritate patriæ, religione fidei datæ motus, ipſe capti-vus, ſed honeſte, diſſuaſit captivorum redemtionem ac pacem, & ad crudelem hoſtem rediit. 32 *M. Regulum illigatum in machinæ* (præacutis undique ſtimulis præfixa) *reſectis palpebris Carthaginienſes*

Dimovit obſtantes propinquos,
Et populum reditus morantem 33,
Quam ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum. 34

vigilando necaverunt. Cic. in Piſ. Exhibet Regulum per ordines propinquorum populique eum retinentis vix vi evadentem. 34 Tam æquo animo ad hoſtes ibat, quam ſi (ut Minut. ait) *feriæ judiciarium curam relaxarent* in Venafrano Tarentinove fundo alſquo. V. p. 97 n. 13, 15.

ODE VI. AD ROMANOS.

Hac oda plane morali, factâ poſt Antonii cladem, inſectatur peditos ſui temporis mores.

Delicta majorum immeritus lues 1,
Romane, donec templa reſeceris 2,
Ædeſque labentes Deorum 3, *&*
Fœda nigro ſimulacra fumo.
Dîs te minorem quod geris, imperas. 4
Hinc omne principium 5, *huc refer exitum.*
Dî multa neglecti dederunt

Heſpe-

1 Pœna ſuos tantum auctores tenere debet, ut lex divina & civilis jubet. Romani putarunt poſteris exedendum, quod intrium a majoribus. Epod. *innocentis fluxit in terram Remi Sacer nepotibus error.* At hac ipſa oda ſe quaſi corrigit, dum Romanis ſuis tribuit neglectum deorum, inceſtos amores, aliaque putria, quæ nepotes majoribus nequiores faciunt. V. p. 91 n. 15 & fin od. 2 h. l. 2 Auguſtum id feciſſe v. in od. 15 l. 2. De expiandis reſtituendiſque templis ad peſtem aliave mala averruncanda, magna iis cura fuit. V. Auguſt. de Civ. Dei l. 3 c. 17. 3 Notandum Romanos antiquioris religionis gratia de templis ſuis ſic loqui, ac ſi eadem eſſent quæ a Numa & aliis regibus fuiſſent exſtructa, & nunquam incendio periiſſent: at notum omnia in Capitolio templa conſecrata Jovi bello Marſico conflagraſſe, & inſtaurata fuiſſe. Ita Hebræi de templo Zorobabelis loquuntur, ac ſi illud ipſum fuiſſet quod ædificaſſet Salomon. 4 Hæc ad Auguſtum, ut od. 12 l. 1 *Te minor latum regat æquus orbem.* 5 Virg. *A Jove principium.*

Hesperiæ mala luctuosæ. [6]
Jam bis Monæses, & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros [7], *& adjecisse prædam*
Torquibus exiguis renidet. [8]
Pene occupatam seditionibus
Delevit urbem Dacus, & Æthiops [9]:
Hic classe formidatus [10], *ille*
Missilibus melior sagittis. [11]
Fœcunda culpæ sæcula nuptias
Primum inquinavere, & genus, & domos. [12]
Hoc fonte derivata clades
In patriam, populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo [13]: *& fingitur artubus* [14]

6 *Hesperiæ*, Italiæ. Ita diligentissimus religionum cultor Camillus apud Liv. oratione qua populum R. Vejos migrare jubet, *Intuemini horum deinceps annorum vel secundas res vel adversas, invenietis omnia prospera evenisse sequentibus deos, adversa spernentibus.* 7 Neglectâ auspiciorum religione bis a Parthis victi sumus: semel ab eorum duce *Monæse*, (qui forte *Surena* est nomine dignitatis, quæ in Oriente mutationem nominis affert) dein Pacoro Orodis filio. Justin. l. 42. Val. Max. l. c. 4 &c. 8 Ridet spoliis nostris torques suos graviores factos. Parthi ergo, ut & Galli, & Germani adhuc torquibus ornati. De *renidere* v. p. 130 n. 2. 9 Urbs in partes divisa a Dacis & Æthiopibus Antonio & Cleopatræ militantibus fere excisa est. Nam *Capitolio Reginæ dementes ruinas Funus & imperio parabat.* Od. 37 l. 1. De Dacis v. p. 69 n. 9. 10 *Æthiopes* seu Ægyptii (nam hi sub illis comprehenduntur) robur Antonianæ classis octingentarum navium, ut qui ducentas earum castellorum urbiumque specie terribiles implerent. Flor. 4. 11. Epod. 9. 11 *Daci*, Patzinacæ, Scythæ Europæi, quorum regio *Podolia* est Ortelio, sagittarii sunt periti. Anacharsis apud Plat. in Symp. ait animalia Dei motionibus non minus obsequi, *quam Scythis arcus, lyræ & tibiæ Græcis.* Quin a *Scythis* forte *Scutten.* Certe Jesai. c. 39 v. 3 arcum & sagittas Scythis tribuit Bochart. Phal. 3. 13. 12 Ad adulteria coërcenda Augustus legem tulit, quæ vocatur lex Julia. Nam Romæ *Ludus erat sacræ connubia fallere tedæ.* 13 Qu. d. quid mirum domos adulteriis confundi, cum virgines jam viro maturæ lascivas Ionum saltationes discant? Ionica mollities, saltatio, risus, luxus, in Proverbia etiam abiere. 14 Al. *frangitur artubus*, al. *artibus*,

Jam nunc, & inceſtos [15] *amores*
De tenero meditatur ungui. [16]
Mox juniores quærit adulteros
Inter mariti vina [17], *neque eligit,*
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia [18], *luminibus remotis:*
Sed juſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito [19], *ſeu vocat inſtitor* [20],
Seu navis Hiſpanæ magiſter [21],
Dedecorum pretioſus emtor. [22]
Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico [23]:
Pyrrhumque [24], *& ingentem cecîdit*
Antiochum, Hannibalemque dirum [25]:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles [26], *Sabellis docta ligonibus*

Ver-

i. e. formatur. Saltationes matronarum, virginumque & maxime in ludo, ut probra audierunt. Salluſt. de Fulvia, *Pſallere, ſaltare elegantius quam neceſſe eſt probæ.* V. Macrob. Sat. 3 14. 15 Non caſtos. 16 A teneris unguiculis. 17 Dum maritus *invitavit ſeſe in cœna pluſculum, atque appotus bene eſt*, ut Plaut ait, marito ſuo juniores, vel novos quærit adulteros. Certe eò lectulos diſcubitorios occaſionem dediſſe v. l. 1 de arte am. v. 565. 18 *Gaudia* pro Venere. Ovid. *Gaudia nec cupidis veſtra negate viris.* De his Veſtalis virgo exclamabat, *Felicesnuptæ! moriar niſi nubere dulce eſt.* 19 Impudentiam in majus ac majus creſcentem deſcribit. *Virgo* prius ad omnes laſciviæ motus formata, & conjugata, novos mox adulteros meditatur, iiſque furtim ſe præbet. Tandem nullo habito diſcrimine arceſſita ad quemvis, marito jam lenone facto, venit. 20 Qui negotiationi eſt præpoſitus, *een Factoor.* 21 Cui tota navis cura mandata eſt, vel mercator, *de reder* Epod. 17. *Amata nautis multum, & inſtitoribus.* 22 *Pretioſus*, damnoſus, liberalis emtor dedecorum ſeu adulteriorum cum Italis mulieribus. 23 Non tam perditis orti parentibus qui *Siculum mare Pœno purpureum ſanguine* (ut od. 12 l. 2) reddiderunt. 24 Is fuit ex poſteris Achillis, rex Epiri qui orbis terræ imperium quærens deceptuſque Apollinis hoc reſponſo, *Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe*, tandem victus eſt a Fabricio & Curio. 25 *Magni* cognomen Syriæ regibus datum fuit. *Antiochus* impulſore Annibale bellum Romanis movit, ſuperatuſque ab Acilio Glabrione. V. od. 12 l. 2. 26 Veget. l. 1 de re mil. ait dubitari non poſſe, aptiorem armis ruſticam

Verſare glebas [27], *& ſeveræ*
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes [28] : *Sol ubi montium*
Mutaret umbras [29], *& juga demeret*
Bobus fatigatis [30], *amicum*
Tempus agens abeunte curru. [31]
Damnoſa quid non imminuit dies?
Ærᴀs parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem. [32]

plebem quam urbanam, ut quæ laboribus cœlique injuriæ aſſueta eſt. Cato in re ruſt. *Ex agricolis viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur.* 27 *Sabini* (diminutive *Sabelli*) Appuli, Marſi, bello apti erant. 28 Matris quoque ſeverâ diſciplinâ ad laborioſam virtutem olim pubem fuiſſe ait, patribus ſcil. bello occupatis. 29 *Veſperi*, cum *Sol creſcentes decedens duplicat horas*, ut ruſtici loquuntur apud Virg. Ecl. 2. 30 Tempore quo ſol jugum bobus fatigatis demit, quod Cic. ad Att. l. 15 ep 27 βούλυσιν vocat. 31 Cum Sol *agit* ſeu advehit, adducit curru ſuo (cujus Phœbus auriga eſt) veſperam laſſis amicam ac gratam. 32 Tiberii temporibus hoc accommodaſſe Horatium quis credat? Omnis ætas de ſuo ſeculo queſta eſt. Certe ſenex, ut Corn. Gallus ait, *Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos.* Jam apud Hom. Minerva inducitur querens paucos filios patrum ſimiles evadere, deteriores pleroſque, paucos præſtantiores. Ita & Aratus dixit. At ſi nec uterque fuiſſet, credo Horatius ſic clauſiſſet oden elegantiſſimam. Otio ergo abundat Mur. cum ſcribit, ſi vett. lyricos haberemus, Horatium pleraque iis debere appariturum. V. l. 2 var. lect. c. 15 & ſup. p. 120 n. 11.

OD. VII. AD ASTERIEN.

Aſterien ſolatur, ſeu increpat potius, ut patienter honeſteque ferat amantis ſui abſentiam, repellatque Enipeum vicinum ſe affectantem, ut ſuus amator amori hoſpitæ Chloës repugnabat.

Quid fles [1], *Aſterie* [2], *quem tibi candidi*
Primo reſtituent vere Favonii [3],

1 Ut doleat in f. odes patet. Credo dubium quoque fuit, uti eſt de Penelope abſente Ulyſſe, ſatiſne pudica manſerit Aſterie abſente Gyge ſuo. 2 A Græco ἀστὴρ. 3 *Candidi*, læti Zephyri, qui ab Orien-

Thyna merce beatum [4],
Constanti juvenem fide
Gygen? Ille Notis actus ad Oricum [5]
Post insana Capræ sidera [6], *frigidas*
Noctes, non sine multis
Insomnis lacrymis agit. [7]
Atqui sollicitæ nuncius [8] *hospitæ,*
Suspirare Chloën [9], *& miseram tuis*
Dicens ignibus uri [10],
Tentat mille vafer modis.
Ut Prætum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem refert. [11]
Narrat pene datum Pelea Tartaro [12],
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens [13]:
Et peccare docentes

Fal-

te ad Italiam navigantibus haud propitii sunt: sed Hor. addit *Ver*, quod aperit maria. 4 *Thyni*, seu *Bithyni* mercatura cum Romanis noti. V. p. 69 n. 7. Merces inde venientes *catagraphos Thynos* i. e. *linea picta* explicat Dacier. At Is. Voss. in Catull. *pugillares membranas*, ad quas construendas Bithynia buxum, membranas, coccum baphicam, miniumque ferebant Romani. Isid. in næniola de morte Horatii l. 19 c. 32 annellos, Non. Marc. culcellos inde venisse dicunt. Sed cum tot cives Romani in Bithynia cæteraque Asia negotiarentur, ut una literarum significatione eorum 50000 sint trucidata, credo omnes Asiaticas merces inde Romam esse importatas. 5 Italiam petentem Gygen Notus ad *Oricum* Epiri primam civitatem tulit, quod & ex ejus situ patet. 6 V. p. 140 n. 14. 7 Tibull. de solitudine loquens ait, *Cum fletu nox vigilanda venit.* 8 Nota *nuncium* in neutro pro re nunciata recte dici. 9 *Chloë* ergo hospita Gygis erat. V. p. 49 n. 1. 10 *Chloën* Circes instar in Gyge tuo laborare ut secum eum teneat. *Amans* amantis ignis est vicissim, Virg. ecl. 3. *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.* 11 *Prætus* Argivorum Rex Bellerophonti (de quo P. 57 n. 23) secum diversanti necem intulit ad calumniam uxoris suæ Stenoboeæ quæ se ad stuprum illi obtulerat. Octo exempla libidinosarum mulierum, quæ calumniatæ sunt eos a quibus spretæ erant v. in Mur. var. lect. l. 1 c. 12. *Nihil est audacius illis Deprensis: iram atque animos a crimine sumunt.* 12 *Peleus* perinde ut Bellerophon ab Hippolyte accusata est. 13 *Hippolite* seu Cretheis, Polydamia, Aca-

Fallax hiſtorias monet [14] ;
Fruſtra: nam ſcopulis ſurdior Icari [15],
Voces audit adhuc integer [16]. *At, tibi*
Ne vicinus Enipeus [17]
Plus juſto placeat, cave.
Quamvis non alius flectere equum ſciens [18]
Æque conſpicitur gramine Martio [19]:
Nec quiſquam citus æque
Tuſco denatat alveo [20].
Prima nocte domum claude [21], *neque in vias*
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ [22],
Et te ſæpe vocanti
Duram, difficilis mane [23].

ſti Magneſiæ (quæ Theſſaliæ pars eſt) regis uxor. 14 Conſcius Chloës monet hiſtorias docentes peccare i. e mœchari, & pericula virorum qui conditionem rejecere. 15 Fruſtra Gygi iſta occinit, qui ſurdior eſt ſcopulis Icarii maris. V. od. 1 l. 1. 16 P. 92 n. 21. 17 Nomen peregrinum, ut amantum ſolet facere. 18 Vet. gloſſa a Barth. allata, *ad amatoria pertinet equitare & natare feliciter. Flectere* eſt domare. 19 Od. 81. 1. 20 Tiberi qui ab Hetruria venit. V. d. l. 21 Initio noctis ne Enipeus irrumpat, claude domum. *Primus menſis, prima urbs* pro initio, introitu. Ita Liv. *primas tenebras* vocat noctis initium. 22 Nec per vias, cum tibiâ decantat amorem erga te ſuum, e feneſtris tuis vel cancellis deſpecta, uti leviores feminæ ſolent. V. od. 25 l. 1. 23 Incuſet te ut ferream, tu tamen, Aſterie, nihilo facilior fias illi. Faber & Dacier paronomaſiam vitiari ab Horatio ajunt, quod non dixit, *duram, dura mane.* Sed bene ab antiquis factum, quod figuras orationem ambire, uti folia fructus, volnerint, at eas ut impleant, nihil bonæ menti, aut facilitati illis tam naturali tum ſcribendi tum inveniendi imminutum voluerunt aut præſtructum.

OD. VIII. AD ROMANOS.

Hæc ode Cantabris devictis, Parthiſque inter ſe diviſis, & ut videtur a. u. c. 731, & æt. Hor. 44 facta eſt.

Martiis cœlebs quid agam Calendis [1],
Quid

1 Primus Martii dies a matronis (unde *matronalia*) honorem Ju-

Quid velint flores [2], *& acerra thuris* [3]
Plena, miraris, positusque carbo in
Cespite vivo [4],
Docte sermones utriusque linguæ [5].
Voveram dulces epulas [6], *& album*
Libero caprum [7] *prope funeratus*
Arboris ictu [8].
Hic dies, anno redeunte festus,
Corticem adstrictum pice dimovebit [9]
Amphoræ fumum bibere institutæ
Consule Tullo [10].
Sume, Mæcenas, cyathos amici
Sospitis centum [11], *& vigiles lucernas*

Per-

nonis matrimonii præsidis & memoriam belli cum Sabinis compositi, & a maritis in honorem Jani, celebrabatur. Mæcenas supervenies forte Horatium cælibem idem facere miratur, eique adeo respondet. 2 Horat. componit omnia ad diei solemnitatem; tunc matronæ sertis coronatæ Junoni serta offerebant. Ovid. 3 Fast. *Forte Deæ flores, gaudet florentibus herbis Hæc Dea, de tenero cingite flore caput* 3 *Een wierookvat.* Acerra thuris ad adolendum in sacrificiis, vel ad pedes mortuorum in vestibulis (uti nunc vas lustrale a superstitiosis Christianis solet) ponebatur. 4 Ignis in ara vivi cespitis. V. p. 45 n. 12. 5 Quid hoc laudis est Mæcenati dicere quod utramque linguam, Latinam & Græcam doctus esset? Sane pro philosophia & eloquentia Græca & Latina dictum putem. Ita in epist. *Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem Possis* i. e. scita & rationes philosophorum. V. init. Offic. Cic. Et de scriptis Mæcenatis, Meibom. 6 Ergo hic primus annus est a casu arboris, quæ Horatium fere funeraverat, quo sacrificium voverat se daturum, & epulas sacrificiis semper comites; v. p. 74 n. 1. 7 Albæ victimæ diis superis, nigræ inferis mactabantur. Baccho caper, ut vitibus maxime nocens, dabatur: nam invisa diis animalia sæpe immolabantur. Virg. Georg. 3 v. 380 *Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur.* Od. 17 l. 2 voverat Fauno ut minori humilem agnam. 8 V. od. 13 & 17 l. 2. 9 Relinet. V. od. 20 l. 1. 10 Epulabitur, & σωτήρια celebrabit vino quod jam Consule Tullo fumariis *institutum* seu cœptum est superponi, ut fumi tenore maturitatem traheret: quodque nunc adeo maturissimum erat. Si certum dixerit Consulem hoc vinum esse anni 720 quandō L. Volc. Tullus cum Aug. Cos. fuit, eoque 11 annorum. De conditis vett. vinis v. Cagnati observ. l. 2 c. 1. 11 Cyathos qui ob amicum sospitem biberentur. Od. 19 *Da lunæ propere novæ; Da*

Perfer in lucem [12] *: procul omnis esto*
Clamor, & ira [13].
Mitte civiles super urbe curas [14].
Occidit Daci Cotisonis agmen [15] :
Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis [16] :
Servit Hispaniæ vetus hostis oræ
Cantaber, sera domitus catena [17] :
Jam Scythæ [18] *laxo meditantur arcu*
Cedere campis [19].
Negligens, ne qua populus laboret,
Parce privatus nimium cavere [20], &

noctis mediæ: da puer auguris Murenæ. Ita Theocr. ἄκρατον ἔρωτος νίνμ amoris dixit, pro eo quod in amicæ salutem potabatur. 12 Noctu epulabantur; Quod vocabant *pergræcari.* Inde Paul. ait *qui inebriantur noctu ebrii sunt* quin epist. 19 dicetur uti solebant *nocturno certare mero.* Casaub. Athen. l. 7 c. 1 refutat quod, ob lunæ vim putrefaciendi, eoque & cibos coquendi, nocturnas cænas utiliores dixerit, confundentem sic perperam coctionem cum putrefactione. 13 Jubo stationariis tuis militibus uti urbis præfectus ac vigil quo clamor & ira in viis nos non turbent. Pedo in epic. Mæcen. *Num minus urbis erat custos, & Cæsaris obses? Num tibi non tutas fecit in urbe vias?* Ἀπεροκάλως & ineleganter ipsi Mæcenati, Augusti iræ moderatori (ut Dio l. 44 narrat) hanc legem præscripserit. Interpretes hoc non animadvertunt. 14 Præfecturæ urbis Mæcenati datæ jam ad a. 718 meminit Dio l. 49. 15 Horat. Cotisonem Dacorum, & Suet. in Aug. c. 63 Getarum regem appellat. At Xiphil. in Domit. an Daci sint Getæ dubitat, ut & ego p. 69 n. 9. Clades quas Suet. & Flor. narrant posteriores sunt hac oda. 16 *Medi* seu Parthi bellis civilibus occupati sunt. Phraates enim a Tiriditate victus iterumque superior evaserat. Et cum remissis Augusto signis Crassianis misit liberos suos Romam, metuens sibi a suis. V Strab. l. 10. 17 Augustus longo ac difficili 3 annorum bello agressus Cantabros tandem fregit, a. v. c. 730 vel 731. Hispanum veterem hostem vocat. Romani enim 200 per annos in Hispania bellum gesserant, antequam Cantabros vincerent. Strabo causam notat, quod Hispani non uti Galli omnes copias simul, sed partes tantum latronum instar opponerent. V. od. 6 l. 2. 18 *Gelonos* vocat od. 9 l. 2 Suet. in Aug. c. 21. 19 Armeniæ terrarumque adiacentium. 20 Jam quasi privatus hic mecum factus (nam proprie privatum non potuit dicere dum Augusti dextera & cancellarius, & vigil ac custos urbis esset) parce curare urbem ac remp. Nam nimia cura ac diligentia voluptatem adimit. Heins. *ne qua populus labore*

Dona præſentis rape lætus horæ [21], *ac*
Linque ſevera [22].

Parte privatus &c. At nihil hac manu opus, ubi nullum vulnus. 21 Ita ſunt res humanæ, Si quid boni evenit, non niſi raptim frui licet. Epicurus id χαρπίζειν vocat Laërt. l. 10 Sect. 126. Anacr. 7ο σύμιξον μέλει μοι. 22 Fruere hac *avocatione*. Ita Juſtin. l. 37 c. 4 legit Il. Voſſ. non vero *vacatione*. Od. 16 l 2 *Lætus in præſens animus, quod ultra eſt Oderit curare, & amara læto Temperet riſu.*

OD. IX. Dialogus Horatii & Lydiæ.

Hac oda ἀμοιβαῖως ſeu alternis agit Horatius cum Lydia & zelotypiam exprimit ſuam amoremque redintegrat cum ad elegantiam facilitatemque aulæ, tum ad paſtoralem illam ſimplicitatem, qualis eſt apud Theocr. & Virg. Cenſetur vero tanti hæc ode, uti & 3 lib. 4, ut Scaliger 6 Poët. dicat, *harum ſimiles a me compoſitas malim, quam Pythionicarum multas Pindari & Nemeonicarum: quarum ſimiles malim compoſuiſſe, quam eſſe totius Tarraconenſis rex.*

HOR. *Donec* [1] *gratus eram* [2] *tibi,*
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Cervici [3] *juvenis* [4] *dabat,*
Perſarum vigui rege beatior [5].
LYD. *Donec non aliam magis*
Arſiſti [6], *neque erat Lydia poſt Chloën,*
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia [7].

HOR.

1 Lex amœbei hujus carminis eſt, ut qui poſterior dicit, priorem vincat majus aliquid ſubjicendo. 2 Horatius a Lydia amabatur prius. Od. 13 l. 1. 3 Petron. *Præbebat illa reſoluta marmoreis cervicibus aureum torum.* 4 Ut *Sybaris*, *Telephus*, od. 8, 13 l. 1, & hic *Calais.* 5 Ut *Perſica* pro pretioſis, & Perſarum montes aurei proverbio noti ſunt, ita Perſarum Rex pro beatiſſimo ſumitur. V. p. 77 n. 1. Plaut. Stich. Sc. 1. 6 Summæ artis eſt in eandem ſententiam eadem fere contra aliquem retorquere verba. Confer, & ſingula fere ſingulis reſpondere videbis. Hor. ſimpliciter dixerat, *gratus eram*, Lydia dolentior ſubjicit *aliam* vel *alia arſiſti*. Nam *Nulla vis flammæ tumidique venti Tanta, nec teli metuenda torti, Quanta cum conjux viduata tedis Ardet & odit.* 7 Fortunatiorem me putabam Ilia ſeu Rhea, quæ Marte gravida Romulum Romanæ gentis auctorem protulit. Sat. 2 Amica ſua ſi modo candida rectaque ſit, ubi ſuppoſuit ſe illi, *Ilia &*

HOR. *Me nunc Threſſa Chloë regit* [8],
Dulces docta modos, & citharæ ſciens [9]:
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animæ fata ſuperſtiti [10].
LYD. *Me torret face mutua*
Thurini Calais filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori [11],
Si parcent puero [12] *fata ſuperſtiti.*
HOR. *Quid ſi priſca redit Venus* [13],
Diductoſque jugo cogit aheneo [14]?
Si flava [15] *excutitur* [16] *Chloë,*
Rejectæque [17] *patet janua Lydiæ?*

Egeria eſt: do nomen quodlibet illi. 8 Od. 33 l. 1 hac ergo prior eſt. 9 Muſicæ vociſque modulatio in muliere poëtis probatæ ſunt: Eruditas diſertaſque aſpernantur; uti quæ legunt *hiſtorias peccare docentes*, 8 od. præc. Odium in has declarat ſuum Eurip. Hippol. a. 3 Σοφὴν δ' ἐμισῶ, μὴ γὰρ ἐν γ' ἐμοῖς δόμοις Εἴη φρονοῦσα πλεῖον ἢ γυναῖκα χρή: Τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις Ἐν ταῖς σοφαῖσιν. Juven Sat. 6 v. 445 *Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit, Dicendi genus aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes.* Propert. *Sit non doctiſſima conjux.* Sed valeant cum atroci ſua ſuſpicione omnes qui diſſidium inter doctum doctamque volunt. Non Sappho, non omnes eruditæ in gentibus comparari queant cum una Chriſtum ejuſque doctrinam cum exotica veterum ſcientia probe edocta. De hac dicere licet, Cum ad naturam reformatam ac illuſtratam acceſſerit ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere. V. p. 116 n. 21. 10 Superſtitio vett. credidit mortem alicujus morte alterius redimi poſſe. Patet vel ex Alceſtis fabula, quæ mortem ſubiit ut maritus Admetus viveret. Inde devotiones pro principibus fluunt. V. p. 128 n. 9. 11 Hor: dixerat ſe pro Chloë mori velle, illa ut fortius urat eum, *Pro quo bis patiar mori. Continuo ſic collige quod vindicta Nemo magis gaudet quam femina.* Juv. Sat 13. 12 V. P. 15. n. 2. 13 *In amove inſunt hæc omnia, bellum, pax* &c. Ter. Et ſæpe ut Publ. Syrus ait *Diſcordia fit charior concordia.* Ita Horatius hîc, ita & Catull. cum Leſbia vixere. 14 *Aheneus* pro ferreo, valido vett. frequens locutio. Oda. 33 l. 1 *juga aheneæ* ſunt dura. 15 Crucqius merito ſuo vapulat Tan. Fabro l. 1 epiſt. 2 & in ſexcentis riſum debere ait, certe hîc, cum *Chloën flavam* dici ait, non a coma, quæ in puella commendari ſolet, ſed bili flava, quæ ſecum trahit iracundiam. V. p. m. 90 n. 13. 16 *Excuti* de equis prop. dicitur. Serv. 6 Æn. v. 76. 17 Lydia ergo

LYD. *Quanquam ſidere* [18] *pulchrior*
Ille eſt, tu levior cortice [19], *& improbo*
Iracundior Adria [20]:
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

læſa prior. V. n. 6. 18 Sole. Od. 1 h. l. *Purpurarum ſidere clarior Delenit uſus.* 19 Subere. Od. præc. *corticem aſtrictum pice.* Prov. notum *levior cortice.* Horatius ſe *levem*, & *iraſci celerem*, *tamen ut placabilis eſſet* ſcribit in f. l. 1 epiſt. 20 v. p. 120 n. 13.

Παραυλαυσίθυρον ſeu flebile hoc carmen ad Lyces fores cantatum tibia aut voce integrum eſt, cujus modi fragmentum tantum vidimus od. 25 l. 1, & duo exempla præbet Theocr. unumque Ariſtophanes.

ODE. X. AD LYCEN.

Extremum Tanaim ſi biberes, Lyce,
Sævo nupta viro [1], *me tamen aſperas*
Porrectum ante fores objicere incolis
Plorares Aquilonibus [2].
Audis quo ſtrepitu janua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis? & poſitas ut glaciet nives
Puro numine Jupiter [4]?

Ingra-

1 Si habitares quam longiſſime, ad os fonteſque Tanais, inter Scythas, & ſævo quoque formidandoque nupta eſſes viro, moveri tamen meis amoribus poſſes. *Tanaïs* e Ripheis montibus vel Caucaſo, ſive, ut nunc creditur, e magno lacu veniens Aſiam diſterminat ab Europa. Hodie *Don* vocatur. V. p. 137 n. 21. 2 *Plorares*, plorare deberes, non poſſes non plorare, me ſic humi proſtratum objici ventis Borealibus flantibus a Tanai, ſeu Scythiæ regione, ejuſque ventis quaſi incolis. Horatius morem παραυλαυσίθυρα ſequitur qui erat ut humi jacentes canerent; vel poſt cantum quoque humi ſe proſternerent. Theocr. idyll. 3 & Ariſtoph. hunc morem ſequitur. Ad παραυλαυσίθυρον in genere refer, ſed ſancta mente (neque enim inficere te, mi lector, velim, aut interficere) *vocem dilecti pulſantis, aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, integra mea; nam caput meum oppletum eſt rore, capilli mei aſperſionibus nocturnis.* Cantic. 5. 3 V. p. 87. n. 15, & epiſt. 10 *Nempe inter varias nutritur ſylva columnas.* 4 Ut *Jupiter* ſeu *aer jam numine* ſeu *lumine puro nives* lapſas *glaciet* ſeu *conſtringat. Glaciare* abſolutum verbum poëtica licentia active hic ſumitur: aliter pro *coëleſcere*,

Ingratam Veneri pone ſuperbiam [5],
Ne currente retro funis eat rota [6].
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens [7].
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium [8],
Nec vir Pieria pellice ſaucius [9]
Curvat [10]: *ſupplicibus tuis*
Parcas [11], *nec rigida mollior eſculo* [12],
Nec Mauris animo mitior anguibus [13].
Non hoc ſemper erit liminis, aut aquæ

Ca-

concreſcere. V. Canter. nov. lect. l. 4 c. 2. p. 97 n. 17 5 Veneris comitatus Jocus, Gratiæ, Amores, a quibus abeſt ſuperbia. Od. 26 h. l. *Regina ſublimi flagello Tange Chloën ſemel arrogantem.* 6 Ne Venus tibi quoque iraſcatur. Tranſl. a rotis & trochleis, quarum circumactu aut e puteis aqua, aut lapides, aliaque pondera attolluntur funibus Si enim manus quæ rotam verſat momento abſit, rotâ impetu revolutâ funis quoque devolvitur, caditque quod ſurſum attrahebatur. Ariſtid. Sophiſta in panath. Ἐντεῦθεν ἤδη πάντα ὥσπερ καμίλλῃ ῥᾳγέντος ἐχώρησεν ὀπίζω καὶ διελέυτο Ἀμαζόσιν ἴτε ἀρχὴ καὶ ὁ δρόμος. Tib. 1 el. 5 ad fortunæ rotam reſpicit *Verſatur celeri fors levis orbe rotæ.* 7 Hetruſca es quam facilitas decet ac liberalitas, non vero nata, ut ſis rigida Spartana Penelope, quæ 20 annos abſente Ulyſſe ſuo procos a ſe omnes rejecit, adeo ut ad ancillas diverterent; Unde prov. *Penelopis procis ſimiles. Penelope, Lucretia, Veſtalis* prò pudica ſumitur Ovid. 1 art. *Penelopen ipſam, perſtes modo, tempore vinces.* De Penelope tamen contra Priap. carm. 69. Acro in 2 epiſt. meretricem, & Lycophron omnium procantium concubitum paſſam, indeque Pana natum dicit. 8 Color pallidus ut violæ, quam & pallentem facit Virg. ecl. 2 *Pallidior buxo violaque ſimillimus erro.* Epod. 10. *Pallor luteus*, epiſt. 19. Unde *Pallidus omnis amat* notum; non quod bibat *exſangue cuminum*, ut epiſt. 19 dicit. 9 *Pieria* mariti Lyces amica fuit, forte e Thracia vel Macedonia. 10 Flectit in amorem mei. Certe femina a ſuo deſerta alium facile quærit. Ov. 2 art. *Sed nec fulvus aper media tam ſævus in ira eſt &c. Femina quam ſocii deprenſa pellice lecti, Ardet, & in vultu pignora mentis habet. In ferrum flammaſque ruit, poſitoque decore, Fertur.* V. od. præc. 11 Indulge aliquid tibi ſupplicanti. 12 Ad τὸ *curvare* pertinet eſculus, quæ jam flecti aliique maritari nequit arbori. Tibul. *Non tua ſunt duro præcordia ferre Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex* 13 Et hoc convenit cum τῷ *parcas*. Nam in Africa & Numidia ſerpentes quivis peſtilentius habent venenum. Ita ſ. l. 2, Sat. *Canidia afflaſſet peior ſerpentibus Afris.*

Cæleſtis patiens latus 14.

14 Conſule tibi, Lyce; *ntere quæſo Dum licet: in liquida nat tibi linter aqua*, Tibull. nam non ſemper eo corporis robore ero, ut pernoctare foras poſſim, & ad limen tuum portectus jacere. Ita epod. 11 ait *Limina dura, quibus Lumbos & infregi latus*. V. 13 l. 4.

OD. XI. AD MERCURIUM.

Ode hæc duas habet partes; prima 18 verſuum invocationem laudemque lyræ, altera cantum de fabula Danaüm a Mercurio quaſi dictatum (dum id ſua virtute ſe poſſe deſperat) continet, quo Lyden doceat, ſævitiam apud inferos etiam puniri, eamque deleniat erga ſe.

Mercuri 1, *nam te docilis magiſtro*
Movit Amphion lapides canendo 2:
Tuque teſtudo 3, *reſonare ſeptem*
Callida nervis 4,
Nec loquax olim, neque grata, nunc &
Divitum menſis, & amica templis 5,
Dic modos, Lyde quibus obſtinatas
Applicet aures 6.
Quæ velut latis 7 *equa trima campis,*
Ludit exultim, metuitque tangi 8,
Nuptiarum 9 *expers, & adhuc protervo*

Cru-

1 V. od. x l. 1. 2 Si, Mercurio favente, Amphion lapides canendo movere potuit, ut iis inter ſe compoſitis & ſuperſtructis Thebarum muri ſint ædificati, eo magis Lydæ flectendæ facultatem dare poterit. Amphion Jovis ex Antiopa filius vixit fere Moſis & Joſuæ tempore, unde Mercurii (qui Moſes eſt) diſcipulus fingitur. Certe vero ſimile fictionem ſumtam a Joſuæ hiſtoria, qui tubarum ſono Jerichuntis muros diruit circuitu ſonituque ſeptenario, unde & hic teſtudinis 7 nervorum mentio. 3 V. p. 64 n. 10. 4 Teſtudo a Mercurio ſtructa ἑπτάτυπος ἑπτάγλωσσος ſeu 7 chordis fuit. Hom. Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀπὶν ἐτανύσσατο χορδάς. 5 Prius muta & ſine ullo pretio, at in lyram formata grata facta in conviviis divitum ſacriſque deorum. V. p. 72 n. 1. 6 Aures, & quid non male pertinax dedit od. 28. 7 Al. *lætis*. Od. 5 l. 2 n. 4 *Circa virentes eſt animus tuæ Campos juventæ* 8 Anacr. σκιρτῶσα παίζει. Exultatio equi tam inſignis ut Hebræos & Arabes exin equum dixiſſe credat Bochart tract. de de equi deſcript. ex Jobi c. 39. 9 Συνεσίφωνος. V. p. 36 n. 10.

Cruda marito [10],
Tu [11] *potes tigres, comiteſque ſylvas*
Ducere [12], *& rivos celeres morari* [13].
Ceſſit immanis tibi blandienti
Janitor aulæ
Cerberus [14], *quamvis furiale* [15] *centum*
Muniant angues [16] *caput ejus, atque*
Spiritus teter, ſanieſque manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion, Tytiuſque vultu
Riſit invito [17]: *ſtetit urna paulum*
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces [18].
Audiat Lyde ſcelus, atque notas
Virginum pœnas [19], *& inane lymphæ*
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraque fata [20],

Quæ

10 Mart. l. 8 epig. 64 *Crudo viro puella.* V. d. od. n. 7. 11 O teſtudo. 12 Od. 12 l. 1 De Orpheo *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.* 13 Ibid. *Arte materna rapidos morantem Fluminum lapſus.* 14 De Baccho od. 19 l. 2 *Te vidit inſons Cerberus.* Hic de Orpheo apud inferos Cerberum lyra demulcente ut Furidicem inde ſuam reduceret, ut & Virg. loquuntur, *tenuitque inhians tria Cerberus ora.* Georg. 4 v. 483. 15 Furiarum inſtar ſerpentibus quoque caput incinctæ. Florus poëtica, ut ſæpe, voce hac utitur l. 1 c. 12 *Fidenæ quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatæ, & diſcoloribus ſerpentum in modum vittis furiali more proceſſerant.* Ita & c. 12 l. 3. 16 Od. 13 l. 2 *Bellua centiceps.* 17 De cantu Orphei Virg. d. l. *Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.* Ixionis pœna nota, ut qui, cum Junonem vellet, nubem a Jove miſſam pro ea amplexus, rotæ ſemper volubili in inferno inter ſerpentes impoſitus eſt. De *Tityo* in f. od. 4. h. l. 18 V. p. 120 n. 17 Inde proverb. *in pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.* 19 Lyden vult iſtis exemplis perterreri ne in ſe læva eſſe pergat. Digreſſio, in qua perſeverat porro ac deſinit ita, ut nec ad ſuum redeat negotium, poëtæ (qui & delectare tantum ſæpe cupit) non male convenit. Talis eſt ode 27 h. l. Pindarus in digreſſionibus iſtis totus & mirificus eſt. In oratore aliud eſt, is cum auditores delectatione ſatis perfuſos intelligit, recipit ſe, & ad ſuam cauſam revertitur. 20 *Sera* i. e. lenta, duraque fata.

Quæ manent culpas etiam ſub Orco [21].
Impiæ (nam quid potuêre majus
Impiæ?) ſponſos potuêre duro
Perdere ferro.
Una de multis face [22] *nuptiali*
Digna [23], *perjurum fuit in parentem*
Splendide mendax [24], *& in omne virgo* [25]
Nobilis ævum:
Surge, quæ dixit juveni marito [26]
Surge, ne longus tibi ſomnus [27], *unde*
Non times, detur: ſocerum, & ſceleſtas
Falle ſorores [28].
Quæ velut nactæ vitulos leænæ
Singulos [29], *eheu! lacerant: ego illis*
Mollior, nec te feriam, nec intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſævis oneret catenis [30],
Quod viro clemens miſero peperci:

Me

21 V. p. 88 n. 21, 22 Hypermneſtram commendat, (licet alii Berycen ei adjungant) ut hac laude Lyden ad eam imitandam invitet. 23 Matrimonii honore. Fax ſponſæ præferebatur cum veſperi ad ſponſum deduceretur. 24 Promiſerat cum aliis ſororibus patri Danao (cui a genero mortem illatum iri prædictum fuerat) ſe maritum quoque ſuum occiſuram. At Lynceus effugit, Danaümque ſocerum necavit & Argivum regnum invaſit. *Mendacium* hoc honeſtum ac miſericors Cic. dicit pro Lig. c. 9. & Quintil. id *dicere ſapientiſſimo quoque aliquando conceſſum* eſſe ait, & Plato imperium habentibus ut medicis illud permiſit 3 reip. p. 611. Auguſtin. tamen & Schola eum ſecuta contra docet. 25 *Virgo* manſiſſe Hypermneſtra dicitur, votumque perpetuæ virginitatis feciſſe, quod cum Lynceus ei ſervaſſet, incolumem eum præſtitit. Aliter *virgo* etiam pro nupta ſumitur. 26 Lynceo. 27 Mors. Somnus enim mortis frater apud Heſ. 28 Fuga celeri elude prava ſororum mearum conſilia. 29 Unaquæque ſuum. 30 Nota מדי, conjugiſque in maritum amorem, a quo hic amplificatio. Accidit vero ut a patre arcto teneretur carcere, uti eſt in 14 Heroïd. epiſt. Hypermneſtræ ad Lynceum, additque Pauſ. in Cor. patrem quoque filiam coram judicibus auſum accuſare.

Me vel extremos Numidarum in agros
Classe relêget 31.
I, pedes quo te rapiunt, & auræ,
Dum favet nox, & Venus 32 *: i secundo*
Omine, & nostri memorem sepulchro
Sculpe querelam 33.

31 Mittat me in barbaras maxime oras. *Numidia* Masiniſſæ nomine tantum clara, & præter marmor ferasque nil præclari habens, vocatur hod. *Biledulgerid.* Inter relegationem, exilii in certum locum determinationem, & inter exilium, nulla hic differentia est. 32 Dum nox & meus in te amor sinunt, seu terra seu mari fuge. Epod. 16 *Ire pedes quocunque ferunt, quocunque per undas Notus vocabit, aut protervus Africus.* 33 In sepulchro scribe querelam super me. At ubi, nisi in cenotaphio. Sed non Ovid. hanc crucem sibi posuit d. l. ut hic Dacier. Ipsa d. l. dictat, *Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa: Scriptaque sint titulo nostra sepulchra brevi. Exul Hypermnestra pretium pietatis iniquum, Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.*

OD. XII. AD NEOBULEN.

Hæc ode numerum magis habere videtur, quam mensuram. Confirmat eâ Neobulen in amore erga Hebrum adolescentem habilem elegantemque contra objurgationes patrui sui.

Miserarum est 1 *neque amori dare ludum* 2,
Neque dulci mala vino lavere 3, *aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ* 4.

Tibi

1 Cum Neobulen patrui reprehensiones vult spernere, ac nihilo segnius Hebrum amare (quod hac oda unice agitur) nemo melius explicet, quam versus qui ceu tabula e naufragio salvus est elegantis poëtæ Corn. Galli in senem, *Turpe seni vultus nitidi, vestesque decoræ, Atque etiam est ipsum vivere turpe senem. Crimen amare jocos, crimen convivia, cantus. O miseri! quorum gaudia crimen habent.* 2 Indulgere, obtemperare. Plaut. Bacch. *Ego dare me ludum meo gnato institui, ut animum obsequium sumere possit. Æquum esse puto, sed nimis nolo desidiæ Eum dare ludum.* 3 Locus communis est, vinum esse λυσιπόνον ægritudinisque præsentem medelam. Et vel ipsa S. S. Scriptura teste, *deum hominesque exhilarat*; *Deum*, scil. in sacrificiis. 4 Mori præ metu objurgationum patrui, quem Neobule, ut puto, vere habuit: licet proverbio locum fecerit patruorum severitas major plerumque quam patrum. Pers. sat. 1 v. 11 *Cum sapimus patruos.* Hor. Sat. 3 l. 2 *ne sis patruus mihi.* Cic. pro Cœl. *qui in reliqua vita mitis esset . . . fuit*

Tibi qualum Cytherea puer ales
Tibi telas, operoſaque Minerva
Studium aufert 5, *Neobule, Liparæi nitor Hebri* 6,
Eques ipſo melior Bellerophonte 7,
Neque pugno, neque ſegni pede victus,
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis 8:
Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege cervos jaculari 9, *&*
Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum 10.

in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter: objurgavit M. Cœlium, ſicut neminem unquam parens. Et Cic. Marci filii, ut videtur parum memor, de Quinto fratris filio ad Atticum ejusdem avunculum l. 10 ep. 6 *vellem ſuſcepiſſes juvenem regendum; pater enim nimis indulgens quicquid ego aſtrinxi relaxat. Si ſine illo poſſem, regerem, quod tu potes.* 5 Amor, Cupido, cauſa eſt, cur homines ſtudia ſua deſerant: Neobule linquit qualum, *(deſpin of brei korv)* telam ſeu textrinam, & lanificii ſtudia, quibus præeſt Minerva. V. Ovid. metam. l. 6 init. &c. Didone captâ, *Pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes.* De imitatione Sapphûs hoc loco non tam felici V. Il. Voſſ. Priap. quod Catulli eſt primum. De *Cytherea* p. 13 n. 5. 6 Elegans adoleſcens Hebrus e Lipara inſula Æolia ſupra Siciliam. 7 Veteres, & maxime Græci, orationem vel conſtructione verborum, vel intellectu congruam eſſe voluere. Dici nequit quam late hoc pateat. Hac ratione Horatium hic ſana; cum non poſſit dici *nitor Hebri* (pro Hebrus) *eques melior Bellerophonte*; non magis quam, *vis Herculis erat melior imperator quam Theſeus*, ut Faber notat. Καχέζηλον qui Horatium proinde vocant, ipſi videant ne pro Gallica ſua lingua tales dici mereantur, quando tanto in dies conatu optimis auctoribus pretium minuunt. V. p. 127 n. 2. De *Bellerophonte* (quem Plin. alt auctorem equitandi) v. p. 57 n. 23. 8 Pugilatus, curſus, equitatus, natatus Romanis in laude erat, & ad amores quoque faciebat, ut not. 18 p. 165. Verſus hi ordine & ſenſu recte conſtant. Natatus erat exercitiorum ultimum. Barth. in cod. 900 ann. Meti invenit, *Ter undi Tranſnanto Tiberim ſomno quibus eſt opus alto.* V. od. 8 l. 1. 9 Hebrus venator quoque ſolers ſagaxque. *Cata dicta poëtarum in Priapum* (quem titulum ante luſus Priapeos vidit Mediolani Il. Voſſ.) ſunt *acuta dicta. Cervi* turmatim per apertos campos vagantur. Virg. 3 Æn. *confertoque agmine cervi.* 10 Velox opprimere aprum abditum virgulto *arto* ſeu denſo, ſeu *alto* ut Hom Il. λ. in med. βαθείης ἐκ ξυλόχοιο i. e. ex arborum longo receſſu. Excipere venatoria vox.

O D.

OD. XIII. AD FONTEM BLANDUSIAM.

Nihil purius hac oda, adeo ut ne fontem quidem ipsum Blandusiæ puriorem fuisse putem. Laudat lympharum perspicuitatem, murmur, opacitatem, frigus, viriditatem ut nemo non videre eum cuperet. Sacrificia fontibus ut diis facta vel hinc patet, simulque quod noto p. 3. n. 7 & p. 97 n. 11.

O fons Blandusiæ [1] *splendidior vitro* [2]
Dulci digne mero, non sine floribus [3]:
Cras donaberis hœdo [4]:
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem, & prælia destinat
Frustra [5]: *nam gelidos inficiet tibi*
Rubro sanguine rivos
Lascivi soboles gregis.
Te flagrantis atrox hora canículæ
Nescit tangere [6]: *tu frigus amabile*
Fessis vomere tauris
Præbes, & pecori vago [7].
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impositam ilicem

M *Saxis*

1 In Sabinis prope fundum Horatii. Duo hic notanda. 1 *Fons Blandusiæ uti flumen Galesi* non per Græcismum sic dici, sed illum esse deæ Blandusiæ, hoc vero Galesi dei. V. p. 97 n. 11 Secundò hinc vide cur pictores fluminibus majoribus deum, fontibus vero minoribusque fluviis femellam seu deam appingant. 2 Virg. *vitreis pellucidus undis.* 3 Ἀντάξιος digne cui vino sacrificetur floribus coronato: nam deam jam fecit. Calices, ministrosque fuisse coronatos, & sæpe vina ipsa, & sacrificia, notum. 4 Ovid. 3 fast. *Fonti rex Numa mactat ovem Plenaque odorati dîs ponit pocula Bacchi* Inde simul patet libatione vino facta in fontium margine pocula fuisse posita ad deos invitandos quo inde biberent scilicet ut p. 74 n. 2 dictum. Martial. l. 6 epigr. 47 porcam immolat Jantidi fonti. 5 Hædi, juvenci ad sacrificia cornibus & ungulis jam insignes maxime probantur in sacrificiis non solum profanis sed & sacris. V. Bochart. Hieroz. 1 l. 2 c. 29 Hor. lib. 3 od. 23. lib. 4 od. 2. 6 Diebus Canicularibus præ umbra tua æstum non sentis. *Hora* pro tempestate anni ut od. 12 l. 1. 7 Pascenti. Virg. ille *meas errare boves*. Epod. 2 *prospectat errantes boves*.

Saxis, unde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ [8].

8 Me prædicante ilicem cavis ſaxis impendentem unde fluis cum grato ſtrepitu, tu quoque unus nobilium fontium fies. Fontem laudaturi hinc & ex epiſt. 16 habent quod imitentur.

OD. XIV. LAUDES AUGUSTI, ET LÆTITIA OB REDITUM.

Suet in Aug. c. 20 & 21 auctor eſt duo tantum bella externa per ſe geſſiſſe Auguſtum; Dalmaticum, adoleſcentem adhuc, & Antonio devicto Cantabricum. Hujus gerendi cauſa profectus in Hiſpaniam Tarracone diu ægrotavit, rem interim per duces ſuos atque legatos feliciter gerens. Inde illo redeunte ad lætitiam invitavit pop. Rom. hac oda. Extant numiſmata in quibus ara cum verbis FORTUNÆ REDUCI, & FORTUNÆ REDUCI AUGUSTI.

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
Morte venalem petiſſe laurum,
Cæſar Hiſpana repetit Penates
Victor ab ora [1].
Unico gaudens mulier marito [2]
Prodeat [3] *juſtis operata divis* [4]:
Et ſoror clari ducis [5], *& decoræ*
Supplice vitta
Virginum matres [6], *juvenumque nuper*

Soſ-

1 o Romani, Cæſar, cum mortis periculo victoria in Hiſpania parta redit. Forte, ait Torrentius, Cæſare ibi ægrotante, perinde ac de mortuo, ſermo fuit, Herculis laborum finis mors in Oeta monte. Vel, Hercules Geryone victo in Latium venit; ſic & Auguſtus &c. *De Penat.* p. 91 n. 15. 2 Ad lætitiam invitat uxorem Auguſti Liviam, quod ad eam præcipue incolumis reditus ſpectaret, laudatque a pudicitia (quam didicit tamen apud Auguſtum, qui eam tres menſes ex alio viro gravidam duxit) uti & Dio l. 58 quod obvios quoſdam viros nudos, indeque reos majeſtatis periculo exemerit, dicens, apud caſtas illos nihil a ſtatuis differre. Vox *mulier* ut bene congrua v. p. 76 n. 19. 3 Supplicet ad deorum pulvinaria. 4 Facto prius domi ſacrificio diis tam juſtis, qui imperatori forti merentique incolumitatem ac victoriam dedere. Od. 4 l. 2 *Penates iniquos* dixit pro duris. 5 Octavia ſoror Auguſti, Antonii vidua. 6 Prodeant eu-

Sospitum 7. *Vos, o pueri, & puellæ*
Jam virum expertæ 8, *male nominatis*
Parcite verbis 9.
Hic dies vere mihi festus 10, *atras*
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras 11.
I, pete unguentum puer, & coronas 12,
Et cadum Marsi memorem duelli 13,
Spartacum si quâ potuit vagantem
Fallere testa 14.
Dic & argutæ properet Neæræ 15
Myrrheum nodo cohibere crinem 16:
Si per invisum mora janitorem
Fiet, abito 17.
Lenit albescens animos capillus

am matronæ Romanæ. Habitus matronarum supplicantium & sacrificantium peculiaris fuit: caput nempe & manus vittatæ erant. V. Alex. ab Al. l. 5 c 27, 7 Militum qui sospites rediere. V. p. 71 n. 25. 8 V. p. 138 n. 5. 9 De silentio in sacris. Ibid. n. 2 Muret l. *maled ominatis*, vel *malen ominatis*, quod vett. ad vitandum concursum vocalium fecere, ut ex *re* & *eo* fit *redeo*; ita & seq. vocali fit *alioquin*, *atquin*. V. observ. l. 15 c. 19 & l. 19 c 7. 10 *Hic meus est, dixere, dies.* 11 Bellum civile aut externum, Od. 15 l. 4 *Custode rerum Cæsare, non furor Civilis, non vis eximet otium.* Janum enim ter clausit, Suet. c. 22 Od. 5 l. 4. 12 V. p. 99 n. 8 &c. 13 In lætitiæ signis vinum præstans & vetus adhibetur, idque conditum in testis memorabili aliquo tempore, uti hoc, bello Marsico seu sociali ante 60 annos, cum Itali, initium facientibus Marsis duce Popedio, communionem civitatis a Rom. extorquere vellent. V. od. 20 l. 1. 14 Servi 16 fere annos post, duce Spartaco gladiatore celebri, libertatem efflagitarunt, totamque pervagati sunt Campaniam. Has turbas dum aliud quasi agens commemorat, laudat Augusti imperium. 15 Lætitiam augebant etiam musica & puellis arcessitis ad cantandum. 16 Moram non patitur poëta: dum enim moliuntur, dum comuntur annus est. Veniat modo Neæra comâ myrthei vel subflavi coloris, vel myrrhino delibutâ unguento nodo collectâ more Lacænæ od. 11 l. 2. De flava coma p. 90 n. 13. 17 Ni mox admittaris, redi. Morem servandi puellas disces ex Ovid. el. 6 l. 1 el. 2 l. 2 Amorum.

Litium, & rixæ cupidos protervæ [18].
Non ego hoc ferrem calidus juventa [19]
Conſule Planco [20].

18 *Lenior & melior fis accedente ſenecta.* Sen. *Tunc demum ſanæ mentis oculus acute cernere incipit, ubi corporis oculus incipit hebeſcere.* 19 *Non ferrem*, pro *tuliſſem*, (per enallagen temporis) ſed ira exarſiſſem, ut vectibus & armis expugnandi fores cauſam etiam quæſiſſem. V. od. 26 h. l. 20 A. æt. fere 24. Ad. od. 7 l. 1 melius intelligendam requirebat Dacier circumſtantias vitæ Planci noſcere. Habeat unam notabilem e Dionis l. 46 p. m. 360 edit. Steph.

OD. XV. AD CHLORIN.

Uxor pauperis Ibici [1],
Tandem nequitiæ [2] *pone modum tuæ* [3],
Famoſisque laboribus [4].
Maturo propior deſine funeri
Inter ludere virgines [5],
Et ſtellis nebulam ſpargere candidis [6].
Non, ſi quid Poloën [7] *ſatis*,
Et te Chlori decet: filia rectius
Expugnat juvenum domos [8],
Pulſo Thyas uti concita tympano [9].
Illam cogit amor Nothi

Illam

1 Vetulæ meretrices pauperculis miſeriſque, qualis hic Ibicus, nubebant. Jam vero nec ſenectus nec paupertas Veneri gratæ ſunt. Amat hæc virentem ætatem, ac ſaturitatem. 2 Impudentiæ. Aliter *nequam* pro inutili, Varro l. 9 de L. L. Mollius quid notat apud Cic: *jam me ipſum inertiæ nequitiæque condemno*, 1 in Catil. c. 2. 3 Al. *fige modum.* 4 *Labores famoſi* ſunt ctiſſationes illæ turpes difficileſque quales ſunt vetularum. *Famoſum*, Ciceronis ætate, & ante, malæ famæ vox fuit, Sequiores ſcriptores, Plin. aliique melioris fecere. 5 Saltare. Pub. Syr. *Annus cum ludit, morti delicias facit.* Hinc prov. in eos qui indecore quid agunt, *annus ſaltat*: Et, *annus cum ſaltat multum pulverem excitat.* 6 *Puellas nitidas* ſtellis comparat, & vetulam atræ nubi. Vel forte, quod *imminente luna* vetula ſaltaret cum puellis, ſic loquitur. 7 Filiam hujus vetulæ 8 Convenit magis filiam tuam juvenum domos etiam expugnare, & intrare, quam te ſaltare. Juvenum id quidem fuit (ut n. 19 od. præt.) ſed quis dubitet, quin & laſcivæ ſic fecerint. 9 Uti Thyas ſeu Bacchi ſacerdos, unde Bacchus *Thyoneus* od. 19 l. 2.

Lasciva similem ludere capreæ [10].
Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam [11], *non citharæ decent* [12],
Nec flos purpureus rosæ [13],
Nec poti vetulam fece tenus cadi [14].

Tympanum (prima brevi apud Catull. aliosque antiquos) fiebat e circulo seu cylindro concavo ligneo, ex pelle, quæ inducebatur, & circulo seu tintinnabulis æreis oram ambientibus. Cum tympano forte, ut e Bacchantibus una, Pholoë cucurrerat. Notandum quoque tympana & crotala pruriginis arma dici, & cantus ac saltationes ad Venerem incitare. V. Priap. lus. 26 ibique Sciop. 10 Amor Pholoës erga Nothum. Ludere hic Venereum est. Catul. *Ludite, ut lubet, & brevi Liberos date.* Horat. epist. ult. *Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti, Tempus abire tibi est.* V. & p. 93 n. 4 & od. 11 h l. 11 Tu vetula debes nere lanam. *Luceria* hod. *Lucera* est urbs Apuliæ Dauniæ, ubi Minerva, lanificii præses templum habuit. Meretrices vetulas lanâ & telâ victum quæritasse notum. Tib. *Nam quæ fida fuit nulli, post victa Senectâ Ducit inops tremula stamina torta manu.* Matronis Græcis hoc exercitium familiare facit Homer. V. Feit ant. Hom. l. 4 c. 3. 12 Citharistria apud Ter. pro meretricula. 13 Flos rosæ vivacis maxime, quæ pallidæ proprie opponitur. Hæc juvenculæ meretrici conveniebat & usitata erat; non vero aurea. Cic. 2 de invent. *Meretrix coronam auream ne habeto, Si habuerit, sacer esto.* 14 *Cadus* epotus ad fecem usque te vetulam non decet. Mos ergo juvenculis permisit ad fecem usque bibere in salutem sui suorumque. V. Theocr. idyll. 7. Matronis Rom. usus vini pridem ignotus, Val. Max. l. 2 c. 1. Si pro *nec* legas *sed* contrarius hic sensus est. Senectus enim bibax est. & inde proprie proverb. *aquilæ senectus.* Aquila enim senior rostro jam adunco nimis ut videtur & incommodo ad escam sumendam suctu magis vivit.

OD. XVI. AD MÆCENATEM.

Maximam esse auri potentiam ostendit: Sed illi vitæ tranquillitatem & mediocritatem anteponit.

Inclusam Danaën [1] *turris ahenea* [2],

1 Ab exemplo incipit, propositio sequitur, *Aurum per medios ire satellites* &c. Ita poëtæ solent. *Danaë* Acrisii Argivorum regis filia inclusa fuit arctæ custodiæ, quod is oraculo erat monitus se occisum iri ab eo qui ex ea natus esset. At Prætus, Acrisii frater custodes & ipsam Danaën corrupit, Perseumque ex ea suscepit. Auro conciliante cum id factum sit, fingunt poëtæ Jovem (cujus 12 metamorphoses & furtivi amores noti sunt, unde & prov. *Jupiter omnium mulierum*) in aureum imbrem, seu nivem auream versum in Danaës sinum defluxisse. 2 *Ferrata domus.* Propert.

Robuſtæque fores, & vigilum canum [4]
Triſtes excubiæ [5], *munierant ſatis*
Nocturnis ab adulteris [6],
Si non Acriſium, virginis abditæ
Cuſtodem pavidum [7] *Jupiter, & Venus*
Riſiſſent [8]: *fore enim tutum iter, & patens* [9],
Converſo in pretium [10] *Deo.*
AURUM per medios ire ſatellites [11],
Et perrumpere amat [12] ſaxa, potentius
Ictu fulmineo [13]. Concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demerſa excidio [14]. Diffidit urbium
Portas vir Macedo [15], & ſubruit æmulos

Reges

3 Munitæ, firmæ. *Robuſtæ arcæ* Feſto ſunt *roboreæ*. 4 *Canis* animal vigilantiſſimum. *Quis fidelior comes? Quis cuſtos incorruptior?* Rarum quod canes dormientes Capitolium ſilentio ſuo prodiderunt, quod & Liv. l. 5 notat. Et præter naturam ſomnolenti dicuntur, ut Bochart. in Eſai. c. 56 v. 10. Epirotici canes ad cuſtodiam mole corporis, robore, & celeritate commendabiles; inde prov. *Epirotico cane vehementior*, 5 Ariſtoph. Moloſſos vocat *mormoluceia* i. e. terriculamenta *mæchorum*, 6 Amatoribus. Pag 53 n. 8. 7 n. 1. 8 Inde hæc fabula in lupanari ut libidinis flabellum pro tabula picta eſt. Ter. Eun. a. 3 ſ. 5. Propert. 2. 6. 9 Sc. ſciebant. Ita Sall. aliique ſolent loqui. 10 In aurum. Plin. 34. c. 8 de ſtatua Alexandri per Neronem inaurata. *Dum cum pretio periiſſet gratia artis, detractum eſt aurum.* 11 Poëta Græcus χρυσὸς ἀνύσει πάντα, κ' ἀΐδδε πύλας, & Pind. πλοῦτον εὐρυσθένη *Plutonem late potentem* vocat. 12 *Amat* pro *ſolet*, poëtice. Quintil. 9. 3 ut inſolens & novum id notat, *Ex Græco*, ait, *tranſlata Salluſtii plurima, quale eſt, Vulgus amat fieri.* Cic. eique æquales non ita loquuntur, ſed ſecundi ordinis ſcriptores, ut Plin. *palma toto anno bibere amat.* 13 Philoſophi ajunt fulmen non penetrare terram ultra 5 pedes, aurum vero findit montes uſque ad radices. Plin. l. 33 init. 14 Amphiaraï, Argivi vatis familia, ipſe ſc. & liberi & uxor extincti ſunt hujus ſolius avaritia: nam monili aureo corrupta viro ſuo perſuaſit ut iret contra Thebas, licet ſciret ſe ſuoſque ibi perituros. 15 Philippus Rex Macedoniæ, cum quis arcem diceret invictam, rogabat, num ad eam aſinus auro onuſtus poſſet accedere; eoque mercator Graciæ prius fuit quam victor. Sic accepit illud Apollinis Ἀργείοις κόσσοισι μάχη, καὶ πάντα νικήσεις. Pecunia ergo pro ariete teliſque uſus eſt. Votum Pontii Samnitis, ut ad illa tempora fortuna ſe ſervaret, cum Romani dona accipere cæpiſſent. Cic. 2 offic.

Reges muneribus [16]. Munera navium
Sævos illaqueant duces. [17]
Crescentem sequitur cura pecuniam,
Majorumque fames [18]. Jure perhorrui
Late conspicuum tollere verticem [19],
Mæcenas, *equitum decus* [20].
Quanto quisque sibi plura negaverit,
A diis plura feret [21]. Nil cupientium
Nudus castra peto [22], & transfuga divitum
Partes linquere gestio:
Contemtæ dominus splendidior rei [23],
Quam si, quidquid arat non piger Appulus [24],
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops. [25]
Puræ rivus aquæ, *silvaque jugerum*
Paucorum, *& segetis certa fides meæ*,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit, *sorte beatior* [26].

16 *Auxilium inferioribus ferendo*, *victos pariter victoresque subire regiam servitutem voluit.* Just. 8. 1. 17 Mari etiam auri ingens vis est. ibi feroces illi duces auro illaqueantur. Exemplo sit Menas, epod. 4. 18 Mala pecuniæ exequitur. Illa avaris quidem est τέλος *finis* actionum, sed non τέρας *terminus*. Juven. *misera est magni custodia census. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.* 19 Cum *a parasitica* Mæcenatis *mensa ad regiam accedere*, *Augustumque in epistolis scribendis adjuvare recusavit.* Suet. in vit. Hor. 20 Dio l. 55 de eo narrat, cum plurimum apud Augustum posset, *adeo ut ab eo multis honores & magistratus impetraret*, *tamen animo nihil elatus in equestri statu vitam exegit.* 21 Epicuri sententia. Is rogatus qua quis arte ditesceret, *Nonsi præsentibus adjecerit*, inquit, *sed si multa ex iis quibus uti solet*, *detraxerit.* Menag. in Laërt. l. 10. 120. 22 Allegoria. Juv. 14 v. 311 *Sensit Alexander testa cum vidit in illa Magnum habitatorem*, *quanto felicior hic qui Nil cuperet*, *quam qui totum sibi poscevet orbem. Passurus gestis æquanda pericula rebus.* 23 *Rei contemtæ* sc. aliis. Canter ex Acr. & Porph. *contentæ* i. e. contractæ, l. 4 Nov. lect. c. 2. 24 Appulia fertilis erat, & Appuli laborioſi. Epod. 2 *Perusta solibus Pernicis uxor Appuli.* Lucan. *Impiger Appulus.* 25 Oxumoron, ut *inopem me copia fecit.* Pub. Syr. *Tam deest avaro quod habet*, *quam quod non habet.* 26 Rivus aquæ,

Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes [27],
Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora
Langueſcit mihi [28], *nec pinguia Gallicis*
Creſcunt vellera paſcuis [29],
Importuna tamen pauperies abeſt [30]
Nec, ſi plura velim, tu dare deneges [31].
Contracto melius parva Cupidine
Veſtigalia porrigam [32],
Quam ſi Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem [33]. MULTA petentibus
Deſunt multa [34]. Bene eſt, cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu. [35]

ſylva paucorum jugerum, & certa fides ſegetis eſt ſorte beatior, plus valet, quam rex fertilis Africæ ſeu Libyæ novit. Loquitur de fundo ſuo & fonte Blanduſiæ. 27 Licet dives non ſim, nec mel, nec vina, nec oves poſſideam, tamen paupertatem non ſentio. 28 Non eſt mihi vinum Formianum, quod ſervem dum ſenio matureſcat. Læſtrigones olim Siciliam, dein Formias, Campaniæ urbem incoluere. L. 1 od. 20. 29 Non habeo greges lanigeros in pinguibus Galliæ ſc. Transpadanæ paſcuis. Plin. 8. 48 *alba* (lana) *Circumpadanis nulla præfertur.* 30 *Paupertas importuna* eſt, & quaſi portu carens, cum & ridiculos faciat; Juv. *quis majore cachinno Ridetur quam pauper Apitius*, & cognatis quoque eſt deſpectui, Ter. Phorm. 2 1 2 *Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens. Negligitur ipſa.* Hanc a ſe arcet, licet nudus nil cupientium caſtra modo petierit, n. 22. 31 Agro Sabino Mæcenas Horatium donarat. Od. 18 l. 2. 32 Cupiditate in ordinem redacta melius *porrigam* ſeu *extendam parva vectigalia* ſeu *provincias, quam ſi* &c. Ita od. 21. 2 *Latius regnes avidum domando Spiritum quam ſi Libyam remotis Gadibus jungas.* Qui de ſolutone vectigalium, ut Dacier aliique, hæc explicant non attendunt ad Horatii, fundique ejus conditionem, & unde vectigalium eſſet ſolutio, & ad verba ſeq. 33 Ditior ero cupiditate coërcita, & ad pauca redacta, quam ſi Crœſi Alyattis filii regnum Lydium cum Mygdonia ſeu Phrygia junctum continuata poſſeſſione obtineam. Faber legi vult *Alyattii*; nam a Laertes eſt Laërtius, non Laërtiacus &c. 34 *Si cui ſua non videntur amplisſima, licet totius mundi dominus ſit, tamen miſer eſt.* Sen. ep. 9 de Epicuro Stilponem ſic objurgante. 35 Pag. 167 n. 3. p. 140 n. 20.

OD. XVII. AD ÆLIUM LAMIAM.

Hac ſimplici elegantique oda monet Lamiam, cujus nudum nomen non ponit, ſed, ut ſolet, cum decore aliquo conjungit, ut diem craſtinum, qui pluvioſus fore videbatur, hilariter tranſigat.

Æli

Æli[1], vetuſto nobilis ab Lamo[2],
Quando & priores hinc Lamias[3] ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos[4]:
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps[5], & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lyrim
Late tyrannus[6]: cras foliis nemus
Multis, & alga littus inutili
Demiſſa tempeſtas ab Euro
Strenet[7]: aquæ niſi fallit augur
Annoſa cornix[8]: dum potes, aridum
Compone lignum[9]: cras genium mero

1 Hic bello Auguſti Cantabrico præfectura & bellicis rebus inſignis. Ælíorum familia tam fuit celebris, ut Juv. Sat. 6 v. 384 ſcribat, *quædam Lamiarum*, pro matrona priſcæ nobilitatis. Quin ab illa Antonini impp. venere. 2 *Lamus* eſt Neptuni filius. Euſtat. 3 A Lamo ſunt *Lamiæ*, ſeu Lamides 4 *Faſti* ſunt libri in quos res annuatim geſtæ referebantur. 5 *Lamus* conditor & Rex fuit Læſtrigoniæ, poſt *Formiæ* ſeu *Hormiæ* qu. ab ὁρμὴ dictæ a Laconibus illius inſtauratoribus. Ita Hom. & Strabo componendi. Urbs a Saracenis a. D. 956 exciſa, nunc *Moja*, pagus elegans. 6 Cum dicit *Lamum late tyrannum tenuiſſe Lirim innantem littoribus Maricæ*, innuit illum totius Latii regem fuiſſe: Liris enim ſeparat Latium a Campania, & in littora ſeu ripas paludis, quæ *Marica* dicitur, effluit. *Tenere* hic eſt κρατεῖν rerum potiri. Εὐρυκρείτων *late tyrannus*, Homerus; qualem Virg. *late regem* vocat. 7 Nunc tempus eſt genio indulgere, cras mala erit tempeſtas quæ nudabit arbores foliis, & algâ littus implebit, adeoque in fundo verſantibus exire non ſuadebit. 8 Od. 27 *Imbrium divina avis imminentum*. Muret. l. 16 var. lect. c. 18 ab Euphorione hæc ſumta putat, ejus enim citantur hæc, ὑετόμαντις ὅτε κραυξὶς κορώνη. At nil notius quam cornicem crocitantem fœdam augurari tempeſtatem. Serv. in Virg. Georg. 1 v. 410 notat, ſi ter aut quater liquida voce crocitet, ſerenitatem indicat, *Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces Aut quater ingeminant:* At ſi plena voce & rauca, pluviam, ibid. v. 388 *Tum cornix plena pluviam vocat improba voce*. Plin. l. 18 c. 35 hyemem præſagiunt *cum terreſtres volucres contra aquas clangores dabunt perfundentes ſeſe, ſed maxime cornix*. Nota Prov. *cornice vivacior*. De ætatibus animalium v. eidull. Auſ. 18. 9 Lamia in fundo erat, Hor.

Curabis, & porco bimestri,
Cum famulis operum solutis 10.

vult sicca satis ligna super focum large reponi, idque *dum potest*, seu licet. Ita alibi, *Donec virenti canities abest Morosa* Ut Crucq. lepidus est, cum his verbis Lamiam plus satis in luxum effusum, futurorumque negligentem hoc joco serio moneri credit, ut reservet sibi unde sequiori tempore nobilissimæ domus splendorem tueri possit Adeo aranearum telas subtilitate sua vincere Crucquius solet. 10 Cras genio indulgebis, convivium vino & porcello duorum mensium cum servis otiosis instituens. *Curare genium* hîc non est natalem diem celebrare, (non enim mactabant victimas aut sanguinem fundebant illo die quo vitales auras hauserant) sed se exhilarare cum famuli ab opere (ut hyeme, & Decembri maxime solent) cessant. Proprie *Genius* Δαίμων, qui jam inde a genitura hominum curam habet. Offerebantur ei quotannis flores & vinum. Inde *genialis* pro læto, *poculum boni genii* pro lætitiæ poculo post convivium, *indulgere genio*, & contra, defraudare genium.

OD. XVIII. AD FAUNUM, ut sibi propitius sit.

Faune 1, *Nympharum fugientum amator* 2,
Per meos fines, & aprica rura
Lenis incedas 3, *abeasque parvis*
Æquus alumnis 4:
Si tener pleno cadit hœdus anno 5:

Lar-

1 *Faunus*, Græcis Pan, potestatem in agros & sylvas habere putabatur. Huic bis in anno ineunte vere, 13 Febr. cum in Italiam redire credebatur, & Nonis i. e. 5 Dec. sub ejusdem abitum in Arcadiam, sacra fiebant, quibus hæc ode decantari potuit. Notum iis temporibus terram in Italia aperiri & claudi. 2 *Faunus*, Sylvanus, Satyri, & id genus agrestium deorum, caprinis pedibus & salaces, unde *Inui*, *Incubi*, *Succubi* finguntur. Quin Faunum eundem cum Priapo credidit antiquitas, quem non Nymphas solum, Dryades, & Hamadryades, verum formosos etiam pueros sectari prodiderunt, & arrectis pudendis effinxerunt. 3 Precatur ut Faunus (quem Porph. pestilentem & inferum deum vocat, & Theocr. πικρὸν, Καὶ οἱ αἰεὶ ἀρημῖται χολαὶ ποτὶ ῥίνὶ καθηνται) sibi parcat, decedens fundo suo Sabino, *aprico*; ut *cujus dextrum latus aspiciat Sol*, *Lævum discedens*, epist. 17 l. 1 V. omnino p. 40 n. 3. 4 Deprecatur a tenello pecore frigoris mala. *Alumni* vox hic passive rectius accipiatur: Sed & active sumi, certum est, quicquid obstrepat Jos. Castalio in f. var. lect. v. inf. de art. poët. v. 239. 5 Si te sacrificiis honoramus, infestus esse non debes.

Larga [6] *nec desunt Veneris sodali*
Vina craterae [7] *: vetus ara* [8] *multo*
Fumat odore [9] *:*
Ludit herboso pecus omne campo [10] *,*
Cum tibi Nonae redeunt Decembres [11] *:*
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus [12] *:*
Inter audaces lupus errat agnos [13] *;*
Spargit agrestes tibi silva frondes [14] *:*
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram [15] *.*

Haec deos movendi ratio frequens est. De παραλατρεία v. Bochart. 6 Repete Tὸ *Si*. 7 Vinum in omnibus fere sacris adhiberi solitum. Hic *crateram Veneris sodalem* vocat, ut sup. *Hebrum hyemis*: nam *vina parant animos Veneri*, & Ἀφροδίτης γάλα *lac Veneris* dicitur. 8 Ovid. *aras fumosas* vocat. Fauni cultus in Italia antiquissimus. Fuit is rex Aboriginum primus, Latini pater. 9 Thure. 10 Celebritatem festi Fauno diēi amplificat, cum pecus etiam tum exultim ludere dicit; nec opus repeti Tὸ *Si*. 11 n. 1. 12 Pagani & boves ab opere cessant festis, vel ex jussu etiam divino. Risum hic debuit Robortello Muretus, cum libro, ut ait, Pataviō sibi misso pro *pagus* corrigit *pardus*; quasi in Italia pardi sint uti in Africa & Syria. Ita magni viri Musis saepe plorantibus quisquilias colligunt. V. Robortell. rat. corrig. ant. 13 Amplificatio. Agni, Fauni praesidio freti, lupum non metuunt, seu potius rustici eum hoc ejus festo non curant. Lupus inter oves, pacis, & alacris voluptatis in sylvis & rure emblema est apud sacros aliosque scriptores. V. Bochart. Hieroz. I l. 2 c. 47. 14 In signum laetitiae ex dei adventu poëta fingit arbores foliis se nudare, eaque Fauno substernere: cum id mense Decembri sponte fiat, vel rustici strata illa frondea vel herbea tum solerent facere. Lucret. de Venere, *Tibi suaves daedala tellus Summittit flores. Tibi rident aequora ponti. Placatumque nitet diffuso lumine caelum.* 15 Proterve insultantes exhibet. Tib. l. 2 el. 1 *Agricola assiduo primum satiatus aratro Cantavit certo rustica verba pede.*

ODE XIX. AD TELEPHUM.

Licin. Murena augure facto, & in medio, ut videtur, convivio, Telephum de Graecis historiis multa narrantem poëta traducit ad sermones loco & tempori convenientiores. Constat oden factam ante an. R. C. 732 cum Murena ob conjurationem in Augustum necatus est.

Quan-

Quantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras [1], *& genus Æaci* [2],
Et pugnata sacro bella sub Ilio [3].
Quo Chium pretio cadum
Mercemur: quis aquam temperet ignibus.
Quo præbente domum, & quota
Pelignis careat frigoribus, taces [4].
Da Lunæ propere novæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ [5]: *tribus, aut novem*
Miscentur cyathis pocula commodis [6].

Qui

1 Numeras annos ab Iacho Argivorum rege 1 ad Codrum Athenienſium regem ultimum (i. e. 750 fere, ab Abrahamo ad Saulem) qui cum ex oraculo didicerat, victores fore eo in bello, quod cum Dorienſibus tum gerebant Athenienſes, quorum dux cecidiſſet, vili indutus habitu caſtra hoſtium adiit, militem jurgio laceſſivit, vulneratumque ad ſui cædem provocavit. Dorienſes hoc accepto ſponte ſe victos confeſſi abſceſſerunt. V. Juſtin. l. 2. V. p. 88 n. 19. 2 Quæ pertinent ad Jovem Æaci patrem, & poſteros, Peleum, Achillem, Pyrrhum &c. 3 E Virgil. Æn. 8 ſumtum, *Illic genus omne futuræ Stirpis ab Aſcanio pugnataque in ordine bella*, ſc. ab Hercule, Græcis, qui cepere Ilium ſeu Trojam; quæ *ſacra* dicitur, quod muri a diis ſint ſtructi, vel quod multa ibi templa, ibique *divum domus* eſſet, ut Virg. 2 Æn. ait. Ego *Sacram* dici putem *devotam, execratam*. V. od. 3 h. l. 4 Taces, quæ ad hilaritatem faciunt: quanti conſtet Chium, optimum illud Græcorum, vinum; quis balneum, ſcil. ante cibum, ut mos erat, parabit; vel quis *calidæ, gelidæque miniſter* erit. ut Juven. ait Sat. 5 nempe ad potionem; ubi & cujus in ædibus, & quota hora conveniemus in Pelignis, regione Italiæ montoſa, eoque frigida, (ubi forte Telephi fundus erat) & ligna ſuper focum large reponemus. *Pelignum frigus*, ut & od. 26 *Sithonia nix*, quin recte dici poſſint, non dubito. Frigidus potius & ineptus hîc ſit Dacier, qui inexcuſabile in his vitium videt. Si Petron. dixit *Frigidior Gallica hyeme*, & alii *Sarmaticum frigus*, quid vult amplius? Imo potius deſinat Latina verba ad Gallicam exigere barbariem. 5 Ode hæc ex tempore & ad menſam videtur facta: & jam poſt objurgationem ipſe ad hilaritatem poëta præit, poſcitque pocula, parum ſollicitus, ſi modo bibat, an novæ Lunæ, an mediæ nocti, an & Murenæ jam auguri (*opperwichelaer*) gratuletur. Plaut. Sticho, *Bene te, bene nos, bene vos, bene me, bene noſtram etiam Stephanium*. V. p. 167 n. 11. 6 Tri-

Qui Muſas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. Tres prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis juncta ſororibus [8].
Inſanire juvat [9]. *Cur Berecynthiæ*
Ceſſant flamina tibiæ [10]:
Cur pendet [11] *tacita fiſtula cum lyra?*
Parcentes ego dexteras
Odi [12]. *Sparge roſas* [13]. *Audiat invidus*
Dementem ſtrepitum Lycus,
Et vicina ſeni non habilis Lyco [14].
Spiſſa te nitidum coma,
Puro te ſimilem, Telephe, Veſpero,
Tempeſtiva petit Chloë [15],
Me lentus Glyceræ torret amor meæ [16].

bus, ob tres Gratias, vel novem, ob Muſas, commodis ſeu convenientibus poculis poſcit. Auſ. *propter mediam noctem & novam Lunam, & Murenæ auguratum ternos ter cyathos attonitus petit vates. Ter bibe, vel toties ternos: ſic myſtica lex eſt.* 7 Horatius *Muſas amans, attonitus*, Phœboque plenus, novem cyathos vult bibere. Mart. *ſobrius nil poſſum, bibenti Occurrunt quindecim poëtæ.* 8 Gratiæ tres hauſtus tantum concedunt. V. p. 62 n. 6. 9 Hor. vult novies bibere. Ita enim multivolus eſſe ſoler. 10 Cur Phrygiæ tibiæ ceſſant quæ in compotationibus uſitatæ erant. Βρύες, Βέρεκες, Βερεκύντες Phryges ſunt apud Strab. Heſych. Steph. V. p. 43 n. 18 & epod. 9. 11 A clavo, ἐκ πασσάλου, Pind. 12 Odi remiſſas, ceſſantes, avaras, in ludendo, vel promendo vino manus. 13 P. 73 n. 15. 14 Audiat Lycus ſenex ut nos bacchemur. De Senibus p. 175 n. 1. Audiat vicina, Lyco nimis juvencula uxor, ut nos inter nos vivamus. 15 Hilarior jam factus in amore totus eſt ac deſinit. Chloë matura te, Telephe, denſa tua coma pulchrum, & ſplendentem inſtar ſideris veſpertini, cupit. Tenues crines turpes ſunt in utroque ſexu. Lucian. dial. meret. Suet. in Galb. c. 12 ibique Caſaub. 16 Virg. *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.* Hor. *lentis penitus macerat ignibus.*

OD. XX. IN PYRRHUM.

Acro & Pophyrio oden hanc allegoricæ explicant. Pyrrhus iis eſt Epirotarum ille rex, qui pro Tarentinis contra Rom. pugnavit, lœna

leæna est Roma, catuli urbis principes. Quid nisi hoc sapere est? Crucq. ex eburnea porta somnium affert, cum de lena & pueris meritoriis ei abreptis interpretatur. Ego vero, si ulla auctores explicandi ratio constet, simpliciter ac proprie hæc accipio. Dissuadet Pyrrhum quendam ne avertat puerum a puella quem amabat, idque a metu, quem belle exaggerat.

Non vides quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gætûlæ catulos leænæ? 1
Dura post paulo fugies inaudax 2
Prælia raptor:
Cum per obstantes juvenum catervas
Ibit insignem repetens Nearchum 3:
Grande certamen, tibi præda cedat
Major 4, *an illi.*
Interim dum tu celeres sagittas
Promis, hæc dentes acuit timendos 5:
Arbiter pugnæ posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur 6, *& leni recreare vento*
Sparsum odoratis humerum capillis 7:

Qua-

1 Bella comparatio. Feminæ amantem subducere, est catulos leænæ eripere. Leæna robore & feritate leonem etiam superat. Gell. *Animalium acerrimum leæna, & audacissimum.* Idem vult Plut. tract. quod *bestiæ ratione utantur.* Catuli vero seu leunculi utrisque ferociores magisque bellicosi sæpe habentur. Ita Genes. 49. 9 *catulus leonis est Juda,* 2 Vox nova. V. art. poët. v. 55. 3 Spretis reliquis amantibus obsistentibus, scil. in via, unum repetet Nearchum. Medea apud Ovid. *Iræ animus mediæ suadebat in agmine turbæ Raptaque compositis demere serta comis. Vix me continui, quin sic laniata capillos, Clamarem, meus est, injiceremque manus.* Seu *Nulla vis flammæ tumidique ferventi Etnæ, nec teli metuenda torti, Quanta cum conjux viduata tedis Ardet & odit.* 4 *Major* pro *magis.* Vel an tibi sit amari dignior, quam illi. 5 Dum tu omni ope laboras in puero tibi retinendo, (ut pæderastæ furiosius etiam amant) illa rabiem in te, leænæ instar, parat. Juven. *continuo sic collige, quod vindicta Nemo magis gaudet quam femina.* Epigr. Græc. πάσα γὰν χόλος ἔστι. Sen. *Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta Minus est timenda.* 6 Narrant Nearchum jam tum cum raperetur, uter vestrum vinceret, sui feciisse plane arbitrii, uti sunt ea quæ pedibus nostris iisque nudis sunt subjecta, quæ & parvi facere solemus. 7 Tam nihil ad se pertinere, ut, dum vos inter vos pugnatis, flabello

Qualis aut Nireus fuit 8, *aut aquoſa*
Raptus ab Ida. 9

ventulum ſibi faciat, odoratamque comam leniter diffundat V p. 95 n. 20. p. 110 n. 14. 8 Nireus, Rex Naxi, Græcorum poſt Achillem pulcerrimus. 9 Periphraſis Ganymedis, qui a Jove raptus in monte Phrygiæ Ida. Virg. *intextuſque puer frondoſa regius Ida.* Dicitur *aquoſa*, ob ſcaturigines & fontes inde manantes; Homero πολυπίδακος.

OD. XXI. AD AMPHORAM.

Corvino jubente promit amphoram, ut ea illum excipiat. Magis tamen ut ingenium exhilaret hac ad amphoram allocutione facit.

O *Nata mecum conſule Manlio* 1,
Seu tu querelas, ſive geris jocos,
Seu rixam, & inſanos amores,
Seu facilem, pia teſta, ſomnum 2:
Quocumque lectum nomine Maſſicum
Servas 3; *moveri* 4 *digna bono die* 5.
Deſcende 6, *Corvino jubente* 7
Promere languidiora vina 8.
Non ille, quanquam Socraticis madet

Ser-

1 Factam ait amphoram eodem quo ipſe tempore, Coſ. L. Manlio Torquato a. v. c 688. Nota figulorum etiam nomina vaſis inſcripta olim fuiſſe. Petron. *Trimalcionis nomen in lancium marginibus inſcriptum erat.* Monſtravit id nuper D. Smetius, de quo p. 98 n. 23, & legeſis in antiq. Neom. p. 163. 2 Tribus verſibus vini enumerat effecta. Sive *tu querelas geris* amantum ſcil. Sive *rixas*, ut Lapitharum & Centaurorum hoc nomine jam meminit: *Sive jocos*, ut jocoſum Bacchum dicit alibi, *Sive inſanos amores*, quorum hic deus auctor eſt, & comes, Sive *facilem ſomnum geris* ſeu concilias. 3 Sub quocumque Coſ. vinum in te conditum eſt. De Prez verſ. 1 jam de vino accepit, ſed perperam. De Maſſico p. 3 n. 14. 4 *Moveri* vox ad ſacra pertinens, cum ſtatuæ die feſto producebantur. V. p. 43 n. 16. Convenit quod dixit *pia teſta*: niſi potius *moveri* dixit, quia in promendo cadus vertebatur, unde alibi non *anteverſo lene merum cado.* Ita nos lagenas tractamus. 5 Quaſi feſto, dum Corvinus viſere eum cupit. V. od. 20 l. 1. 6 Vina in Italia non in cellis ſubterraneis, ſed locis editioribus, ad maturitatem trahendam, condebantur. 7 M. Val. Meſſala Corvinus Coſ. fuit a. R. 722 & de Gallia a. 726 triumphavit. Hic a Tib. cultus eſt carminibus. 8 Matura ac mitia. V. od. 16 Tib. *vinum*

Sermonibus 9, *te negliget horridus* 10.
Narratur & priſci 11 Catonis
Sæpe mero caluiſſe virtus.
Tu lene tormentum 12 ingenio admoves
Plerumque duro: tu ſapientium
Curas 13, & arcanum jocoſo
Conſilium retegis Lyæo 14:
Tu ſpem reducis mentibus anxiis 15,
Vireſque, & addis cornua pauperi 16,
Poſt te neque iratos trementi
Regum apices 17, neque militum arma.
Te Liber 18, *&, ſi læta aderit, Venus* 19,
Segneſque nodum ſolvere Gratiæ 20,
Vivæque producent lucernæ,
Dum rediens fugat aſtra Phœbus. 21

annoſum dixit. 9 Licet Corvinus moralis philoſophiæ ſit peritiſſimus, quod eleganter & ad rem appoſite verbo *madere* expreſſit. De *Socraticis* V. od. 29 l. 1 & P. 166 n. 5. 10 *Horridus* v. p. 154 n. 41. 11 *Priſci* eſt ſeveri. Virg. in Copa, *Ah pereat cui ſint priſca ſupercilia.* Forte de Catone Cenſore hæc fingit, ut de Teucro feciſſe ſuſpicantur ad od. 7 l. 1. 12 Alia vini effecta notat. *Lene tormentum*, grata vis: Eſtque ὀξύμωρον. Tale eſt, γλυκύπικρον. *Concordia diſcors. Interopes inops.* Crux hic Crucquio debetur cum antiphraſi ſua, qu. *tormentum* pro lenimento dixerit. 13 Inde Cic. ait, *Nam & medicorum conſilium eſt unumquemque bis in menſe debere inebriari.* 14 *Lyæus*, Bacchus, a λύειν *ſolvere*. Prov. eſt *in vino veritas*, eoque mentes hominum, ut aurum & argentum igni, probari ait Theogn. 15 *Spes autem omnes res ſpiſſas facit*, ut vett. neſcio quis dicit. Hor. inf. *Spes donare largus.* 16 Inde Baccho affinguntur cornua. V. od. 19 in f. l. 2. 17 *Poſt te* nec reges tremit, eique regum potentia nulla major. Sic Æn. 9 Rhæcus *magnum ſe poſt cratera tegebat. Apex*, diadema, inſigne regium & ſacerdotale. Reges enim ſæpe etiam ſacerdotes erant. 18 Sic dictus Bacchus, vel quod liberos audaceſque faciat, ſeu quod is pro Bœotiæ libertate depugnarit. V. Plut. probl. 19 Venus voluptatis & elegantiarum eſt dea. 20 *Gratiæ*, Charites, ſemper lætæ junctiſque inter ſe manibus pinguntur. 21 Satis contines, o amphora, quo, non ut Cic. ait, *comburamus hunc diem*, ſed bibere totam noctem poſſimus.

O D.

OD. XXII. IN DIANAM.

Pinus Dianæ, cujus & luci sunt, dicatur. Causam qui hic vident aliam, quasi amica Horatii in difficili quodam negotio Dianæ opem fuerit experta, noctu lucidos quoque credo.

Montium custos, nemorumque virgo [1],
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis [2], *adimisque letho*,
Diva triformis [3]:
Imminens villæ tua pinus esto [4]:
Quam per exactos ego lætus annos [5],
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem [6].

1 *Montium custos*, incola. Ita Hom. φυλάσσειν, Æschylus ἔρεσιν pro *inhabitare* utuntur. Uti Diana est πολυώνυμος, multaque habet nomina, ita & varia ejus sunt munia. Catull carm. sec. *Montium domina ut fores, Sylvarumque virentium, Saltuumque reconditorum, Amniumque sonantium.* 2 Diana puerperii præses sub nomine Junonis Lucinæ, Ilithyiæ, & Genitalis. Estque numen naturale, Luna scil. Varro 4 L. L. *Luna nascentium dux . . . . parientes eam invocant.* Hinc Diana illa Ephesia πολύμαζος, *multimammia, multis & uberibus mammis exstructa.* V. Rigalt. in Min. Fel. 3 Lupa in cælo, Diana in terris, Proserpina apud inferos. Alii crescentem, plenam, & decrescentem lunam intelligunt. Ternarius numerus in sacris quoque usitatus est. Notandum est semel, deos omnes ad solem, deas ad lunam referri, ut docet Macrob. Saturnal. 1 c. 17 & 21. 4 Pinus esse solet Cybeles & Isidis. Sed Diana, Isis, Cybele, Venus, Ceres, unius numinis varia tantum nomina & attributa sunt. 5 Od. 18 dixit *pleno anno*. 6 Vovet quotannis se mactaturum *verrem meditantem obliquum ictum*, i. e. juniorem, qui obliquo dentium exertorum ictu studet lædere. Hesiod. de apro Τοῖσι δὲ τε λευκὸν ὀδόντα θαλερμώθεις acuit *album dentem obliquus.*

OD. XXIII. AD PHIDYLEN.

Videtur villicam suam monere, quæ plus nimis superstitiosa modum non servabat in offerendis hostiis, ut animum manusque integras potius servet.

Cælo supinas si tuleris manus [1]

1 *Omnium mortalium consensus* (ait Arist. de mundo c. 11) *regionem*

Naſcente Luna [2], *ruſtica Phidyle* [3],
Si thure placaris, & horna [4]
Fruge lares [5], *avidaque porca* [6]:
Nec peſtilentem ſentiet Africum [7]
Fœcunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem [8], *aut dulces alumni*
Pomifero grave tempus anno [9].
Nam quæ nivali paſcitur Algido
Devota, quercus inter & ilices:
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima, Pontificum ſecures
Cervice tinget [10]: *te nihil attinet*
Tentare multa cæde bidentium,
Parvos coronantem marino
Rore Deos, fragilique myrto [11].

Im-

mundi ſummam deo tribuit. Quamobrem omnes manus tollimus ſurſum inter vota concipienda. Quin & *ſupinas ad cælum cum voce manus* tollere, ut Virg. ait mos fuit. Palmis vero ad cælum verſis ſuperos, ad terram verſis inferos orabant. 2 Novilunio quod religioſum fuit ſacræ, & profanis genibus. Porphyr. de abſtin. l. 2 *Clearchum reſpondiſſe feſtos ſe dies celebrare, & ſtudioſe ſacrificium peragere, quod ſingulorum menſium debebatur Novilunio.* Tac. de Mor. Germ. *Cœunt niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit certis diebus, & cum inchoatur luna, aut impletur.* 3 φιλὴ παῖς parca; quod villicæ bene convenit. Rurſ. feminas curam ſacrificiorum offerendorum habuiſſe, docet Cato de R. R. 4 *Hornum* quod eſt hujus anni. Ὡρος *annus*; hinc ὥρι- & per ſyncopen *hornus*. 5 *Lares* familiares, ſeu Penates, (ſunt enim & cœleſtes) quorum ſigna canina pelle contecta cuſtodiæ gratia collocabantur in peno, in culinis circa focum, & in cavediis & penetralibus qua fumus exiret, aut ubi tutela eorum prodeſſe credebatur. V. *indic.* 6 *Avida porca* fœcunditatem notat. 7 Humidum & calidum. Juven. vocat *lethiferum*. 8 Ad rubiginem arcendam *Rubigus* deus, & *Rubigalia* feſta illi deo nota ſunt. 9 Nec catuli pecudum, agni, capreoli, ſentient peſtilentiam *anno pomifero*, ſeu anni parte pomoſa, Autumno. Ita epod. 2 *annus hybernus* pro hyeme. 10 Sumtuoſas victimas, quæ ad ſacrificia publica aluntur in monte Algido vel Albano, Phidylæ minus opus eſſe ait: illæ enim in majoribus ſacris adhibentur mactanturque a pontificibus. 11 Tu, ſi Lares corones rore marino, & myrto, non opus habes multas mactare pecudes. Græcum prov. eſt, *pauperum corona eſt tenuis*. Minuti illi *dii patel-*

Immunis aram si tetigit manus:
Non sumptuosa blandior hostia,
Mollibit aversos Penates
Farre pio, & saliente mica [12].

rarii, quod in patera iis sacra fierent, appellantur. Coronas pontificum, hostiarum, deorum, aræ v. apud *Pascal.* 12 *Etsi manus sine munere tenuerit aram, haud blandior erit, aut efficacius placabit Penates per majorem victimam, quam per religiosum ador & salcrepitans.* Prov. est, *mola salsa litare quibus victima non est.* Plin. præf. ad Titum, *diis lacte rustici multæque gentes supplicant, & mola salsa tantum litant qui non habent tura, nec ullis fuit vitio deos colere quoquo modo posset.* Origo vocis *aræ* olim *æræ* post *ansæ* sacrificantium aram tenentium morem notat. Et hic iterum patet profanam philosophiam se tulisse Christianæ parem, cum credidit deum, mentem purissimam, interni magis, quam externi cultus rationem habere. V. Lucæ c. 21. Jes. 1.

ODE XXIV.

Significat neminem quantumvis magnis divitiis, quas multum amplificat, mortem vitare posse. Videtur hanc oden ante od. 29 l. 1 & ex versu 26 certum etiam est, ante finem bellorum civ. & ante Augusti triumphos eoque 37 æt. Horatii anno esse factam. Notandum vero quam maxime, quo modo & qua felicitate tam sæpe idem transformaverit, ut hic de divitiis, de morte iterum agit. Et hæc notare, ad imitationem facit. V. arte poët. v. 128. 240.

Intactis opulentior
Thesauris Arabum [1], *& divitis Indiæ* [2],
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare Apulicum [3]:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Necessitas
Clavos [4]: *non animum metu,*

N 2 Non

1 V. od. 29 l. 1. 2 Orientalis Indiæ, cis & ultra Gangen. Strabo eam describit l. 15. 3 Licet ædificiis impleas utrumque Italiæ littus superi maris, quod est *Apulicum*, Adriaticum, & inferi, quod est *Tyrrhenum* seu Thuscum. Al. l. *Punicum*, Ponticum Crucq. omnium, stultissime *publicum*, cum stultiore nota, i. e. *late patens.* V. 141 n. 28. 4 Si *Necessitas* (quam deam facit, & clavis ornat, ut od. 35 l. 1) omnibus & ubique inevitabilem mortis vim afferat. Transl. a *clavis* quibus ad parietes templi quotannis fixis anni notantur. Hos Liv. cla-

Non mortis laqueis expedies caput [5].
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt [6], & rigidi Getæ [7]:
Immetata quibus jugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt [8]:
Nec cultura placet longior annua [9].
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius [10].
Illic matre carentibus
Privignis mulier temperat innocens [11]:
Nec dotata regit virum
Conjux [12] nec nitido fidit adultero [13].
Dos est magna, parentium
Virtus [14], & metuens alterius viri
Certo fœdere [15] castitas:
Et peccare [16] nefas, aut pretium [17] est mori.

O quis-

vos annales vocat. 5 Transl. ab aucupibus, qui aviculas laqueis decipiunt. Vel a servis laquearii, quorum pugna erat fugientes in ludo homines injecto laqueo impeditos consecutosque posternere. Retiarii huc non pertinent, ut Dac. tamen vult. V. Lipsii Saturn. 2 c. 13 & 8. V. od. 7 l. 4. 6 Scythæ in campo & plaustris vitam degentes (inde σκηνίται, νομάδες, ἀμαξόβιοι dicti) sapientius vivunt ac beatius, quam divites illi anxii cum operosis parumque proficientibus divitiis. Justin. l. 2. 7 *Hirsutos, squallidos, Scythicos* vocat Ovid. in Ponto. 8 *Scythis invet se nulli fines.* Justin. d. l. 9 Continuæ sedis dum incerti sunt, non plus colunt, quam unde unius anni fructum percipiant. 10 Unus enim alteri in laboribus annuis succedit. De Suevis idem fere narrat Cæs. init. l. 4 de B. G. 11 Ibi noverca parcit priviginis. De illis Callim. epigr. 12 quod Latine referam, *Serta puer cippo dabat officiosa novercæ, Mutasse ut vitam, sic ratus ingenium. Ille cadens miserum oppressit labendo. Novercæ Vos quoque privigni deinde cavete rogos.* V. indic. in *Tempero.* 12 *Intolerabilius nihil est quam femina dives.* Ideo ne dote imperium viri amitterent, Lycurgus virgines sine dote nubere jussit. Justin. l. 3. 13 Non credit se comto mœcho. 14 Hesiod. queritur, magnæ quidem esse curæ ut equos, canes, mulos boni generis quis habeat, sed idem haud difficulter ducit filiam vitio sorum parentum, dummodo dives sit. V. inf. od. 4 l. 4 v. 29. 15 Irrupta conjugii copula. 16 Mœchari. v. Indic. in *peccare.* 17 *Pretium*, μισθός,

O quiſquis volet impias
Cædes, aut rabiem tollere civicam [18]:
Si quæret, Pater urbium,
Subſcribi ſtatuis indomitam audeat
Refrænare licentiam
Clarus poſtgenitis [19]: quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus [20] invidi [21].
Quid triſtes querimoniæ,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt [22]: *ſi neque fervidis*
Pars incluſa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Duratæque ſolo nives
Mercatorem abigunt [23]? *horrida callidi*
Vincunt æquora navitæ.
Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis & facere, & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ [24].
Vel nos in Capitolium,

quin et ὀφείλιον pro *pœna*. Juven. *Ille crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema*. Paul. ad Rom. 6. 18 V. *argum*. 19 Qui vult *pater urbium*, *defenſor*, σώτηρ inſcribi, is *clarus*, ſeu ut al. *carus* poſteris audeat cupiditates comprimere. Auguſtus id meruit. V. od. 15 l. 4 Suet. c. 58. 20 E Græco hæc ſumta. V. Diog. Laërt. l. 5 ſect. 85. Infra l. 2 ep. 1 de Hercule, *diram qui contudit hydram Comperit invidiam ſupremo fine domari*. 21 *Invidi odimus, invidi quærimus*. Paterc. paulo aliter. *Præſentia invidia, præterita veneratione proſequimur. Et his nos obrui, illis inſtrui credimus*. 22 *Vanæ* ſunt *leges* niſi in mores transeant. 23 Si mercator nec a zona torrida nec a frigida terreatur, quominus eo lucri cauſa ſe conferat. V. od. 3. 24 Faber notam interrogandi vult poſt *arduæ*. *Paupertatem* vocat *opprobrium* pro vulgi opinione. Nam od. 12 dixerat, *Hunc, & incomtis Curium capillis Utilem bello tulit, & Camillum Sæva paupertas*, Alius, *Paupertatem bonæ Mentis ſororem*, vocat. At multis paupertas eſt ut lapis pedi alligatus, & aſſurgentia ingenia deprimit. Ita adoleſcens in embl. Alciati 120, *Ingenio poteram ſuperas*

Quo clamor vocat, & turba faventium [25]:
Vel nos in mare proximum [26]
Gemmas, & lapides [27], *aurum & inutile*,
Summi materiam mali,
Mittamus [28], *scelerum* [29] *si bene pœnitet*:
Eradenda Cupidinis
Pravi sunt elementa [30], & teneræ nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studiis [31]: *nescit equo rudis*
Hærere ingenuus puer [32],
Venarique timet [33], *ludere doctior*,
Seu Græco jubeas trocho [34],
Seu malis vetita legibus alea [35].

Cum

volitare per aures Me nisi paupertas invida deprimeret. V. & p. 184 n. 30.
25 Si opes obsint magis quam prosint, dedicemus eas potius Jovi rite ac solenniter: huc nos invitat acclamatio & applausus populi quæ istas dedicationes comitabantur. Capitolium reditibus & vectigalibus instructum fuit de publico, de principibus, & de privatis. Petron. *Ipse senator recti bonique præceptor mille pondo auri promittere solet Capitolino.* Suet. Aug. c. 30 *In cellam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties H. S. una donatione contulit.* Ita apud Reines. 1 inscr. 269 *Deo æterno Felicianus pro restituta valetudine adiculam cum adjuncto fundo, & ex eo annuo vectigali addicit.* 26 Ita Crates & multi Philosophi mersere divitias, ne ipsi ab iis mergerentur. O ridiculi! nullos ne ergo amicos habebant, quibus istas darent? Ita Alex. de Diogene jure ajebat. 27 *Gemmæ* sunt pellucidæ, lapides non. Ita & Jurisconsulti nostri observant. Græci sine distinctione λίθους dicunt. 28 Ideo *Lycurgus aurum argentumque velut omnium scelerum materiam sustulit.* Justin. d l. 29 Belli civilis, quod & od. 2 l. 1 sic vocat. Alia vitia non excludit. 30 Causam avaritiæ, divitias, scil. tolli vult. 31 De liberorum educatione & ad augustam puerilem consuetudine V. od. 2 h. l. 32 Juventus Romana & ingenua molliores Græcorum ludos docta nescit equitare. At hoc studium ut ad bellum utile magis eam decet. V. p. 22. n. 5. 33 Græci Romanique venationem ut rei bellicæ imaginem amarunt. Virg. de priscis Latinis, *Pinatu invigilant pueri, sylvasque fatigant.* Et infra epist. 18 v. 49 *Romanis solenne viris opus utile famæ Vitæque & membris.* 34 *Trochus* quadruplex est notus. Hic circuli ænei ferrejve impulsio forte intelligitur, quæ studium artemve aliquam requisivit. V. Meursii Græc. ludib. 35 Sponsionem facere non licuit nisi in quibus de virtute certamen sit, ex lege Titia, Publicia, & Cornelia, Alciat. dicit *tale-*

Cum perjura patris fides
Consortem socium fallat, & hospitem,
Indignoque pecuniam
Hæredi properet 36: *scilicet* improbæ
Crescunt divitiæ, tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei 37.

via V. l. 3 D. *de aleat.* At huic perdite adeo dediti fuere Romani, ut Ammian. Marc. l. 28 inter causas interitus prop. Rom. *aleam* numeret. Tac. de mor. Germ refert, *Tanto eos aleæ studio flagrasse, ut cum in pecuniam amplius non possent, in libertatem & corpus luderent.* 36 Interim pater perjurus corradit quæ potest a socio vel hospite, ut heredes relinquat divites. Societatis, & hospitii jura sancta olim fuere. Cic. pro Rosc. *Recte majores nostri eum qui socium fefellisset, in bonorum virorum numero habendum nullo modo putaverunt.* Virg. *Jupiter hospitibus nam te dare jura loquuntur.* 37 Infra, *Semper avarus eget, certum voto pete finem.*

ODE XXV. AD BACCHUM.

Hæc ode videtur præparatoria Augusti laudi.

Quo me, Bacche, rapis tui
Plenum 1? *quæ in nemora, & quos agor in specus* 2
Velox mente nova 3; *quibus*
Antris egregii Cæsaris 4 *audiar*
Æternum meditans 5 *decus*
Stellis inserere 6, *& concilio Jovis* 7?

1 *Bacchus* uti & Musæ & Apollo inspirat poëtas, non sic uti Ennius ad arma canenda venit, aut ut Alcæus lusit, aut Anacreon, cujus Musam vinosam vocat Ovid. aut Aleman, vel quo Sophocles Æschylum impulsum tragædias suas scripsisse notavit, cum dixit non ipsum sed vinum tragœdiarum auctorem extitisse, sed divina Bacchi inspiratione. V od. 19 l. 2. 2 Epist. 2 l. 2 *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes Rite cliens Bacchi.* 3 Sic epist. 12 *Dum peregre est animus sine corpore velox.* 4 Augusti inter mortales quasi unici. Porphyr. 5 Celeritas ergo, quam multi adeo jactant, aberat. De hac *infra.* 6 Ita cœlo insertum dicere, ut inseri adhuc videatur. Ita od. 19 l. 2 *Iterare mella,* pro ita describere, ut iterum labi videantur. Virg. Augusto locum inter sidera quærit, *Anne novum tardis sidus te mensibus addas, Qua locus Erigonen inter, Chelasque sequentes Panditur.* 7 Cœtui deorum. Jupiter in gravibus causis deos convo-

Dicam insigne, recens adhuc
Indictum ore alio: non secus in jugis
Exsomnis stupet Evyas 8,
Hebrum 9 *prospiciens, & nive candidam*
Thracen 10, *ac pede barbaro*
Lustratam Rhodopen 11. *Ut mihi devio*
Rupes, 12 *& vacuum nemus*
Mirari libet! ô Naiadum potens 13,
Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos 14;
Nil parvum aut humili modo,
Nil mortale loquar. Dulce periculum est 15,
O Lenæe 16, *sequi Deum*
Cingentem viridi tempora pampino 17.

eat & consulit- 8 Tali furore Augustum, illustre illud ac novum inauditumque decus dicam, ut Bacchæ, seu Bacchantes, Bacchi sacrificulæ Orgia canunt. *Exsomnis* vel somno excitatus, vel somno carens est. Noctu enim in montibus Bacchi sacra celebrabantur. *De Evo* v. indic. 9 Fluvius Thraciæ oriens e monte Rhodope non procul ab Adrianopoli, labitur in Ægæum mare e regione Samothraciæ. 10 Mela vocat, *Nec cælo lætam nec solo.* 11 Ibi ad celebranda Orgia Thraces conveniebant. 12 Al. l. *ripas.* 13 Bacchus præest Naiadibus, fluviatilibus Nymphis. An quod vinum aqua sit præstantius? 14 Et Bacchis præest, quæ Pentheum in abietem fugientem saxis petiverunt, post ipsam arborem radicitus concusserunt ac prostraverunt. V. Eurip. in Bacchis act. 4. 15 Grandia pollicitus erat dicere de Augusto quod periculosum sed Bacchi ope ac præsidio fretus. 16 Bacchi cognomen *Lenæus* a ληνὸς *torcular*, ληναία Dionysia seu Bacchica sacra. 17 Bacchus & ii quibus favet, coronari solent.

OD. XXVI. AD VENEREM.

Vixi puellis nuper 1 *idoneus,*
Et militavi non sine gloria 2:
Nunc arma 3, *defunctumque bello*

Barbi-

1 Ante 40 annum ætatis, ut videtur. V. in f. od 41 l. 2. 2 Ovid. *Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.* 3 Pulchra allegoria ex pluribus metaphoris. Nunc ut emeritus in templo Veneris funalia, vectes, ar-

Barbiton hic paries habebit:
Lævum marinæ qui Veneris latus
Custodit 4*: Hîc, hîc ponite lucida*
Funalia, & vectes, & arcus
Oppositis foribus minaces 5.
O, quæ beatam Diva tenes Cyprum 6, *&*
Memphin 7 *carentem Sithonia nive* 8,
Regina, sublimi flagello
Tange Chloën semel arrogantem 9.

cus, barbiton suspendam. Ita arti alicui qui renunciabat ejus instrumenta deo artis suæ præsidi dedicabat. Ita Vejanius arma ad postem Herculis, Entellus cæstus reponit. Quin tabulas naufragii, aut partis sanatæ effigiem Neptuno, & Priapo suspendi solebat ab iis qui periculum evaserant. V. l. 1 od. 6 in f. Priap. Ius. 38. 4 Arma suspendi vult, per eandem allegoriam ad sinistram Veneris marinæ quæ & Pelagia, πόντια, ἀιγενὶς, ἀφροδίτη. Notum illud *Orta salo, suscepta solo* &c. Lego apud Cic. 3 Catil. c. 8. statuas in Oriente prius collocatas, & occidentem spectasse, (credo quasi per errorem) tunc vero ad Orientem fuisse conversas. Horat. ergo ἀναθήματα hæc offerens precantium ritu Orientem versus & ad statuam spectare quasi voluit. Illa enim pars boni ominis erat. Et adorantes in Virgilii illud intendunt, *Aspice nos hoc tantum.* Ergo Dacier & De Prez videant ut probari possit statuas in Septentrione ad Meridem obversas fuisse. 5 Cum facibus ad amicarum ædes noctu veniebant. His extinctis cantabant. Pers. sat. 5 v. 166 *Chrysidis . . . . ante fores extincta cum face canto.* Tum vectibus fores effringere (ut fures solent, quos vecticulariam vitam agere Cato aiebat) tentabant; Et subeuntes aut arcere conantes arcu seu jaculis submovebant: Pro iis Gnato Thrasoni Thaïdis domum expugnaturo *fundam vellet dari, ut illos procul ex occulto caderet.* V. l. 3 od. 10. 6 V. od. 31. 1. 7 Egregia Veneris periphrasis. Alibi, *o Venus regina Cnidi, Paphique.* Memphi Ægypti urbe Veneris templum fuit, quod & Lunæ, creditum esse ait Strabo l. 17. Venus enim, ut & cæteræ fere deæ, pro Luna cultæ sunt; ut ex Macrob. notavi. 8 Sithon Thraciæ mons nivibus notus est. Virg. ecl. 10 *Sithoniasque nives hyemis subeamus aquosæ.* V. od. 19 v. 8. 9 Sublimi alteque elato flagello Chloën feriri vult, & strepitum quasi exaudiere. In thyasis Bacchi & Cybeles cantui & harmoniæ inserviere istiusmodi flagellorum strepitus. Græci vocant μαράγνας seu σμαράγνας, ἀπὸ τῦ σμαραγεῖν, a gravi quem edunt sono tubæ instar.

OD. XXVII. AD GALATEAM.

Galatheæ navigaturæ per mare omina, auspicia, ostenta favere quidem, sed vides, inquit, anni tempus, tempestatemque immi-

nentem iter dissuadere. Tum & pudicitiæ periculo proposito domi eam manere hortatur. Et Europæ fabulam moribus puellæ effingendis aptissimam hac occasione refert.

Impios parræ recinentis omen
Ducat [1], *& prægnans canis* [2], *aut ab agro*
Rava decurrens lupa Lanuvino [3],
Fœtaque vulpes [4]:
Rumpat & serpens iter institutum,
Si per obliquum similis sagittæ
Terruit mannos [5]: *ego cui timebo*
Providus auspex
Ante quam stantes repetat paludes
Imbrium divina avis imminentum,
Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu. [6]
Sis licet felix, ubicumque mavis,
Et memor nostri Galatea vivas:
Teque nec lævus vetet ire picus,

Nec

1 Impii obscæna tetraque avi duce proficiscantur, non tu Galatea. Hucenumerat trium generum animalia, *avium*, *quadrupedum*, *serpentum*. *Parra* malo suo cantu malum credebatur *omen* seu auspicium edere. Hanc ut & multas alias aves, nunc ignoramus. 2 *Canis* eaque prægnans occurrens, inter pedestria auspicia, & mali ominis est. Virg. *Obscænique canes.* 3 *Lupa rava* seu *rufa* (infestus color) a Lanuvio per viam Appiam occurrens Galateæ Brundusium eadem via tendenti ad navem. 4 Vulpium augurium Rom. solenne fuit. Plin. l. 8. An quod invisæ sint, in Circo emissæ medio Aprili cum tædis ardentibus tergo alligatis, ut Ovid. 4 Fast. An vero hoc a Phœnicibus ortum, qui vulpium segeti suæ immissarum a Samsone historiam disseminarunt? 5 *Pedestria auspicia dabantur a vulpe, lupo, serpente.* V. *Fest.* Quin Hebræum augurandi verbum a serpentibus ductum ad ὀφιομαντείαν refert Bochart. In viam cum serpens ut jaculum (unde ἀκοντίας dictus) se evibraret impedimentum aliquod in itinere futurum credebant. Hunc pro Hebræo *Kippos* Vir ille capit. Esai. c. 34. 15. 6 Ego *sagax augur* (ut od. 1 *sacerdos* erat) *cui*, vel *quid timebo, non opus est tam diris variisque prodigiis quæ impios sequuntur, si tibi, Galatea, timeam, ab Oriente corvum venire faciam, qui inde bonum det augurium, antequam cornix, tempestatis nuncia, stagna petat, seu dum cœlum est serenum.* Oscines aves opponuntur *alitibus* seu *præ-*

Nec vaga cornix 7 :
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion 8 ? *ego, quid ſit ater*
Adriæ, novi, ſinus: & quid albus
Peccet Iapyx. 9
Hoſtium uxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis Auſtri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas. 10
Sic & Europe 11 *niveum doloſo*
Credidit tauro latus 12 *, & ſcatentem*

Belluis

petibus. Illæ ſic dictæ ab *os* & *cano*, quod ore canant auſpicia, vel ob λαγυγιζειν, oriſque motum, qualem exhibent lari, corvi, cornices, pici, bubones. Hæ vero pennis & volatu auſpicia præbent, ut aquila, vultur, milvus, accipiter. Virg. 3 Æn. utraſque jungit, *Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.* Augures ad Orientem ſpectabant. V. od. præc. n. 4 & de cornice p. 185 n. 8. Alex. ab Al. l. 5. c. 13. 7 *Licet nullum tibi obſtet augurium, nec picus lævus, nec vaga cornix* ad dextram & ſiniſtram volans, *ire vetent, ubicumque mavis vivere, noſtri vivas memor. Sed vides &c.* a læva oves crocitantes, ſc. a Septentrione, triſte augurium faciunt. Plaut Aſin. *Picus & cornix eſt ab læva: corvos vero a dextera conſuadent.* Sentio quidem alios alia dicere, ſed & ſcio quid Cicero 2 Div. v. 82. notet, *quæ eſt inter augures conveniens & conjuncta conſtantia. . . . . nobis ſiniſtra, Græjis & barbaris dextra melior eſſe videntur:* & Plin. *magna hujus obſervationis eſt vanitas*, l. 2 c. 54. Ergo Chryſippeis numeris numeroſior hîc cum aliis eſſe nolim. 8 Licet nihil mali ominis ſit quod propoſitum navigandi mutet, vides quantam nuncier tempeſtatem *Orion pronus* ſeu occidens, *devexus* p. 59 n. 18. *Trepidare* eſt feſtinare, p. 92 n. 22. 9 Hor. fere naufragium fecerat. Sciebat quam perfidus & velox ſit *Iapyx*, V. p. 10 n. 7. 13 Græci & Latini cum magnum malum deſcribunt, hoſtibus id imprecantur. Ter. Heaut. *Iſtuc inimicis noſtris ſiet.* Imprecatur hîc hoſtibus *Auſtrum cæcum*, Mur. l. *Hœdum. Auſter* verò *noctu, Aquilo interdiu vehementior eſt . . . . & Auſtro majores fluctus eduntur*, Plin. V. pag. 47 n. 12. 11 Tu, Galatæa, fidis nunc & gaudes hoc vento & maris tranquillitate, & navem conſcendis: ſed exemplo ſit Europa, quæ doloſo tauro inſidere auſa eſt magno ſuo cum periculo. Hæc Horatio opportune in mentem venit, credo, quod Jovis in taurum mutati fabulam riſerit, & navem qua Europa, Agenoris Phænicum regis filia, a Phænicia in Cretam trajecit, Tauri ſignum in prora vel puppi habuiſſe, ſibi perſuaſerit, & Jovem Cretæ regem pro uxore transvexiſſe, cum & Herod. jam ante fateatur neſciri unde & a quo Europæ nomen venerit.

Belluis Pontum [13], *mediasque fraudes*
Palluit audax. [14]
Nuper [15] *in pratis studiosa florum* [16], *&*
Debitæ Nymphis opifex coronæ [17],
Nocte sublustri, nihil astra præter
Vidit & undas.
Quæ simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten [18], *pater ô relictum*
Filiæ nomen, pietasque dixit
Victa furore. [19]
Unde? quo veni? levis una mors est
Virginum culpæ [20]*: vigilansne ploro*
Turpe commissum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit [21]*: meliusne fluctus*

Ire

12 Bochart notat Pœnis Europam dici *Ur appa*, terram λευκοπρόσωπον, quia Europæi præ Africanis sunt candidi: eoque pigmentum Junoni surreptum a puella nomine Angelo Jovis & Junonis traditum fuisse Europæ, fabulatum. 13 πολυκήτεα πόντου, i. e. *mare Mediterraneum.* Non Bosphorus Thracius, ut per quem e Phœnicia in Cretam non itur. 14 Ita θρασύδειλοι *audaces cum timore* sunt. *Pallere* non est activum, ut Dacier hic vult. 15 Pergit de Europa dicere, licet ad Galateam transferri omnia nequeant. Ita od. x1 Danaidum fabulam denarravit. 16 Ita et Dis Proserpinam flores legentem rapit. *Ovid.* 17 Daphnis queritur apud Longum l. 2 raptam Chloën, & Nymphas alloquens, *hæc*, ait, *erat quæ vobis nectebat coronas.* Id enim ruri puellarum erat. Qui imitationem veterum discere vult, legat vel unum Eid. 2 quod Moscho asserit D. Heins. & ad id oden factam cernet. 18 Creta ἑκατόντολις *centum urbium* in Iliade, in Odyss. vero ἐννηκοντάπολις *nonaginta urbium*, dicitur. Illud prout Homeri, hoc prout Trojani belli tempore erat. 19 O nomen paternum a me relictum! o pietas amore adeo devicta! Moschus in tauro adhuc sedentem sic loqui facit. Ovid. de Ariadne, *Nam pater & tellus justo regnata tonanti Prodita sunt facto nomina cara meo.* 20 *Culpa*, *peccatum*, *vitium* pro turpi commercio. Honeste ergo Galateæ domo profecturæ periculum pudoris proponit. Catull. carm. 63 de puella, *Cum castum amisit polluto corpore florem, Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.* 21 Hom. & Virg. finxerunt duas somniorum portas, unam

Ire per longos fuit : an recentes
Carpere flores [22] :
Si quis infamem mihi nunc juvencum [23]
Dedat iratæ : lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri. [24]
Impudens liqui patrios Penates :
Impudens Orcum moror [25] : *ô Deorum*
Si quis hæc audis, utinam intererrem
Nuda leones ! [26]
Ante quam turpis macies decentes
Occupet malas [27], *teneræque succus* [28]
Defluat prædæ, speciosa quæro
Pascere tigres. [29]
Vilis Europe, pater urget absens :
Quid mori cessas [30] ? *potes hac ab orno*
Pendulum, Zona bene te secuta,
Lædere collum.
Sive te rupes, & acutæ letho
Saxa delectant : age, te procellæ
Crede

corneam, per quam vera, alteram eburneam, per quam falsa somnia emittuntur. Rationes qui vult, v. Macr. in Somn. Scip. l. 1 c. 3. 22 Somnii & φάσματος, ut Mosch. vocat, opinionem abjicere nequit. Q. d. fierine potuit ut vigilanti melius visum fuerit tauri dorso per medium mare me credere, quam in pratis flores legere ? Moschus a Venere somnum immissum ait. 23 De juvencis v. p. 104 n. 17 & p. 93 n 3. 24 In littore tauro flores porrigit, cornua sertis ornat &c. Ovid. 25 Patrem reliqui, & mori differo ? De *Orco* p. 88. 21. 26 Jam in se irata leonibus dignam se prædam ait. 27 Hanc pulchritudinem ut mali causam puniri vult, nec tamdiu superesse dum macies eam deformet. Nil magis timetur a feminis quam deformitas, perinde ut apud Ovid. *Fletque Milo senior, cum spectat inanes Illos, qui fuerant solidarum morte ferarum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.* 28 Ter. *corpus solidum, succi plenum.* 29 Adhuc pulchra tigrium vult esca fieri, quas nec in Creta, ut nec leones aut noxias feras dari ajunt. Sed nihil hoc Europæ personâ indignum. 30 Pater jure suo pœnas a me jam poscit.

Crede veloci 31 : *nisi herile mavis*
Carpere pensum
Regius sanguis 32, *dominaque tradi*
Barbara pellex 33. *Aderat querenti*
Perfidum ridens Venus, & remisso
Filius arcu. 34
Mox ubi lusit satis : Abstineto,
Dixit, irarum, calidaque rixæ,
Cum tibi invisus laceranda reddet
Cornua taurus. 35
Uxor invicti Jovis esse nescis? 36
Mitte singultus : bene ferre magnam
Disce fortunam 37 : *tua sectus orbis*
Nomina ducet. 38

31 Laqueo ex zona, vel præcipitatione in mare, vel scopulos letho seu ad mortem acutos, vitam fini. 32 Ut moris erat Græcis matronis telam texere, ita triste aliorum usui id eas facere. Hoc timet Hector a morte sua ne Andromache cogatur facere, Il. 6 Et Sisygambis plorat cum Alexander captivæ lanam ac telam tradi jubet, cui ille, *Mater, hanc vestem sororum non solum donum, sed & opus vides.* 33 Mariti concubina. 34 Venus somnum immiserat, eademque querentem perfidum taurum ridet, & Cupido, peracto suo munere, arcu adest remisso. 35 Voluerat Europe taurum dedi sibi, ut cornua ipsi frangeret: Venus eam ludens dicit, taurus ille cornua tibi laceranda dabit. 36 Nescis te Jovis esse conjugem, vel an hoc est turpe & parum honorificum? *Nescire* sæpe pro non posse, ut *Nescit vox missa reverti.* 37 Periculi a fortuna secunda, & num ea difficilius feratur quam adversa, locum communem hic tractat Lambin. 38 Fama fuit orbem quondam totum continentem fuisse, & irrumpente subinde ad Herculis columnas Oceano divisum, & hinc mare Mediterraneum esse. Ab *Europo* seu *Europia* oppido & provincia Macedoniæ tota hæc nostra continens nomen videtur accepisse. Moschus scribit Europæ adhuc virgini duas mulieres in somnis apparuisse; una erat Asia, altera Africa contendentes utrius esset Europa, additque in fine Jovem eam fuisse consolatam spe prolis futuræ, unde reges nascituros pollicetur. V. sup. n. 11, 12.

OD. XXVIII. AD LYDEN.

Diem Neptuno sacrum hilaritur vult transigere.

Festo

Festo quid potius die
Neptuni faciam [1] *? prome reconditum*
Lyde strenua Cæcubum [2],
Munitæque adhibe vim sapientiæ. [3]
Inclinare meridiem
Sentis [4], *ac veluti stet volucris dies*,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram. [5]
Nos cantabimus invicem
Neptunum, & virides Nereïdum comas.
Tu curva recines lyra
Latonam, & celeris spicula Cynthiæ [6]:
Summo carmine [7], *quæ Cnidon* [8],

Ful-

1 Neptuni ferias sex fuisse, & Græcos octavum cujusque mensis diem sacrum voluisse ex Varrone prodit Gyraldus. 2 *Interioris notæ* vult alibi. Lyde od. x1 obstinata, hic *strenua* seu cita in obsequio festum domi suæ celebrat cum Horatio, nec id primum forte. *Cæcubum*, ut alia Campaniæ Italæ vina, nobile fuit, sed Plinii tempore Romæ vix notum, per aquæductum quem Nero a Bajis ad Ostiam facere tentaverat. 3 Nunc severitati bellum quasi indicito. Od. 21 *Narratur & prisci Catonis Sæpe mero calvisse virtus.* Vel vino ingenium excita. 4 Vides solem jam ad occasum vergere. 5 Perinde acsi tempus staret, cessas ab horreo petere vinum satis jam vetus. Tempus avibus, vento, fulmini, sagittis, rotæ, navibus ob celeritatem camparatur. Extat epigr. *Lyde fugit tempus, lascivi, lude, jocive, Sunt dolor & lachrymæ semper in insidiis. Tamillum credas quod cantum vivimus. Una est Quam trahimus vini non mora, sed morula.* Ita moriendi necessitas in argumentum lætitiæ pessime rapi solet. Bibulus autem Cos. cum Cæsare fuerat a. u. c. DC. XCIV, eoque amphoram ob vinum jam vetus, cessantem & languidam dicere potest: Lepide vel sic Bibuli meminisse voluit, qui nihil toto anno egit, quo cum Cæsare Cos. fuit, Cæsaris aliter usus fuisset nomine. V. Suet. in Jul. c. 20. *Horreum*, ἀρχεῖον, ab ἀρχὴ custodia, locus ubi quid custoditur. V. p. 191. 1, 6. Hor. hoc festo suo Neptunum, & Nymphas Nereïdes, Nerei filias, quas 30 numerat Homerus, Lyde, curva seu cava lyra Latonam partus, Dianam venatus præsidem alternis, ἀμοιβαίως, ἢν ποθ' ἢν, canet. *Nereïdes*, ut marinas Nymphas, virides recte dicit. Lepidi sunt qui hic quærunt cur homines viridi coma non conspiciantur, & e Bartholino duo huc exempla aspergunt. 7 Postremo. 8 P. 61. 1 Pro Praxitelis statua Veneris, quæ Gnidi erat, Nicomedes omne æs alienum civitatis solvere obtulit.

Fulgentesque tenet Cycladas 9, *& Paphon* 10
Junctis visit oloribus. 11
Dicetur merita Nox quoque nenia. 12

9 P. 35. 14. 10 P. 61. 1. 11 Veneris currum aves salaces cyeni, columbæ, passeres trahunt. Prop. 3. 3. Sappho carm. 1. 12 Post Venerem cantatam Nocti gratias agemus. De *nenia* p. 82. 28.

OD. XXIX. AD MÆCENATEM.

Argumentum odes elegantissimæ rebus ac verborum gravitate nulli secundæ per se patet. Epicuri in ea levitas & Stoïcus quoque fastus apparet.

Tyrrhena regum progenies 1, *tibi*
Non ante verso lene merum cado 2
Cum flore, Mæcenas, rosarum 3, *&*
Pressa tuis balanus capillis 4
Jam dudum apud me est. Eripe te moræ;
Ne semper udum Tibur, & Esulæ
Declive contempleris arvum 5, *&*
Telegoni juga parricidæ. 6
Fastidiosam desere copiam 7, *&*
Molem

1 P. 1 n. 1 cum indice addend. &c. 2 Est mihi cadus plenus nec loco, ubi diu conditus est, motus, ut od. 21 n. 4 h. l. dixit. 3 Pag. 87 n. 11, 12. 4 Unguentum balaninum, e glande unguentaria pressum Mæcenati servat. Nihil ergo ab hujus mollitie alienum hic facit: hæc enim vulgo ei probro fuit. At male ex Suet. Octav. c. 86. *Exagitabat nonnunquam imprimis* Mæcenatem *sum, cujus μυρεψικὸς, ut ait, cincinnos usquequaque prosequitur, & imitando per jocum irridet. Sed nec Tiberio parcit, & exoletas interdum voces & reconditas aucupanti:* nam de fucatis ejus verbis loqui Casaub. palam fecit. 5 Monet ne de turri domus suæ Mæcenatiana dicta semper vicina in circuitu oppida contempletur. Hæc Neroniano incendio absumta, Tac. l. 15 c. 39 rudera ac ruinas adhuc monstrant turris illius, quam Romani *Torre mezza* vocant. De Tibure v. od. 7 l. 1 *Æsulæ* Tiburi vicina urbs in declivi montis sita. 6 *Telegonus* Ulyssis e Circe filius, patre per imprudentiam occiso, condidit Tusculum, quæ Roma abest duodecim millia passuum. Hod. *Frascati*, ubi & nunc villæ Romanorum magnificæ, & multa sunt palatia. 7 *Fastidiosus* est qui fastidit, & fastiditur. V. p. 154 41.

Molem propinquam nubibus arduis [8],
Omitte mirari beatæ
Fumum [9], *& opes, ſtrepitumque Romæ* [10].
Plerumque gratæ divitibus vices,
Mundæque parvo ſub Lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis, & oſtro
Sollicitam explicuere frontem.
Jam clarus occultum Andromedes pater
Oſtendit ignem [11]: *jam Procyon* [12] *furit*,
Et ſtella veſani Leonis [13],
Sole dies referente ſiccos [14].
Jam paſtor umbras cum grege languido,
Rivumque feſſus quærit [15], *& horridi*
Dumeta Silvani [16]: *caretque*
Ripa vagis taciturna ventis [17].

O Tu

8 n. 5. 9 *Fumus* pro vano honore & ſplendore, ei opponitur veritas. 10 Strepitum Romæ ſciet qui meminerit quid de ea Lucan. cum vocat, *urbem populis cunctiſque frequentem Gentibus, & populi coëat ſi turba capacem Humani*, 11 Periphraſis. Æſtus & calor venit. Cepheus Æthiopum rex, in cœlum relatus ſidus facit undeviginti ſtellarum in cauda Urſæ minoris, oriturque, ut Columella ait, 9 Julii, ante id temporis occultum. 12 *Anticanis* Cicerони dicitur; Sidus quod Idibus Julii, ante Caniculam, oritur. 13 *Leo* quintum Zodiaci ſignum, ad quod cum ſol accedit, incipit ſævire Canicula, *inſanæ* dicta Perſio. Forte & alludit Hor. ad ſtellam quæ in pectore Leonis oritur 9 Aug. 14 Scaliger epitheta in fine verſuum argumentum ait coactæ locutionis, & quaſi carminum ſupplementa: Et ita hic ne *ſiccos* in fine videat, verſum mutat in *Sole graves referente luces*; ſed pace Semonis illius minus infeliciter. Epitheton *graves* melius hyemi convenit, cum aër denſior & gravior eſt, quam æſtate. Hor. vero de æſtate loquitur, cum, ut Manil. ait, *dimicat in cineres orbis* 15 Jam meridies eſt. Virg. *Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.* 16 Jam ſylvarum dei *horridi*, ut qui ſunt caprinis pedibus, cornuto capite corpore hirto & villoſo, ſylvas quærunt. *Dumetum Een Doorn-boſch.* De *Sylvanis* v. epod. 2 V. 22. 17 Nunc, hoc meridie, ripæ ventis non verberantur: Credebatur meridie omnia eſſe tranquilla, quod dei tum ſolerent μεσημβριάζειν, requiem poſt meridiem capere. Ita paſtor apud Theocr. *non licet nobis a meridie canere; timemus enim deum Pana, qui laſſus a venatu hanc ſibi ad requiem horam delegit, & ſcis eum eſſe iracundum.* Ita non de anni tem-

Tu civitatem quis deceat ſtatus,
Curas: & urbi ſollicitus times,
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisque diſcors [18]:
PRUDENS futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus [19]:
Ridetque, ſi mortalis ultra
Fas trepidat. quod adeſt, memento
Componere æquus [20]: cætera [21] fluminis [22]
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruſcum
In mare [23], nunc lapides adeſos,
Stirpeſque raptas, & pecus, & domos
Volventis una [24], non ſine montium
Clamore, vicinæque ſylvæ [25],
Cum fera diluvies quietos

Irri-

pore, ſed meridie Dacier explicat. Sed vereor ne plus ingenio Vir tribuat, quam veritati. Quis neſcit morem iſtum fuiſſe omnibus gentibus & ſeculis, præſertim diebus æſtivis, ſomnum ut caperent. Et licet ignotus videri poſſit Homericis heroibus, qui ſtatim a prandio ſe exercebant, ἅμα δαΐς, ἅμα ἀέθλοι, excipe tamen Agamemnonem, quem meridiari ſolitum fuiſſe, patet ex Hom. Εἰ δ' ἐκ ἂν βρίσαντ' ἐδὼς Ἀ'ζαμέμνονα δῖον. Inde forte lactuca Ἀ'ζαμεμνόνη, quæ ſomnifera eſt. Hoc ergo diei tempus nec Mæcenati convenit. 18 Times urbi, quidque moliantur Seres, Aſiæ populi ultra Sinas ſiti, quorum regio Serica hod. *Catay*, Times quid Bactri Perſis olim ſubjecti, ſiti inter Parthiam ad Occaſum & Indiam ad Ortum, & quid accolæ Tanais, Parthi, Scythæ, Sarmatæ, facile inter ſe pugnantes, tentent. Nec Mæcenatem iſta cura dedecuit. Nam *officium Præfecti urbis erat diſpoſitos habere milites ſtationarios, ad tuendam populorum quietem & referendum quid ageretur.* L. 1 par. 12 D. de off. præf. Urbi. *Sup.* p. 167. 13. 19 Pag. 24. 8. 20 Præſentibus prudenter ac juſte utere. Hoc ex Epicuri ſchola. Hi enim in diem tantum vivebant. Sane tamen & Sen. ſic loquitur epiſt. 9 *Sic fit, ut minus ex craſtino pendeas, cum hodierno manus injeceris.* 21 Futura. 22 Tiberis exundare ſoliti. 23 Cum aquis non nimis abundat. 24 Hæc de Tiberi exundante. Virg. *Rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores: Præcipiteſque trahit ſylvas, ſtupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.* 25 Ad Tiberim montes, ſylvæ &c.

Irritat amnes [26]. Ille potens sui,
Lætusque deget, cui licet, in diem,
Dixisse, vixi [27]: cras vel atra
Nube polum, pater, occupato,
Vel Sole puro [28]: non tamen irritum
Quodcunque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit. [29]
Fortuna sævo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna. [30]
Laudo manentem [31]: si celeres quatit
Pennas, resigno quæ dedit [32]: & meâ
Virtute me involvo [33], probamque
Pauperiem sine dote quæro [34].
Non est meum [35], *si mugiat Africis*
Malus procellis, ad miseras preces

26 Amnes, ab exundante Tiberi irritati auctique sunt Tinia, v. *Topino*, Nar, v. *Nera*, Anio v. *Teverone*, Pelia v. *Paglia*. 27 *Vivere in diem* est contentum esse præsenti, sine cura sequentis diei. Et hoc Epicuri est, ac sanum, nî discipuli id, ut & ejus alia corrupissent. 28 Cras sit cælum nubilum, vel serenum; susque deque id habet is, qui *sepati potest*, ut Sen. & Plaut. loquuntur. Sup. p. 140 v. 5. 29 Pind. Olymp. 2. τῶν δὲ πεπραγμένων ἐν δίκᾳ καὶ παρὰ δίκαν ἀκοίητον κὲ ἂν χρόνῳ ὁ πάντων πάτηρ δύναιτο θέμεν. Græci prov. habent ἀκίνητα μὴ κινεῖν. Epicurei impotentiæ dei perperam deputant, cum facta infecta non facit. Nemo pejus hîc quam Plin. l. 2 c. 7 H. N. *Diffingere* quid v. p. 71. 29. 30 V. od 34 in f & 35 l. 1. 31 Melius ergo quam sordidi illi philosophi, qui oblata a fortunâ munera risere ac projecere. De Prez ex cimeliarchio Ludovici XIV huc aspergit numisma Commodi imp. (quod & Magnoilli Regi haud male conveniat) in quo effigies Fortunæ sedentis, dextrâ fugitivi frænum equi, lævâ Copiæ cornu tenentis, cum inscript. FORTUNÆ MANENTI. 32 Si avolare velit, lubens sua ut auferat bona patior, non uti qui quid a mensariis mutuo ceperint, cum lacrimis id postea reddunt, v. tab. Cebetis. 33 Stoïca hyperbole & arrogantia. 34 Ita de conjuge dicitur, *satis dotata, si satis morata*, V. od. 16 h. l. 35 Fortunæ servire non vult.

Decurrere, & votis paciſci,
Ne Cypriæ, Tyriæque merces
Addant avaro divitias mari. 36
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ,
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret, geminuſque Pollux. 37

miſerabiles illas preces τέχναις ἐμπορικὰς *artes mercatorum*, Perſ. *preces emaces*, vocat. Nullus deorum majorum minorumve, cui fana in littore ſacrata non fuerint, cuique navigantes vota non fecerint. Ita habuere Apollinem Actæum & Helleſpontiacum, Jovem Urium, Apollinem Malcatem, Neptunum Tenarium, Dianam Noctilucam, Caſtorem & Pollucem, ſed hi in ſummis navigantium periculis apud Jovem intercedebant. *Jam prece Pollucis, jam Caſtoris implorata.* Cat. ſi vera lectio, carm 69. De *Tyriis* Tib. el. 7 l. 1 *Prima ratem ventis credere docta Tyros.* 37 Abjecto diteſcendi ſtudio nullos tumultus vereor in re parva ſecurus ſatis. Sunt qui bella civilia hîc intelligunt, e quibus *ſcapha biremi* h. e. virtute & innocentia evaſerit. Quidni per geminum Pollucem Mæcenatem & Auguſtum etiam deſignent? Ita enim reperias quibus iſtuc demum eſt ſapere, ſi allegorias ubique videant, De *Polluce* p. 9. 3.

OD. XXX.

Ode hæc in eandem ſententiam cum ult. l. 2, ſed varie & feliciter utraque tractata eſt. Scil. immortalem ſe fore, ut qui primus Græcorum Poëſin lyricam Latine imitatus ſit. Hic ex iis ſumit materiam quæ durabilia ſunt.

Exegi monumentum ære perennius [1],
Regalique ſitu Pyramidum altius [2]:
Quod non imber edax [3], *non Aquilo impotens* [4]
Poſſit diruere, aut innumerabilis

Anno-

1 Nulla monumenta longius durant quam literarum. Mariana de Cimbris tropæa deſtruxit Sylla, Maronis vero & Livii ſcripta Cajus Princeps delere nequit. 2 Altius quam pyramides, Ægyptiorum regum opus & ſepulchra, orbis miraculis quoque annumerata. Diod. Sic. meminit unius quæ ab inferiori parte 7 jugera continebat, & etiamnum ſupereſſe, & ſeptingentos pedes altam, ac a ſe viſam a. 1638, eandemque cum illa Diodori eſſe narrat Joh. Greaves Aſtronom. Profeſſor Anglus in itinerar. 3 Imitatur Pind. Pyth. od. 6. 4 Tempeſtuoſus.

Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei 5
Vitabit Libitinam 6: *uſque* 7 *ego poſtera*
Creſcam laude recens, dum Capitolium 8
Scandet 9 *cum tacita virgine pontifex* 10.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus 11,
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnator populorum 12, *ex humili potens* 13
Princeps 14 *Æolium carmen ad Italos*
Deduxiſſe modos 15. *Sume ſuperbiam*
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens, Melpomene, comam 16.

5 *Pars mei* i. e. melior mei pars. Hoc de laude intelligit. Ita Ovid. *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis Aſtra ferar.* Cic. pro Arch. c. ult. *Hæc vero*, ſempiterna orbis memoria, *ſive a meo ſenſu abfutura eſt, ſive ut ſapientiſſimi homines putaverunt, ad aliquam* animi mei *partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam ſpeque delector.* Mur. vocem *animi* abeſſe a lib. vet. ait. V. arg. od. 20 l. 2. 6 Od. 28 l. 1 idem dixit *nullum Sæva caput Proſerpina fugit.* Illa vero, quæ eſt funerum dea, templum habuit, in quo vendebantur & locabantur ea quæ ad funus eſſent neceſſaria, ibique pro unoquoque funere nummus dabatur argenteus, unde & numerus mortuorum ſciretur. Dicit ergo ſe in rationes Libitinæ non venturum. Libitina aliter eſt *feretrum*, in quo cadaver in lecto compoſitum portabatur. V. Sat. 6 l. 2. 7 Semper. 8 Dum Capitolium, eoque & urbs ſtabit. Æternitatem imperii & urbis ſibi polliciti ſunt Romani, ut noto p. 70. 16. Hoc Virg. Jovem Veneri Cæſaris Genitrici polliceri facit, *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.* Huc ſpectant crebræ inſcript. ROMÆ ÆTERNÆ. IMPERII ÆTERNITAS. 9 Eo aſcendebatur 100 gradibus. V. p. 157. 13. 10 Pontifex max. cum virgine Veſtali carpento Capitolium ingredi antiquitus ſolebat. *Tacitus* dicit: Nam Pontifici ſoli jus erat pronunciare verba religionem ſpectantia. Tac. XII Ann. *ſuum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus & ſacris Druidibus antiquitus conceſſus*, ſed Pithæus pro *Druidibus* reponi jubet *virginibus*, dum melius quid occurrat, theſ. crit. l. 1 c. 5. 11 In Apulia patria ſua celebrabitur. *Aufidus* enim Apuliæ fluv. v. *Ofanto.* 12 *Daunus* Apuliæ fluv. ſic dictus a Dauno Turni avo, qui in Apulia ſeu Daunia regnavit. V. p. 49. 9. 13 Horatius libertini generis, coactoris vertigalium fil. fuit. Suet. in vit. Hor. 14 Primus. 15 Alcæum maxime imitatus eſt, & Alcaica primus fecit Horat. V. p. 116. 20. 16 Se ipſum coronat, cum a Muſa coronam ſibi petit. Inde *laurum ſuam* dicit od. 7

l. 2 Hanc Propert. Ovid. &c sibi quoque vindicant. Poëtæ enim opera sua coronas vocant. V. Mur. var. lect. l. 8. c. 1.

FINIS LIBRI TERTII.

Q. HOR. FLACCI
CARM. LIB. IV.
OD. I. AD VENEREM.

Plurimæ hujus libri odæ in fine vitæ Hor. factæ sunt, & hic liber tribus carminum libris ex longo intervallo additus est, ut Suet. in Hor. vita loquitur, i. e. in lucem editus, licet in hoc odæ sint priores multis quas jam vidimus. Torrent. in Cod. Laurent. fidelissi. vidit huic libro tit. CARMINUM LIB. IV. AD FABIUM MAXIMUM.

INtermissa Venus diu
Rursus bella moves [1]. *parce precor precor,*
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ [2]: *desine dulcium*
Mater sæva Cupidinum
Circa lustra decem flectere mollibus
Jam durum imperijs [3]. *abi*

Quo

1 Vel hinc patet pæderastas perdite diuque amare. Jam ante decennium ne vel suspicari quidem patiebatur amore mulierum se teneri, interim tamen Glycerâ, & forte aliâ, abreptus. V. od. 4 l. 2. Od. 19 l. 1. 2 Juvenilis ætas abiit; non talis Vir sum uti cum amicam haberem Cynaram: quam *bonam* vocat, quod huic aliis rapaci immunis placuerat, ut ait epist. 14, vel forte quod sandalio caput ejus non erat commitigatum, uti Herculis, cum is serviret Omphalæ, ut Lucian. narrat, vel uti de mortuis solebat fieri, honeste ejus meminit, tum & pulchra certe fuerit: Nam *forma bona* est pulchra, Ter. Heaut. 3 *Dulces amores* ut od. 23 l. 3 *dulces alumnos* dixit, pro teneris. Cupidines enim semper infantes sunt: Suaves vero non tam recte hîc voces. Jam enim quinquagesimo ætatis anno cum ab iis infestetur, perinde possit dicere ut od. 81. 2, *ferus & Cupido Semper ar-*

Quo blandæ juvenum te revocant preces.
Tempestivius in domo
Pauli purpureis ales oloribus
Comessabere Maximi [4],
Si torrere jecur [5] *quæris idoneum.*
Namque & nobilis [6], *& decens*,
Et pro sollicitis non tacitus reis [7],
Et centum puer [8] *artium*,
Late signa feret militiæ tuæ [9].
Et quandoque [10] *potentior*
Largis muneribus riserit æmuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream sub trabe citrea [11].
Illic plurima naribus

dentes acuens sagittas Cote cruenta. Hujus mater, Venus est. Hesiodus Ἔρωτα & Ἵμερον *Jocum* & *Cupidinem* facit ante Venerem, & Parmenides, πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μετίσταλο πάντων, *Amor quidem natus est ante omnes deos.* Sed genealogia deorum non vere, sed ficte figurateque sæpe est explicanda. 4 Opportunius venies & lascivies, o Venus, in ædibus Pauli Maximi. Veneris currus trahitur a cycnis, quos a candore summo, errore quodam visus & ob admixtum lumen in rubrum inclinante, *purpureos* vocat. Ita Pedo ad Liv. *purpurea sub nive terra latet.* Inde id verbum quod Hebraice est *rubere*, Arabice *candere* notat, & sic Bochart explicat candorem bonumque corporis habitum Magnatum Hebræorum ante captivitatem Thren. 4. 7. *Comessari* bibere a cœna, a Como festorum deo dici, notum. V. Hofm. lex. 5 Pag. 32 n. 6. 6 Fabia gens celeberrima per historias. Trecentos illos Fabios in Vejis oppugnandis cæsos non omnes illius gentis, sed & clientes eorum fuisse intelligit V. Cl. Perisson. in animadv. hist. 7 Eloquentiæ studio juvenes Romani dabantur, & Plutarch. in Lucullo narrat Romanos judicasse *rem non pudendam accusationem vel nulla causa justa suppetente; & delectari fuisse solitos juvenibus improbos consectantibus instar canum generosiorum.* Hor. a defensione reorum potius laudat. Tò *Reus* de cujus re disceptatur; Post pro accusato tantum dici cœptum est. An hic sit Maximus quem Ovid. de Ponto l. 1 el. 2 laudat, incertum. 8 Pag. 15 n. 2. 9 Late extendet jus tuum nobilis & decens ille Maximus. *Signa*, *vexilla* aliquò ferre, est imperium eò extendere. 10 *Quandoque* pro *quandocumque*, *quum*. Ita cape illud, *Quandoque bonus dormitat Homerus.* 11 Et cum per te, o Venus, plus valuerit apud amicam, quam rivalis cum omnibus suis donis, statuam tibi eriget prope Albanos lacus in ædio suo e citro

Duces thura [12] *: lyræque, & Berecynthiæ*
Delectabere tibiæ
Mistis carminibus non sine fistula [13].
Illic [14] *bis pueri die*
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes [15], *pede candido*
In morem Salium ter quatient humum [16].
Me nec fœmina, nec puer,
Jam nec spes animi credula mutui,
Nec certare juvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus [17],
Sed cur heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lachryma per genas [18]?
Cur facunda parum decoro

Inter

arbore sylvestri; quod ei carum fuerit necesse est, cum Dianæ Nemorensi ad lacum Lanuvinum ibi vicinum celebre templum esset conditum, & nepos Ascanius Albam fundasset, & citreum opus maximi esset pretii. Petron. in mutat. reip. Rom. *Ecce Afris erutæ terris Citrea mensæ.* 12 Thura tantum spondet Veneri, uti a sanguine aversæ. *Ducere naribus* est recipere, ut, *ducere pocula, ducere Nectaris succos.* 13 *Delectabere carminibus mistis lyræ, tibiæ* &c. Hæc e; Olymp. Pindari expressa sunt. Musica vero & thus sacrificiis communia, & tibiæ ibi usitatæ *turariæ* dictæ, pag. 72 n. 1. Hic & lyram & fistulam, diversa instrumenta, jungit. De *Berecyntho* p. 189 n. 10, 14 In æde tua. 15 Deorum laudes mane & vesperi in templis canebantur, quod a Græcis, & Hebræis promanavit. 16 Chori puerorum puellarumque saltabunt uti Salii Martis sacerdotes, idque ter quatiendo terram. Numerus enim ternarius ut perfectus summo deo assignatur a Pythagoreis. Et ut omnium fere deorum potestas triplici signo ostenditur, ita & cultum eorum impar ille numerus videtur implere. Huet. in Alnet. Quæst. hæc ad Trinitatis mysterium ut gentibus notum refert. Salii vero in ponte Sublicio sacrorum tempore saltabant tenentes bracteas seu lamellas in quibus expressæ essent deorum heroumque imagines. A Thessalis ad Rom. morem venisse narrat Zozimus l. 4. 17 Ego jam ad senium declinans non gaudeo amoribus nec certare mero, nec coronare caput, ut in epulis solebat fieri, aut in novis amoribus, pag. 53 n. 17. 18 Impotentiam amoris notat: Nam eâ qui correptus est, ejus oculos rigere magis, quam rigari videas, idque præ stupore qui magnos comitatur affectus. *Ligurinus* hîc Horatio, quod Ganymedes Jovi fuit.

Inter verba cadit lingua silentio [19] *?*
Nocturnis ego somnijs
Jam captum teneo, jam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubiles. [20]

19 Amor & ira, ut ajunt, non carent Rhetorica: at nimia vocem præcludit, vel frangit. Talis est in perdite amantibus, & voto nondum fruentibus. Dido amore Æneæ capta apud Virg. l. 4 *Incipit effari, mediaque in voce resistit.* 20 *Durum* vocat Ligurinum, qui eum torquet ut & in summo modo teneatur, modo in campo Martio se exercens fugiat, & in Tiberim post certamina se conjiciat. V. od. 8 l. 1.

OD. II. AD ANTONIUM JULUM.

Julius Antonius M. Antonii fil. laudarat Horatium, Pindaroque parem dixerat, & ad celebrandam Augusti de Sicambris victoriam, ejusque reditum invitârat. Reponit hanc oden Horatius, & Pindarum longe supra se extollit.

Pindarum [1] *quisquis studet æmulari,*
Jule, ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto [2].
Monte decurrens velut amnis [3], *imbres*
Quem super notas [4] *aluêre ripas,*

1 Pindarus lyricorum princeps sententiosus floruit Olymp. 76 ante J. C. nat. 480. Expositum a parentibus apes aluerunt. Æl. l. 12 c. 45 Scripsit lingua Dorica multa quæ perierunt: extant *Olympia*, *Pythia*, *Nemea*, & *Isthmia*. Digressionibus suis, sæpe sine nexu abruptis, obscurus est, & in figuris ut magnificus, ita aliquando *Dithyrambicus*, & præceps, eoque non imitabilis. Benedictus non solum non imitabilem, sed ne intelligibilem quidem dicit, ut ante eum nemo quantumvis doctus ejus quicquam perceperit, & se coactis interpretationibus suis ostendisse, non plus cæteris eum sibi intelligi. Horatius quod in eo vitiosum est vitavit. 2 Qui Pindarum vult assequi, is idem facit quod Icarus Dædali fil. qui pennis cera sibi adaptatis volare tentans in mare cecidit, & Icario mari nomen fecit. Pag. 3 n. 12 3 Simile quid est in Sal. prov. c. 18 v. 4. Sed Horatium inde hausisse quicquam, somnium est ex eburnea porta. 4 *Notas*, consuetas.

Fervet, immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore,
Laurea donandus Appollinari[5],
Seu per audaces nova dithyrambos[6]
Verba devolvit, numeriſque fertur
Lege ſolutis[7]:
Seu Deos[8], *regeſque canit, Deorum*
Sanguinem[9], *per quos cecidere juſta*
Morte Centauri[10], *cecidit tremenda*
Flamma Chimæra[11]:
Sive, quos Elea domum reduxit

Palma

5 Od. 30 l. 3 *Lauru Delphica*, & *Deliafolia* od ſeq. Apollinis ſacerdotes, quales & poëtæ habentur, uti & victores in certaminibus laurea donabantur. Inde adhuc Magiſterii inſignia in Academiis. 6 *Dithyrambus* eſt hymnus in laudem Bacchi, qui & ſic dictus eſt a triumphis de utriuſque orbis partibus (nam in 2 partes orbis diviſus olim fuit) vel quaſi δις θύρας ἀμείβων vel ἀμβάτων bis vitæ portas tranſiens: nam e Semele, & e Jovis femore natus eſt. Bochart *Dithyrambum* e Syriaco *dithere abhan* i. e. *bipater* eadem ratione deducit; Huet. ad Moſen refert, ſemel a matre editum, ab altera aquis mortique ereptum adoptatumque. At ſic bimatrem utrumque dicas, non vero bipatrem. Scal. Dithyrambicum carmen ait eſſe tumidum, ex ampullis & ſeſquipedalibus verbis factum, totumque Bacchum. Talia habet Catul. *Sylviculrix*, *nemorivagus* &c. De his Epicharm. Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ἂν μὴ ὕδωρ πίνῃς Nullus eſt dithyrambus aquam ſi bibas. D. Scal. l. 1 poët. c. 46. 7 *Numeri Pindarici lege ſoluti* dicti, propter novandi rhythmi in eodem cantu licentiam, & quod in eadem comprehenſione non tenet unum genus carminis neque menſuram, ſed pro arbitrio mutat, neque verſibus variandis ullum modum apponit. 8 *Pæanas* intelligit, ſeu hymnos in laudem Apollinis factos. 9 Herculem, Theſeum, Pirithoum, a quibus Centauri ſunt cæſi. Notum etiam reges deorum filios eſſe appellatos. 10 Inſolentia & vis, quam Herculi, Pirithoo &c. intulere Centauri, juſtam necis cauſam præbuere. *Centauri* pop. Theſſali a κεντεῖν ταύρους a cæde taurorum, qui Pelion montem occuparant, & omnia late vaſtabant. Hinc a cæde taurorum, ad quos Ixion Theſſaliæ Rex eos invitarat, ad cædes & rapinas validi illi ſe convertebant, & a Theſſalis, qui equitantes nunquam viderant, pro monſtris habiti ſunt, ſuperius hominum, inferius equorum formam exhibentes. E nube geniti finguntur, quod locus, ubi ſe exercebant in arte equitandi, & ubi conveniebant, ad tauros illos rabidos necandos Νεφέλη i. e. *nubes* dictus ſit. 11 Cecidit *Chimæra*, pag. 53 n. 23.

Palma cæleſtes: pugilemve, equumve
Dicit [12], *& centum potiora ſignis*
Munera donat [13]:
Flebili ſponſæ juvenemve raptam
Plorat [14], *& vires, animumque moreſque*
Aureos [15] *deducit in aſtra, nigroque*
Invidet Orco [16].
Multa Dircæum levat aura cycnum [17],
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matinæ
More, modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum [18], *circa nemus, uvidique*
Tyburis ripas operoſa parvus
Carmina fingo [19].

Con-

12 Cum canit victores certaminum apud Elidem Peloponneſi regionem ſeu pugilatu, ſeu equorum curſu nobiles, p. 2. n. 6. 13 Cic. pro Flacco, *Major Olympici certaminis honos, quam triumphi.* Hunc Pindarus carminibus ſuis, queis victorem, & equum quo vicerat laudabat, immortalem reddebat, eoque quantum pretii poſcebat, etiam plus quam ſtatuarius pro ſtatua, accipiebat. V. Schol. in 5 Nemeon init. 14 Seu canit threnos & epitaphia. 15 *Mores aureos* i. e. incorruptos, uti ætate aurea erant. 16 Nomen immortale facit. V. p. 88 n. 21. 17 Pindarus ſublimis eſt, & vi ſe ſua ſuſtinet. *Dircæus* a Dirce Bœotiæ fonte. *Zirca Dirca* Arab. *cærulens* pro claro. Statius, *Cerula Dirce.* Bochart. Poëtæ cum concipiunt egregium carmen cælo levari ſe arbitrantur, & divis accedere, & poſt obitum in tales mutari, *Eripe me populis, & habenti nubila terræ.* V. p. 136 n. 9. 18 Ego Hor. non tam alta peto, ſed apis inſtar inferiora circumvolo, & e floribus carpo ſuaviſſima. *Matinus* mons Calabriæ, Apuliæ unde Hor. oriundus vicinus, thymo abundat. Poetæ apibus comparantur, alatis ſcilicet, levibus, & ſacratis animalculis. Lucret. l. 3 *Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant, Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.* Ita mulier frugi ex ape nata fingitur, & dicta eſt apis, ut *Debora* apud Hebræos, & *Meliſſa* Jovis nutrix, Bochart. Muret. obs. l. 8 c. 1. 19 Non pudet Horatium quod operoſa, ſeu cum labore condat carmina. Ita vult recidi multa & recudi, & ſæpe caput ſcabi, ungues rodi, Sat. 10. At poëtaſter, ut Perſ. Sat. 1 v. 106 *Nec plutenm cædit, nec demorſos ſapit ungues. Parvum* ſe dicit cum reſpectu ad apes: & vere ſeſquipedalis homo fuit. Pindaro ergo faſces ſubmittit is, qui aliter ſe

Concines majore poëta plectro [20]
Cæſarem, quandoque [21] *trahet feroces*
Per ſacrum clivum [22], *merita decorus*
Fronde, Sicambros [23]:
Quo nihil majus, meliuſve terris
Fata donavere, bonique Divi [24]:
Nec dabunt, quamvis redeant in ævum
Tempora priſcum [25].
Concines lætoſque dies, & urbis
Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu [26], *forumque*
Litibus orbum [27].
Tum meæ, ſi quid loquar audiendum,
Vocis accedet bona pars, & ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam, recepto
Cæſare felix [28].
Tuque [29] *dum procedis, io Triumphe,*

Non

non immerito extollit. 20 Anton. poëta fuit, ſcripſitque 12 libros cum tit. *Diomedea*. 21 V. od. præc. n. 10. 22 Periphraſis triumphi, qui ducebatur ad Capitolium per viam ſacram clivo Capitolino adhærentem. 23 Cum Cæſar laurea ornatus in triumphum ducet *Sicambros* ſeu Batavos veteres, qui nunc Gelri: Sed poſt 5 annorum bellum, quod 20 Rom. centuriones cremando inchoaverant, dedentes ſe in Galliam ſolum traduxit Aug. & in proximis Rheno agris collocavit. Horum 12 capita crinibus in nodum tortis tetrica ac ſevera oſtendit Vir doctiſſ. & rev. J. Smetius, & expreſſit in Antiqua Neom. p. 70. Suet. in Aug. c. 21 Flor. c. ult. 24 Suprema laus, qua nihil majus aut melius. Initio regni non tam bonus apparuit, forte Julii avunculi exemplo deterritus, quem nimia bonitas perdiderat. Nec Sen. audiendus cum clementiam ejus vocat *laſſam crudelitatem*. Ubique ut optimus Imp. notus eſt. 25 Licet redeat Saturni i. e. *aurea*, Noachi ætas, qua indiviſus orbis uſque ad Phaleg i. e. 100 annos manſit. *Argentea* eſt a Phaleg ad Nimrod, cum agrorum terminus cuique poſitus eſt, & domus privatorum, & ingens illa turris Babelis ſtructa. *Ænea ætas* eſt Nimrodi, qui primo venator mox bellator inſignis. Poſt *ferrea* ſucceſſit in qua vivimus. *Bochart.* 26 E Galliis, Suet. d. l. 27 Lætis & triſtibus diebus *Juſtitium* indicebatur. 28 De Hymnis & modulatis carminibus qua Auguſtum e provincia redeuntem aliter proſequebantur Suet. c. 57. 29 Auguſte,

Non ſemel dicemus, io Triumphe [30],
Civitas omnis: dabimuſque Divis
Thura benignis.
Te decem tauri, totidemque vaccæ,
Me tener ſolvet vitulus [31] *relicta*
Matre, qui largis juveneſcit [32] *herbi*
In mea vota [33],
Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium lunæ referentis ortum [34],
Qua notam duxit, niveus videri,
Cætera fulvus [35].

30 *Sacra acclamatio cum invocatione ad ipſum Triumphum, qua Io, Io dicebatur.* Acro. Auguſtum vero ut deum Triumphi, non tamen acti, præſidem compellat. V. Ind. de Triumphis. 31 Tu, Antoni, gran. des victimas perſolves, ego juvencum. 32 Qui jam e vitulo fit juvencus. 33 Qui creſcit ut vota mea ſolvam. 34 Qui imitatur Lunam ortu tertio i. e. die ortus tertio ardeſcentem. Deſcriptionem pulcri tauri V. in fab. *Europæ* ex Moſcho. 35 Qua parte notam habet, in fronte ſcilicet, niveus, cætera rubeus: nam is color in juvencis probatur.

OD. III. AD MELPOMENEN.

De hac ode v. arg. od. 9 l. 3. Gratias hic agit Muſis quod eum a puero reſpexiſſent, eoque docet poëtam non fieri, ſed naſci.

Quem tu, Melponene, ſemel
Naſcentem placido lumine videris [1]:
Illum non labor Iſthmius
Clarabit pugilem [2], *non equus impiger*

Cur-

1 Unam pro omnibus Muſam compellat, & quem illæ aſpiciunt, is poëta erit, non miles aut imperator. Call. epigr. 27 in epitaphio patris ſui poſuit, quos Muſæ pueros aſpexerunt, eos etiam ſenes Muſis amicos manere. Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ἔμμασι παῖδας, Ἄχρι βίου πολιοὺς ἐκάπιδεν τοὺς φίλους. Quid & ab arte poëta habeat, v. art. poët. v. 408. Cæterum pueri Rom. mox poëtis dabantur erudiendi. *Os tenerum pueri blandumque poëta figurat. Det primos verſibus annos.* 2 Iſthmium certamen non reddet eum celebrem athletam. In iſthmo Corinthiaco, ſeu anguſtiis inter Ægæum & Ionium mare, tertio

Curru ducet Achaico
Victorem [3], *neque res bellica Deliis*
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Oſtendet Capitolio [4]:
Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum comæ,
Fingent Æolio carmine nobilem [5].
Romæ principis urbium
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros [6],
Et jam dente minus mordeor invido [7].
O teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum, Pieri, temperas [8]:

O mu-

quoque anno ludi erant inſtituti a Siſypho Corinthi rege in honorem Melicertæ, aut Portuni, aut ut alii, a Theſeo in honorem Neptuni. Similes fere Iſthmii ludi Olympicis in quibus victores oleaſtro, at in Iſthmiis pinu vel apio areſcente, ut in Nemeis apio virenti, in Pythiis lauro, coronabantur. 3 Equi veloces eum non facient compotem victoriæ curru paratæ. *Achaicus currus* ad Iſthmia certamina pertinet, Olympica erant in Hellade. 4 Nec res in bello bene geſtæ triumphare facient ornarique laurea triumphali & in Capitolio oſtendi magna pompa, quod faſtum tyrannorum domuerit. Nota, parem fere cum triumphis honorem Iſthmionicῶν facit, od. præc. *Delia folia*, ſupra, *lauru Apollinari*. Laurus enim Apollini ſacra. Triumphalis hæc laurea morte venalis erat, & imperatoriis faſcibus addebatur. V. Od. 14 l. 3. 5 Aquæ, quæ fœcundum Tibur, ubi Horatii fundus erat, perfluunt, & denſæ ſylvæ facient me nobilem ob Æolicum ſeu lyricum carmen a me primum Romam invectum. Sylvæ, colles, fontes delectant poëtas. Virg. *Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes, Flumina amem, ſylvaſque inglorius* &c. 6 *Soboles Romæ* pro Romanis. Hebræi *filium hominis* pro homine, *filiam Tyri* pro Tyriis dicunt. V. p. 34 n. 9. *Roma* terrarum *Princeps*, domina, Regina, Dea, urbs deorum dicta, cui & templa & ſacerdotes erant. Ita Alebandenſes, Smyrnæi templa & ludos anniverſarios ei divæ conſtituerunt, & in urbe Adrianus. O bellum ludum! qualem fere luſit vecors ille Imp. Honorius qui gallinam ſuam Romam dixit, eique plus quam urbi timuit. mirum quod non deam etiam fecerit. 7 *Invidia majorem* dicit ſe ſupra. Claud. *Eſt aliquod meriti ſpatium, quod nulla furentis Invidiæ menſura capit.* 8 *O Pieri* (a nominat. *Pieris* pro qualibet Muſa in Pierio Theſſaliæ monte habitante) *quæ temperas*, ſeu regis, *dulcem ſtre-*

O mutis quoque piſcibus
Donatura cycni, ſi libeat, ſonum 9,
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntium 10
Romanæ fidicen lyræ:
Quod ſpiro 11, *& placeo, ſi placeo, tuum eſt.*

pitum aureæ teſtudinis. 9 *Tu, o Muſa, piſces mutos cantare ſuaviter inſtar cycni, docere poſſes.* Creſcit hic oratio ut Jobi c. 12 v. 7. 8 *Interroga nunc jumenta, & docebunt te; & volatile cæli, & indicabit tibi: etiam narrabunt tibi piſces maris.* Prov. *Piſce mutus magis.* Sonus ſeu ſtridor ab iis editus eſt ex attritu branchiarum, ſeu ventris compreſſione. Vocis organis carent. De *cycnis* 136. 9. 137. 13. 10 *Digito monſtrari* nunc in malam, olim in bonam partem, accipitur. Horatio levior Demoſthenes, qui delectari ſe ajebat voce aquam ferentis mulierculæ & alteri inſuſurrantis, hic eſt ille Demoſthenes. Cic. Tuſc. 5 *At pulcrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt.* Perſ. 11 Verſibus acceptum refert ſe vivere. V. od. 4. l. 3.

OD. IV. DE LAUDIBUS DRUSI.

Hæc ode elaboratiſſima & Pindarica majeſtate non inferior juſſu Auguſti a. u. c. 740 æt. Hor. 53 facta eſt, eâque virtutem & res geſtas Druſi Neronis Auguſti privigni celebrat, eorumque gloriam in Auguſtum, ejuſque educationem derivat.

Qualem miniſtrum fulminis alitem 1,
(Cui rex Deorum regnum in aves vagas
Permiſit 2, *expertus fidelem*
Jupiter in Ganymede flavo 3)

Olim

1 Conſtructio recta a verſu 17 incipit, *Rhæti & Vindelici viderc Druſum ſub Alpibus bella gerentem, qualem juventas* &c. Hyperbole Pyndarica eſt. Virtus bellica laudanda eſt. Incipit a 2 ſimilibus, Aquila & Leone. Magnum eſt, quod Druſum Aquilæ comparat, quam Virg. *Jovis armigerum* vocat, quod ſola avium fulmine nunquam ſit exanimata, ut Plin. pro fide ſua refert. 2 Omnes poëtæ & gentes Aquilam reginam volucrum ajunt. Ita oraculum de Athenienſibus apud Ariſtoph. in equit. act. 3 Αἰετὸς ὡς γίνει, καὶ πάσης γῆς βασιλεύσει, *Eſtout aquila, & totum reges orbem.* 3 Jupiter quia aquilæ ſub ſpecie Ganymedem rapuerat, id ei imperium dedit. *Ganymedes flavus* dicitur, quod & in viris decorum. Talis & Menelaus, & Achilles, (unde Martial. *Achilleas comas* dixit) Alex. M. Mercurius, Apollo &c. Adde Ind. in *Color flavus.*

Olim juventas, & patrius vigor 4
Nido laborum propulit inſcium 5,
Vernique, jam nimbis remotis,
Inſolitos docuere niſus
Venti paventem 6: *mox in ovilia*
Demiſit hoſtem vividus impetus 7;
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ 8:
Qualemve lætis caprea paſcuis
Intenta, fulvæ matris ab ubere
Jam lacte depulſum leonem
Dente novo peritura vidit 9:
Videre Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem & Vindelici 10: *quibus*
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli:
Nec ſcire fas eſt omnia 11. *Sed diu*
Lateque victrices catervæ

Con-

4 Vis inſita & connata. 5 Inſcium laborum, ſeu volandi: nam non expectat dum a matre deferatur, ut aquila ſola avium odiſſe pullos dicitur. 6 Pulli aquilæ primo vere excluduntur: at adulto vere, jam *remotis nimbis*, i. e. inſtante æſtate, evolare conantur. Ver enim in Italia imbriferum eſt. Sequuntur Etefiæ venti, quorum flabris velut cortice adjuti pulli volandi tyrocinium paventes exercent. 7 Aquila primum vires experta in ovilia devolat, agnumque rapit. A cadaveribus enim, uti & leones, abſtinent. Tzetzes Chil. 5 hiſt 9. 8 Plin. l. 1 c. 4 *Aquilis*, inquit, *non tantum cum minoribus quadrupedibus, ſed etiam cum cervis eſſe prælia.* & ſubdit, *acriorem eſſe illi cum draconе pugnam.* Plut. de invid. odium inter eos tantum eſſe ait, ut ne quidem interfectorum ſanguis commiſceatur, ac ſi confuderis, diſſociet ſe ac ſeorſum fluat. V. Virg. 11 Æn. v. 731. 9 Leunculus mox a lacte depulſus prædari incipit. 10 *Rhæti*, (hod. graubunders) & *Vindelici* (hod. Suevi & Bavari) *videre Druſum* ſcil. talem, *gerentem bella ſub Alpibus*: Horum Rhæti, ut Italiæ propiores, ſumma tenent, Vindelici ulteriora, verſus Noricum 11 Quatuor hi verſus plane proſaici videntur. Forte poëtam cyclicum iſtius temporis urit, qui anxie ac operoſe inquirebat cur Rhæti & Vindelici ſecuri Amazonica

Consiliis juvenis revictæ
Sensere quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset [12], *quid Augusti paternus*
In pueros animus Nerones [13].
Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam [14].
Doctrina sed vim promovet insitam [15],
Rectique cultus pectora roborant [16]:
Utcunque defecere mores [17],
Dedecorant bene nata culpæ [18].
Quid debeas, ô Roma, Neronibus [19],
Testis Metaurum flumen [20], *& Hasdrubal* [21]

P De-

seu sagari, instrumento μονοξύλῳ, ab una parte secante, pro armis uterentur: vel forte de more illo passim multus fuit sermo, quem Hor. ridet, satis gnarus populos illos oriundos a Scythis qui sagari utebantur ut Amazones. 12 Populi illi ante sæpe vicerant, nunc vicissim victi sensere quid ingenium & natura bene docta & ducta in Augusta domo valeant. *Penetralia*, *vite*, ad deos & sacra pertinent. De *Druso* Paterc. 2 c. 97. 13 Augustus Liviam matrem Tiberii duxerat, & a patre Tiberio Nerone, qui eam ex se prægnantem Augusto perenti concesserat, tutor declaratus erat etiam Drusi posthumi sui filii. *Nerones* utrosque dicit, ne si de Druso tantum loqueretur, Augusti animum offenderet: Nam vulgo dicebatur, Liviam, stante cum Tiberio Nerone matrimonio, Augusto plus satis fuisse familiarem, & ex eo Drusum esse. 14 Si παραφράσιν licet, recte hoc vertas, *Segnes creantur segnibus & pigris: Est in molossis, est in apris patrum Morbus: nec ignavi ferocem Progenerant asini leonem.* V. Martial. l. 6 epigr. 38. 15 Modo naturam Neronum, jam educationem Augusti laudat. Suet. in Aug. c. 64 Augustum per se suos plerumque docuisse narrat. 16 Cic. pro Arch. *Cum ad naturam eximiam ac illustrem accesserit ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solet existere.* 17 *Mores* hic pro educatione. 18 Optima quæque indoles vitiis corrumpitur. 19 Ab exemplo unius e majoribus, scil. Claudii Neronis, probat quod dixit, *Fortes creantur fortibus.* Ille enim *advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Asdrubalem, priusquam Annibali fratri conjungeretur, oppressit.* Suet. in Tib. c. 2. 20 *Metaurum flumen* pro *Metaurum*; Ita *Rhenum flumen* pro *Rhenus*. Vell. enim ad

Devictus [22], *& pulcer fugatis*
Ille dies Latio tenebris [23],
Qui primus alma risit adorea [24].
Dirus per urbes Afer it Italas,
Ceu flamma per tedas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas [25].
Post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit [26]: *& impio*
Vastata Pœnorum tumultu [27]
Fana deos habuere rectos [28]:

Dixit-

terminationem multum attenderunt, nec semper ad genus, ut docet Scioppius. *Metaurus* Umbriæ fl. Hod. *Metro* labitur in Adriaticum mare. 21 Annibalis frater. 22 Hæc victoria tam nobilis, quam Cannensis clades fuerat Liv. 28 c. 9. 23 Italia e tristi statu emersit, cum Hasdrubal copias suas cum Annibalis, Italiæ faucibus adhuc insidentis, jungere prohibitus, cæsus fugatusque est per Cl. Neronem & Salinatorem. Tum tenebræ ab Italia depulsæ, i. e. Afri discedere coacti sunt. In omni enim lingua *tenebræ* luctum, *lux* gaudium notat. 24 Is dies, quo scil. 56000 Afrorum cæsa sunt, primus resplenduit *alma adorea* i. e. victoria gloriosa. *Adorea*, zea, far, *spelte*, quo primis 300 annis usi sunt, & a cujus honore ipsa gloria appellatur: nisi potius quod strenuis & qui bene pugnassent militibus farris mensura distribui solita esset. Unde *adorea* pro laude bellica. Sed certum quoque idem substantivum *adorea* omnem ex agris proventum significare. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 *Qui præda atque agro adoreaque affecit populares suos.* Si Diei personam affingere liceat *adoream* pro corona ex omni frugum genere interpretarer. Sed ἀπίχνα. De *alma* v. p. 8 n. 34. 25 Dirus Annibal post cladem illam fratris sic ivit & grassatus est per Italas urbes, uti flamma per sylvam tedarum seu pinuum, vel ut Eurus per mare Siculum ruit. *Equitare* ad flammam, & ad Eurum non ad Annibalem refero: Estque audax nec sine exemplo tamen metaphora. Virg. jam ante dixit, *Et Lætus Eois Eurus equis.* Eurip. in Phœniss. chor. 1 Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν ἀέρᾳ *Flatibus Zephyri equitantis per aerem.* Mur. var. lect. 1 c 10. 26 A clade Asdrubalis militia Romana, pulsis ex Italia Pœnis, mare trajecit, & Carthaginem quoque æmulam illam Rom. imperii expugnavit ac delevit: & *Africam statim secutus est terrarum orbis*, ut Flor. l. 2 c. 6. De *juvent.* pro milit. V. Ind. 27 *Tumultum* dicit, quod proprium bellis civ. verbum, quia Annibal Italiæ incubans cum Italiæ quoque viribus eam affligeret: multas enim urbes provinciasque ad se traxerat. 28 Magna Claudii Neronis laus, quod deos quoque eorumque imagines dieturbatas passim & eversas erexerit ac restituerit. Turn. *rectos* exponit *propitios.*

Dixitque tandem perfidus Hannibal 29,
Cervi luporum præda rapacium
Sectamur ultro 30, *quos opimus*
Fallere & effugere est triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Jactata Tuscis æquoribus, sacra,
Natosque, maturosque patres
Pertulit Ausonias ad urbes 31:
Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes, animumque ferro 32.
Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem 33,
Monstrumve submisere Colchi
Majus 34, *Echioniæve Thebæ* 35.

29 *Punica fides* prov. nota est. At Liv. Annibalem dicit, *perfidia plus quam Punica: nihil veri, nihil sancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio,* l. 21 c. 4. 30 Nos ut cervi Romanos ut lupos insequimur. Non verior majorque laus quam ex ore hostium. Virg. *Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat.* Et laus etiam est, cum Romanos lupos vocat: Nec id videretur, nisi lupi Martiales seu Marti essent sacrati ob robur. Hinc λυκοδαρσὲς est *magnanimus.* Ita Benjamin dicitur *lupus qui rapit, & mane comedit prædam, & sub vesperam dividit spolium.* Genes. 49. 31 Laus Romanorum, qui a Trojanis veniunt. Hi ipso Trojæ incendio fortiores per diversa maris mediterranei æquora vecti sacra, liberos & grandævos patres in Italiam pertulerunt. *Ausonia* est Campaniæ Italæ regio. 32 Romanos comparat ilici, quæ in monte Algido resectis quibusdam ramis novum ostendit vigorem, magisque crescit. Sic Apollo Æneam monuerat ejusque progeniem, *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito Quam tua te fortuna sinet,* Virg. 6 Æn. v. 94. 33 *Hydra* prop. fuit locus in intimo maris Argolici sinu multas e variis meatibus evomens aquas, quæ totam vastabant regionem. Hercules eam paludem exsiccavit, quæ & Lerna dicta. Unde Lernæum monstrum & Hydra, recisis continuo succrescentibus capitibus, ab Hercule domita finguntur. Certe tales Romani, qui sæpe ab Hannibale cæsi, novas tamen copias in Hispaniam, Siciliam & Sardiniam mittebant. 34 Designat draconem illum terribilem aurei velleris custodem, cujus e dentibus a Jasone satis armati homines exorti sunt. 35 Cadmus Rex Thebarum, satis quoque draconis dentibus,

Merſes profundo, pulchrior 36 *evenit:*
Luctère, multa proruet integrum
Cum laude victorem 37, *geretque*
Prælia conjugibus loquenda 38.
Charthagini jam non ego nuncios
Mittam ſuperbos 39: *occidit, occidit*
Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Haſdrubale interempto 40.
Nil Claudiæ non efficient manus 41:
Quas & benigno numine Jupiter
Defendit 42, *& curæ ſagaces*
Expediunt per acuta belli 43.

naſci vidit exercitum in mutuam cædem paratum. Inde Echion ſuperſtes, poſt Cadmi gener, in ædificandis Thebis adjutor fuit. 36 *Pulchrior* eſt fortior. Fortes enim tantum Romanis pulcri videbantur. Flor. *Tum etiam manu pulcer apparuit.* Virg. *Satus Hercule pulcro Pulcer Aventinus.* 37 Tranſl. a luctatoribus. Ita Cic. pro Mil. c. 21 *Adde Martem communem, qui ſæpe ſpoliantem jam & exultantem evertit & perculit ab abjecto.* 38 Ita de *Penelope*, *Narrantis conjux pendet ab ore viri.* Matronis viri ut placeant, non leve ad virtutem momentum. V. p. 143 n. 6. 39 Victoriam Cannenſem nunciarat per Magonem fratrem, qui effuſis in publico e tribus modiis & dimidio annulis equitum Rom. cladis magnitudinem probarat. 40 Cum Annibal caput Aſdrubalis in caſtra per Cl. Neronem projectum vidiſſet, *Agnoſco, inquit, fortunam Carthaginis.* 41 Hor. iterum loquitur. 42 *Jupiter* Auguſti quoque tutelaris deus erat. 43 Hor. Salluſtianam ſequitur ſententiam, *Non votis neque ſupplicibus mulierbribus deorum auxilia parantur, ſed vigilando, agendo, bene conſulendo proſpere omnia cedunt.*

OD. V. AD AUGUSTUM.

Hæc ode habet quandam præclaram aureæ ætatis imaginem, & facta videtur cum Auguſtus diu in Galliis maneret, eoque ſecundâ hujus libri eſt poſterior. Extat numiſma ſed ſine Coſſ. S. P. Q. R. CÆSARI AUGUSTO, & ad alteram partem VOT. P. SUSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR. i. e. *Vota publice ſuſcepta pro ſalute & reditu. Iovi opt. max. ſacrum.*

Divis orte bonis[1] *optime Romulæ*
Cuſtos

1 Divis propitiis nate. Alii male ad genus, quod a D. Julio, & Venere, referunt. Od. 2 h. l. jamdixit, *Quo nihil majus meliuſve terris*

Custos gentis [2], *abes jam nimium diu* [3]:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio [4], *redi.*
Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ,
Instar veris enim vultus ubi tuus
Affulsit, populo gratior it dies,
Et soles melius nitent.
Ut mater juvenem [5], *quem Notus invido*
Flatu Carpathiŭ [6] *trans maris æquora*
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet à domo,
Votis, ominibusque [7] *& precibus vocat,*
Curvo nec faciem littore demovet [8]:
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem.
Tutus bos etenim rura perambulat [9]:
Nutrit rura Ceres [10], *almaque Faustitas* [11]:

Fata donavere bonique divi. 2 A duce præclaro gentium quoque nomina sunt. Ira od. XIV *Eremos*, ni fallor, pro Gallis dicet. 3 Tres annos in Galliis fuit, ab a. v. c. 737. Hæc ode uno ante reditum anno scripta est. 4 Seu ante abitum, seu per literas &c. 5 Hæc compatatio Romæ Augusti Parenti bene convenit. 6 p. 69. 7. *Notus*, *Carpathium mare* pro omni vento marique dicit. 7 Mater quoque ex ominibus reditum filii scire captat. Ex verbis factisque hominum omina etiam captari, notum vel ex historia P. Æmilii. Die quo e senatu rediret, filiola collum ejus complexa, ait, *mi pater*, *Persa est mortuus*; loquens de catello. At ille, qui ex Senatus Consulto contra Persam Regem mittendus jam erat, accepit omen de Regis interitu. 8 Naves adventantes prospicit in *littore curvo*, seu curvato, exeso maris fluctibus. Certe desideria de Augusti reditu in nummis & inscript. adhuc bene multa patent. 9 Rationes desiderii sequuntur. Vellej. felicitatem sub Augusto cumulat, *Nihil optare a diis homines, nihil dii hominibus præstare possunt, nihil voto concipi, nihil felicitate consummari, quod non Aug.... reip. populoque Rom. terrarumque orbi repræsentavit... Rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio, leges emendatæ utiliter, latæ salubriter.* Extat nummus in quo caput Apollinis, & ab altera parte homo qui arat, cum inscr. IMP. CÆS. 10 Inde *Ceres nutrix & mammosa* dicta. 11 *Faustitas* ut dea hîc ponitur.

Pacatum volitant per mare navitæ : 12
Culpari metuit fides.
Nullis polluitur casta domus stupris :
Mos, & lex maculosam edomuit nefas : 13
Laudantur simili prole puerperæ : 14
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paveat 15 : *quis gelidum Scythen* 16?
Quis, Germania quos horrida parturit,
Fœtus 17, *incolumi Cæsare? quis feræ*
Bellum curet Iberiæ 18?
Condit quisque diem collibus in suis 19,
Et vitem viduas ducit ad arbores 20;
Hinc ad vina redit lætus 21, *& alteris*
Te mensis adhibet deum 22.
Te multa prece, te prosequitur mero 23
Diffuso pateris : *& Laribus tuum*

Mis-

12 Poterant ergo Augusto acclamare, *Per illum se vivere, per illum navigare*, &c. ut apud Suet. in Aug. c. 98. 13 Questus est od. 6 l. 3 *Fœcunda culpæ secula nuptias Primum inquinavere* &c. Compescuit hanc licentiam, ut & impudicos *l. Jul. de pudicitia*, quæ male confunditur cum l. Jul. de adult. *Augustin de Leg.* 14 Patri similis proles probatur maxime. Inde mos certis populis ut liberi vulgo quæsiti iis assignentur, quibus eadem fere oris lineamenta. Sed quam hoc sit errori obnoxium, ratio & exempla docent. 15 Sub Parthis Medi & Persæ & Orientis populi sæpe pertinent. V. p. 84 n. 14. 16 Gentes Boreales aut armis Augusti subacti erant, aut pacem per legatos obtinuerant. 17 Flor. l. 4 c. 12 *Domuit Uspetes, Tencthcros, Cattos... inde validissimas nationes, Cheruscos, Suevos, Sicambros, &c. Eademque in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra viderentur. Horrida Germania*, ob mores barbaros, sive immania hominum corpora. Tac. de mor. Germ. 18 Hispaniæ, sic dictæ ab Ibero fl. Flor. l. 4 c. 12 *Pacatæ fere omnis Hispania... hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit: idem rebellandi finis Hispaniæ.* V. p. 137. 20. 19 *Condere* est finire. 20 Epod. 2 *Ergo aut adulta vitium propagine Altas maritat populos.* 21 Cœnæ tempore. 22 Mensis secundis te, Auguste, deum invocat. Dio l. 51 narrat Scto cautum ut in conviviis publicis privatisque Augusto libaretur. Mos olim fuit ut sublata prima mensa, poneretur secunda, & in ea positis pomis, infusoque vino libaretur diis. Virg. *Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ,* 23 Nota, *prosequi aliquem mero*, pro *libare vinum in honorem alicujus.*

Miſcet numen [24], *uti Græcia Caſtoris* [25],
Et magni memor Herculis [26],
Longas ô utinam, dux bone, ferias
Præſtes Heſperiæ [27], *dicimus integro*
Sicci mane die [28]: *dicimus uvidi*
Cum ſol Oceano ſubeſt [29].

24 Faber prò *Numen* l. *nomen*, quod in hymnis, Laribus cantari ſolitis, memorabatur. V. Dion. d. l. ὁ τε τὰς ὑμνους αὐτὸν ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐγγράφεσθαι. 25 Caſtor mari piratas exegit. 26 Hercules Græciam a monſtris purgavit. 27 Hic ſeſquiverſus videtur ſumtus ex Hymnis Auguſto cantari ſolitis, patetque e ſequent. *dicimus integro*, &c. Virg. ἱερὰ vocat, quæ Hor. *ferias*. Chriſtiani optimo jure omnes dies ἱερὰς *ferias* dixere. De *Heſperia* p. 72 n. 5. 28 Mane, ubi nil actum adhuc, *ſicci*, ſeu jejuni, te canemus. Ita ad deos veniri ſolebat. 29 Vino perfuſi, cum ſol occidit. V. p. 216 n. 15.

OD. VI. AD APOLLINEM.

Carmen hoc, ut & 21 l. 1 ſeculare inſcribi ſolet, ſed perperam. In carmine ſeculari dii laudantur, at hic ſatis magnifice de ſe ipſe loquitur.

Dive, quem proles Niobæa magnæ
Vindicem linguæ [1], *Tityoſque raptor* [2]
Senſit, & Trojæ prope victor altæ
Phthius Achilles [3],
Cæteris major, tibi miles impar [4]:
Filius quamvis Thetidos marinæ [5]

1 Apollo & Diana, Latonæ proles, Niobes 7 filios, totidemque filias interemerunt, & Niobe in ſaxum mutata fuit, quod ſuperbius locuta eſſet in Apollinem & Dianam, ut Hygin. ait. Itaque *magnæ linguæ* pro ſuperba ſumitur. Sub Niobe Lothi uxorem latere, ait *Alex. Roſſ. in myſtag. poët.* 2 Qui Latonæ vim inferre voluit, jactavitque ſe ea ſatis potitum. V. p. 156 n. 65. 3 Achillis, Trojæ fere victoris, ob Hectorem a ſe occiſum, magnam quoque linguam punitam ait, idque ex Hom. ubi Achilles ad Apollinem, ὀλοώτατε πάντων, & addit, nec, ſi qua poſſem, impune hoc ferres. Bellum hunc cum diis ludum v. p. 91 n. 15. 4 Achilles Græcorum fortiſſimus, at tibi, Phœbe, impar: nam hic ſub Paridis perſona eum occidit. 5 Thetis, filia Nerei marini dei, Achillis mater fuit.

Dardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax. [6]
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro [7],
Procidit late [8], *poſuitque collum in*
Pulvere Teucro [9].
Ille non incluſus equo Minervæ
Sacramentito [10], *male feriatos*
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam [11]:
Sed palam captis gravis, heu nefas, heu,
Neſcios fari pueros Achivis
Ureret flammis, etiam latentes
Matris in alvo [12];
Ni tuis victus, Veneriſque gratæ
Vocibus Divum pater annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros. [13]

Doctor

6 *Dardanæ turres* pro Trojanis. *Dardanus* enim Trojæ fuit conditor. Achillis haſtam ingentem & gravem; quam ſolus criſpare & vibrare poterat, deſcribit Hom. Il. 19 ſub fin. 7 Hom. & Virg. heroes ſuos occiſos magnis arboribus cadentibus comparant, Virg. de Entello l. 5 v. 447 *Ipſe gravis, graviterque ad terram pondere vaſto Concidit: ut quondam cava concidit, aut Erymantho, Aut Ida in magna radicitus eruta pinus.* 8 Ob molem corporis. 9 Virg. *Humum ſemel ore momordit.* 10 Si Achilles vixiſſet non equo dolo fabricato quaſi votum Minervæ eſſet, ſed aperta Martis vi Trojam cepiſſet. Magna hæc Achillis laus octo verſus occupat. 11 Intempeſtive feſta celebrantes cum Græci eſſent in inſidiis, qui *Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.* 12 Achilles, ut *Impiger, iracundus, inexorabilis, acer*, nec infantibus pepercisſet. Ita Agamemnon mandat Menelao, ut nec utero clauſis Trojanorum pueris parcat. *Hom.* 13 Apollo & Venus pro Trojanis Jovem exoraruntut cum Troja fatis exſcinderetur, Achille tamen interemto, Æneæ cum ſociis evadere liceret, ut novam urbem gentemque conderet in Italia *potiore alite*, ſeu feliciori auſpicio: nam in Italia omnia majora Trojanorum poſteris evenere. *Auſpicia* ſunt *majora* & *minora*: Illa, cum prius picus, poſt aquila, major avis, auſpicium dedit: vel quæ majorum magiſtratuum auctoritate captantur. Hæc contra. Ita cape Virg. l. 3 v. 375 *Nate Dea (nam te ma-*

Doctor argutæ fidicen Thaliæ [14],
Phœbe, qui Xantho lavis amne crines [15],
Dauniæ defende decus Camœnæ [16]
Levis Agyieû [17].
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit poëtæ [18].
Virginum primæ, puerique claris
Patribus orti [19],
Deliæ tutela Deæ [20], *fugaces*
Lyncas, & cervos cohibentis arcu [21],
Lesbium servate pedem [22], *meique*
Pollicis ictum [23].
Rite [24] *Latonæ puerum canentes*,

joribus ire per altum *Auſpiciis manifeſta fides*: Ubi de Trojanis Rom. more loquitur. 14 *Apollo* ut & Bacchus διδάσκαλος *doctor* dicitur. Nil opus ut legas, *ductor*, quod Torrent. vult, quo exprimatur Græcum Μουσήγης: Nam quis uſpiam legat *ductor Muſarum* vel *Thaliæ*? Alii pro *Argutæ Thaliæ* legunt *Argivæ*, q. Hor. cogitaſſet de Græca Muſa oppoſite ad Latinam. 15 Qui habitas, ſeu coleris ubi Xanthus Lyciæ fl. v. *Sirbi* alluit. Ita ſupra *Rhodani potor*, pro Gallis ad Rhodanum habitantibus. Vel quod Apollo *flavus* ſit, ita loquitur: *Xanthus* enim flavos crines facit. 16 Me defende. Horatii *Camœna Daunia* dicitur, quia patria ejus Venuſium, quæ urbs eſt in finibus Apuliæ ſeu Dauniæ. Ita *Teia Muſa* pro Anacreontis. 17 *Levis* λεῖος *imberbis*, ut qui ſemper juvenis. *Agyieus*, *vialis*, qui viis præeſt: unde aræ & ſtatuæ in viis ipſis ponebantur. Ἀγυιὰ vicus, via. 18 Hactenus invocavit Phœbum: nunc ad puerorum puellarumque chorum ſe vertit, qui ut bene canant, dicit verſus ſibi ſuos ab Apolline Muſarum præſide dictatos. Et hæc cauſa eſt, cur alibi ingenium, artem, famamque ſui accepta referat Muſis. 19 Od. ult. *Virgines lectas puerosque.* Nam nobiliſſimi & patrimi ac matrimi, ſeu queis parentes eſſent in vivis, hos choros ducebant. 20 Pueri & puellæ, qui tutela ſeu cura eſtis Dianæ Deliæ: nam *Delos* huic patria fuit. Cat. *Dianæ ſumus in fide Puellæ & pueri integri.* 21 Quæ venatione delectaris. *Lyncas* & *cervos* Callim. quoque Hymno in Dianam, & pro *cohibere*, βάλλειν dicit. Dianæ munia ſunt varia, indeque πολυώνυμος appellatur. *Lynces* v. 188 n. 34. 22 Ad leges Sapphici mei carminis choros & cantus veſtros dirigite. Sappho iſtius carminis inventrix e Lesbo inſ. fuit. 23 Videtur Horatius choris cantantibus, lyram pulſare: loquiturque ut chorodidaſcalus, exemplo Græciæ Lyricorum. 24 Religioſe.

Rite creſcentem face noctilucam [25],
Proſperam frugum [26], *celeremque pronos*
Volvere menſes.
Nupta jam dices [27], *ego Dîs* [28] *amicum*,
Sæculo feſtas referente luces [29],
Reddidi [30] *carmen docilis modorum* [31]
Vatis Horati.

25 Diana pro Luna culta & dicta eſt *noctiluca*, νυκτιλαμπὴς. Varro lampadem quoque *noctilucam* dixit. V. p. 193 n. 3. 26 i. e. propitia frugum proventui. Lunæ in frugibus alendis vis nota eſt. 27 Mox ubi carmen ſeculare cantaveris, nupta: creditum enim celerius feliciusque has nubere & contra infantes, qui Apolline veniente non cantarent & ſaltarent, connubio haud jungi, & prima ætate mori. Ita Callim. Hymno in Apoll. v. 12 *Phœbo in medium procedente pueros habere vult, ſi quidem celebraturi ſint olim nuptias, & canitiem raſuri.* 28 Apollini & Dianæ. 29 Feſtum ſeculare erat trium dierum ac noctium. 30 Cantavi. Ode 11 dicet, *Condiſce modos amanda Voce quas reddas.* 31 *Modi* proprie ſunt diverſi Muſicæ toni: hîc pro ipſis verſibus ſumuntur. Ita Græcorum μέλος, νόμος accipitur.

ODE VII. AD TORQUATUM.

Hac ode plane ſimili quartæ l. 1, ſed pro fœcunditate inventionis Horatianæ mire variatâ, rerum inſtabilitatem deſcribit: ſine ulla dubitatione, ut in argumentum lætitiæ eam rapiat. Scripta eſt ad Manl. Torquatum, qui fuit Coſ. a. v. c. 689. Ad hunc eſt epithal. Catulli.

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribusque comæ [1].
Mutat terra vices [2], *& decreſcentia ripas*
Flumina prætereunt [3].

Gra-

1 Pedo in epic. Mæcen. *Redditur arboribus florens revirentibus ætas: Ergo non homini quod fuit ante redit.* Idem expreſſerat Moſchus in epic. Bionis, eid. 3. 2 Terra mutatur. 3 Flumina ante aucta, ut veris initio ſolent, jam intra ripas redierunt, & *prater* ſeu *ſecundum* eas fluunt. Salmaſii σφάλμα eſt, cum legit *recreſcentia*, & alibi *de* in *decreſcentia* augendi vim habere ait: quod nives liquefactæ flumina repleant: & ſic *decoquere*, *deputare*, *defrui* accipi. Mortuo, ut ajunt, leoni non inſultem, ſi nugas ipſum egiſſe reponam, cum bis iſta in Sol. notat. Quid? An Nymphæ & Gratiæ ducent er-

Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet
Ducere nuda choros 4.
Immortalia 5 ne speres monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt Zephyris, Ver proterit æstas
Interitura, simul
Pomifer Autumnus fruges effuderit 5, & mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant cœlestia Lunæ.
Nos ubi decidimus,
Quo pius Æneas, quo Tullus dives, & Ancus,
Pulvis & umbra sumus 6.
Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ
Tempora Dij superi 7?
Cuncta manus avidas fugient hæredis 8, amico
Quæ dederis animo 9.
Cum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria 10:
Non, Torquate, genus 11, *non te facundia, non te*
Resti-

go choros per campos aqua coopertos? Porro v. p. 87. 17 4 Confer singula cum singulis d. od. 4 l. 1. *Gratia cum geminis sororibus*, sunt tres Gratiæ, Aglaia, Thalia, Euphrosyne. 5 Infra, *Vive memor quam sis ævi brevis.* 5 Autumnum ut Deum fingit. Ita & Epod. 2 *Vel cum decorum mitibus pomis caput Autumnus arvis extulit.* 6 Si & pius Æneas, & dives ille Tullus 3 Rom. rex, & Ancus hujus gloriosus successor mortui sint, nemo indignetur nos in pulverem resolvi. Quin omnia humana *umbram* dicit: & minus adhuc qui dixit, ὄναρ σκιᾶς ἄνθρωπος, *Homo umbræ somnium.* In lætitiæ argumentum Epicureus pessime rapit, quod & cras forte non supervixerit. 8 V. si lubet sat. 3 l. 2 Sæpe enim vulturios seu heredipetas perstringit. 9 Quæ animo, grato illi comiti, indulseris. Anacr. ad se φίλον ἦτορ *amicum cor*: & Græci dicunt χαρίζεσθαι φίλῃ ψυχῇ *gratificari amico animo*, ut Crispus apud Mart. l. 5 epigr. 32 *Quadrantem Crispus tabulis Faustine supremis Non dedit uxori: cui dedit ergo? Sibi.* 10 *Splendidum arbitrium*, seu judicium, est de homine splendido ac illustri, qualis erat Torquatus. De *Minoë* p. 116 n. 17. 11 Hic Torquatus descendit a Manlio illo, cui Torquati cognomen datum fuit a torque aureo quem singulari certamine Gallo inter spolia detraxit.

Restituit pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum [12]:
Nec lethæa valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo [13].

12 *Hyppolytus pudicus.* Nam fædos Phædræ novercæ amores spernens, fraudibus hujus periit. Hunc Hor. nec a Diana vita restitui ait, Ovid. contra restitutum ait Dianæ rogatu ab Æsculapio, eique una cum Diana sacra in Aricino nemore fieri. Sanior hic Horatius: nam serio hic agit. Neque curat jam fabulas. Et hoc notandum. 13 Nec Theseus cari Pirithoi catenas potest solvere. De *Theseo* &c. p. 156 n. 66. Porro Morti, ut implacabili, nulla sacra a gentibus facta, nisi a Gaditanis, qui templum Morti extruxerunt, obs. Is. Voss. Pluto & Dis quidem & Libitina in veneratione fuere, sed quod divites multos facere crederentur.

OD. VIII. AD C. MARTIUM CENSORINUM.

Hæc ode laudem poëtios convenienti sane ac sublimi stilo tractat.

Donarem [1] *pateras* [2], *grataque commodus* [3],
Censorine [4], *meis æra* [5] *sodalibus*:
Donarem tripodas [6], *præmia fortium*
Grajorum [7]: *neque tu pessima munerum*
Ferres [8], *divite me scilicet artium* [9],

Quas

1 Marcil. putat, hanc oden esse munus Saturnalitium: munera enim tempore Saturnalium mittebantur amicis. 2 *Pateræ*, a *patendo*. Heroum illa dona & pocula fuisse, apparet ex Plauti Amphitr. Sc. 1 *Post ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea est, Qui Pterela potitare rex solitus est.* 3 Facilis. 4 Cos. is fuit cum Asinio Gallo a.v.c. 746. *Virum* vocat Vellej. *demerendis hominibus genitum.* 5 Vasa ex ære, manibus pedibusve lavandis &c. apta. 6 *Tripodes* vel caldarii erant, igni admoveri soliti, ἐμπυριβῆται; vel poculi genus, ἄπυροι, queis vinum temperabatur. 7 Pocula heroum quanta fuerint, patet ex illo Nestoris, quod juvenis vix sustinebat, & illo, quod ter exhaustum Cyclopes prostravit. Inde poscere majoribus poculis, Cic. in Verr. 8 *Ferre*, pro auferre. Ita φέρειν pro ἔχειν. 9 Si cælare possem vel pingere, vel fictarum artium signa possiderem. Solebant vett. pocula variis emblematis distinguere. Notum Daphnidis caprarii cissybium, multis imaginibus insigne apud Theocr. & Anacr. ποτήριον ἀρυτῆρ.

Quas aut Parrhasius protulit [10], *aut Scopas* [11],
Hic saxo, liquidis ille coloribus,
Solers nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hæc mihi vis: non tibi talium
Res est, aut animus deliciarum egens [12].
Gaudes carminibus, carmina possumus
Donare, & pretium dicere muneri [13].
Non inciſa notis [14] *marmora publicis* [15],
Per quæ ſpiritus, & vita redit bonis
Poſt mortem ducibus [16]: *non celeres fugæ,*
Rejectæque retrorſum Hannibalis minæ [17]:
Non incendia Carthaginis impiæ,
Ejus, qui domita nomen ab Africa
Lucratus redÿit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides [18]: neque,
Si chartæ ſileant, quod bene feceris,

Mer-

10 Pictor excellens, qui primus ſymmetriam picturæ dedit. *Proferre* ad pictores forte pertinet, qui ſolebant opus aliquod ſi abſolviſſent id omnium oculis ac judicio exponere. V. Jun. de pict. 11 Statuarius nobilis. V. ibid. 12 Satis iis inſtructa domus tua, nec plura petas. *Delicias* vocat picturas & cælaturas, & Salluſt. in B. Catil. inter corruptelas civitatis recenſet earum ſtudium: Certe poëſi ut cedant, jure innuit Horatius. 13 *Dicere* eſt *ſtatuere pretium.* 14 *Notæ*, ſunt compendia ſcripturæ ut S. P. Q. R. Scipioni Africano P. C. Senatus Populuſque Romanus &c. poni curavit. Hujus enim ſtatuas poſt mortem ipſi multis in locis erectas (nam vivus noluerat) intelligit. Inſcriptiones autem imaginum vel nullæ olim fuere, vel breviſſimæ & poſt ſæpe additæ, ut probat V. Cl. Periſſ. animadv. Hiſt. 7 Senatus juſſu ſtatuæ publicæ diis hominibuſque publice, & his rarius decernebantur: poſt illius rogatu & principum tantum conſenſu. Claud. præfat. de Bello Get. *Annuit his princeps titulum, poſcente ſenatu.* 16 Virg. *Excudent alii ſpirantia mollius æra Credo equidem, & vivos ducent in marmore vultus.* V. n. 14. 17 Cum Annibal *incubans Italiæ*, ejuſque *viſceribus inhærens ſummotus* eſt & coactus in Africam redire ad opem ferendam Carthagini, quam Scipio obſidebat, *rejiciens* ſic minas malaque belli, quibus Italia vexabatur, ad hoſtes. Flor. 2. 6. 18 Non incendia impiæ & fædifragæ Carthaginis clarius indicant laudes Pub. Scipionis Africani, junioris ſcilicet, quam verſus Ennii e Calabria orti. Ἀνεξήγητον hic non video. Dixit prius de P. Scip. Afric. majore, de ejus in Africam trajectu, quo Annibal Italia cedere coactus eſt: mox de P. Scip. Afric. minore, qui Carthaginem incendit, ſubdit:

Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ,
Mavortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis invida Romuli [19]?
Ereptum Stygijs fluctibus Æacum
Virtus, & favor, & lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis [20].
Dignum laude virum Musa vetat mori.
Cœlo Musa beat: *sic Jovis interest*
Optatis epulis impiger Hercules [21].
Clarum Tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates [22].
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus [23].

Hic enim vere perdomuit Africam. Qui offenduntur hic verbis Horatii *ejus*, & *lucratus* ut humilibus nimis, mirum ni & soli maculas aliquando ostendant. 19 Quid foret de Romulo, si historiæ de eo tacerent? 20 Per carmina Æacus oblivioni eoque & inferis ereptus in Elysiis campis *consecratur* seu ut Deus judexque habetur. *Insulæ divites, fortunatæ, lætæ sedes* sunt *campi Elysii.* V. p. 116 n. 18. 21 Poëtæ Herculem Jovis convivam faciunt, seu deum. Stoicis alius est συμπότης θεῶν *convivа deorum*, alius συνδειπνῶν θεοῖς *conregnans cum deis.* 22 Castor & Pollux, salutare illud sidus, mox ubi affulsit, naves in tuto sunt. Od. 12 l. 1. 23 Liber seu Bacchus pampino virenti coronatus felicem dat eventum precantibus, i. e. deus habetur: vota enim deis tantum fiebant. Virg. ecl. 5 *Damnabis tu quoque votis.* Fictione ergo poëtarum (sine qua nulla poësis esse dicitur) agnoscit deos factos, qui rebus gestis erant inclyti. De ea v. P. Petit. misc. obs. l. 4 c. 13.

OD. IX. AD LOLLIUM.

Hæc ode ejusdem fere cum præced. argumenti, nec minoris gravitatis ac elegantiæ, tribus constat partibus: Scilicet scripta sua non interitura ait & refutat eos qui putant primos tantum in omni arte considerandos: tum poëtarum auxilio famam exendi, ac denique Lollii virtutem suis carminibus immortalem facturum pollicetur.

NE *forte credas interitura, quæ*
Longe sonantem natus ad Aufidum [1],

Non

1 Hor. natus in finibus Apuliæ, ubi *Aufidus* fluv. strepitu suo lon-

Non ante vulgatas per artes
Verba loquor ſocianda chordis [2].
Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Ceæque & Alcæi minaces,
Steſichorique graves Camœnæ [3].
Nec, ſi quid olim luſit [4] *Anacreon,*
Delevit ætas: ſpirat adhuc amor,
Vivuntque commiſſi calores
Æoliæ fidibus puellæ [5].
Non ſola [6] *comptos arſit adulteri*
Crines [7]: *& aurum veſtibus illitum*
Mirata [8], *regaleſque cultus,*
Et comites [9], *Helene Lacæna,*
Primuſve Teucer [10] *tela Cydonio*
Direxit arcu [11]: *non ſemel Ilios*

Vexa-

ge auditur od. 30 l. 3 dixit *violens Anſidus*. Barthius ridiculus eſt, cum *longe ſonantem* dicit *ob cladem Cannenſem*. Nota, ut ut urbani faſtidierint provinciales, plures tamen horum quam illorum eloquentiæ & poëſios laude claruiſſe. Virg. Mantuanus, Catullus Veronenſis, Propertius Umber, Ovid. Sulmonenſis, Hor. Venuſinus fuit, ut de Livio, Cic. Nepote &c. taceam. 2 Latinorum primus lyrica compoſuit. *Chordas* pro citharis dicit. Ita & Juv. Sat 3 v. 63. 3 Non ſi Homerus primas teneat, graviſſima Pindari, Simonidis, Alcæi, & Steſichori carmina in tenebris jacent. *Simonides Ceus* ab inſ. Cea patria ſua ſic dicitur: Hujus ut & Steſichori nil fere reſtat. De *Alceo* v. Ind. 4 Scripſit enim amatoria. 5 *Amor Æoliæ puellæ* (Sapphus) *ſpirat adhuc, & ejus calores commiſſi fidibus*. Vele 2 quæ reſtant odis patet quod hîc dicitur. V. Ind. in *Sappho*. 6 Ante Helenam aliæ mulieres belli cauſæ fuere: at ignorantur, quod ſcriptore careant. Athen. l. 13 c. 1 multa narrat. 7 De cæſarie Paridis adulteri v. od. 14 l. 1. 8 Virg. *picturatas auri ſubtemine veſtes*. *Acu pictas veſtes, veſtes Phrygias* recte etiam hîc intelligas. Ovid. *Venerat ut fama eſt multo ſpectabilis auro, Quique ſuo Phrygias corpore ferret opes*. Hæc *Helene Lacæna* miratur. Spartanis enim cultus & luxus inſoliti erant, Ovid. *Parca ſed eſt Sparte* &c. Epiſt. Par. ad Helenam. V. p. 90 n. 6. 9 Ovid. *Claſſe viriſque potens, per quæ fera bella geruntur Et ſequitur regni pars quota quemque ſui*. 10 Teucer ab Hom. celebratur ut peritiſſimus jaculandi. Hor. ait & ante eum eximios jaculatores fuiſſe. At ignoti ſunt, quia vatem non habuerunt. 11 Apud Cydonem Cretæ civitatem optimæ

Vexata [12] : *non pugnavit ingens*
Idomeneus [13], *Sthenelusve solus* [14]
Dicenda Musis prælia : non ferox
Hector [15], *vel acer Deiphobus* [16] *graves*
Excepit ictus [17] *pro pudicis*
Conjugibus, puerisque [18] *primus.*
Vixêre fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illacrimabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro [19].
Paulum sepultæ distat inertiæ [20]
Celata virtus : *non ego te meis*
Chartis inornatum sileri,
Totve tuos patiar labores
Impune, Lolli, carpere lividas
Obliviones [21]. *Est animus tibi*,

Rerum-

eannæ ad sagittas & ligna ad arcus nascebantur. 12 Troja ab Hercule, ab Amazonibus, a Græcis capta : sed hoc bellum tantum narratur 13 Rex Cretæ, armatus fulgure & pugnans apro comparatur. Hom. 14 Od. 15 l. 1 *impavidus & pugnæ sciens.* 15 Hic Marti & igni cuncta devastanti similis Hom. & Pind. Τρόιας ἄμαχον ἀσφαβῆ πύργον *inexpugnabilem firmam columnam Trojæ* vocat Olymp. od. 2 str. 5. 16 Et hic fil. Priami, ac inter fortissimos Trojanorum habetur. 17 Hector diris plagis ab Achille confectus circa muros Trojæ ter raptatus est, & Deiphobus μαχαιζόμενον seu *extremis partibus truncatus* periit. 18 Trojanorum, in genere. Deiphobus enim Helenam tantum habuit conjugem a morte Paridis fratris sui. Hæc *pudica* dici nequit, nam causa mariti mortis fuit, dum Menelao portam aperuit, qui Paridem in lecto suo interfecit : nec Deiphobus ex illa liberos habere potuit brevi adeo quo cum illa fuit tempore. 19 Agamemnon exercitus Græci princeps *albo corpore, magnus, membris valentibus, facundus, prudens, nobilis*, ut Dares ait : at alii ante eum præclari extitere, quorum nomen cum corporibus tumulatum jacet, quia poëtas præcones non habuere. Sed, *Quem referent Musæ vivet, dum robora tellus Dum cælum stellas, dum vehit amnis aquas. Poetæ sacri* dicuntur ; nam sine deorum velut afflatu nihil possunt. 20 *Inertiæ* hic in dat. per Græcismum. Nam Græci discrepandi verbis dativum jungunt. Virtus si latet, a desidia non differt. Claud. 4 cons. Hon. *Vile latens virtus. Quid enim submersa tenebris Proderit ? obscuro veluti sine remige puppis Aut lyra quæ reticet, aut qui non tenditur arcus.* 21 Tertia odes pars,

Rerumque prudens [22], *& ſecundis*
Temporibus, dubiiſque rectus [23].
Vindex avaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ [24],
Conſulque non unius anni,
Sed quoties bonus, atque fidus
Judex honeſtum prætulit utili, &
Rejecit alto dona nocentium
Vultu [25], *& per obſtantes catervas*
Explicuit ſua victor arma [26].
Non poſſidentem multa vocaveris
Recte beatum. Rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati,
Pejuſque letho flagitium timet.
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire [27].

Q O D.

Non patiar, inquit, *nomen tuum in obſcuro jacere, non indictus eris.* Virg. *Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat.* *Lollius* notum in Rom. Hiſtoria & binis Horatii epiſtolis nomen. Fuit Coſ. & exercituum per Germaniam, Thraciam & Galatiam dux, & varia belli fortuna non ignobilis. 22 Sagacem dicit animo, & rerum uſu edoctum. Quid mirum, Si Cajo Auguſti filio adoptivo in orientem tendenti rector appoſitus ſit? 23 L. 2 od 3 *Æquam memento rebus in arduis Servare mentem: non ſecus ac bonis.* 24 Pecuniæ tamen avidus apparuit magis quam recte faciendi, & inter ſummam vitiorum diſſimulationem fuit vitioſiſſimus, ſi Vellejus Tiberii adulator vera refert. Tac. quoque clandeſtinis criminationibûs Cajum & Tiberium ab eo commiſſos addit: rapacem fuiſſe & Plin. refert l. 9 c. 35. Itaque vel celata illa animi improbitas poſt emerſit, vel falſa hæc Horatii laus pro caſtigatione eſt. 25 Stoice loquitur: Nam *Rex eſt qui poſuit metus Et diri mala pectoris: Quem non ambitio impotens, Et nunquam ſtabilis favor Vulgi præcipitis movet.* V. od. 2 & od. 2 l. 3. 26 Per obſtantes pravos animi motus virtutes ſuas exſerit. Inf. epiſt. 16 v. 67 *Perdidit arma, locum virtutis deſeruit qui Semper in augenda feſtinat & obruitur re.* 27 Ex his aliiſque locis infinitis patet profanam philoſophiam parem ſe tuliſſe in ſpernendis opibus, in felicitate ex iis haud ſperanda, in frænandis cupiditatibus, quanquam iſti intra horum fines raro, & nos non nimis conſiſtimus.

OD. X. IN LIGURINUM.

O crudelis adhuc [1], *& Veneris muneribus potens* [2],
Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ [3],
Et, quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ [4]:
Nunc & qui color est Puniceæ flore prior rosæ [5]
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam [6],
Dices: heu! quoties te speculo videris alterum [7],
Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ [8]?

1 Quod amori poëtæ Lig. nondum respondeirt, probat hanc oden factam post primam h. l. 2 Venustate & gratia. *Potens* est superbus. Ter. *Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa.* 3 *Cum pluma*, seu *ala venerit tuæ superbiæ; cum abierit quod te superbum reddebat. Pluma* ergo pro alis, more Græco & Orientalium, qui dicunt, *Pluma venit alicui rei* pro *avolavit* V. Prov. 23 v. 5 Aliter; *Cum senex fueris factus.* Ov. 4 trist. el. 8 *Jam mea cygneas imitantur tempora plumas. Insperatam plumam* dicit, pro canitie: nam ut Juv. *Obrepit non intellecta senectus.* Pauci juvenes, quæ a senectute metuenda sunt, meminisse in tempore solent. Sequens versus respuit, ut *pluma* sit prima lanugo, quod Acro aliique volunt. 4 Cum senex eris, *Quique decus fuerant formæ, cecidere capilli.* Defluvium capillorum canities præcedit; Senectus enim *Aut spoliata suos aut quos habet alba capillos.* Prior ergo versus de canitie, hic de alopecia loquitur. 5 Juvenilis ille vigor est *color verus*, Ter. 6 Epod. 17 *Fugit Juventas, & verecundus color Reliquit ossa pelle amicta lurida.* Hic *color exsanguis* est Sallust. & Ter. *color mustellinus.* 7 *Alterum*, mutatum. Ovid. 15 Met. f. 3 *Flet quoque ut in speculo rugas conspexit aniles Tyndaris.* 8 Perinde vetula juvenculæ meretrici apud Ter. Hec. a. 1 sc. 1 *Eheu me miseram! Cur non aut hæc mihi Ætas & forma, aut tibi hæc sententia. Animis* dicit pro *moribus*, ut Ter. *Uxorem his moribus dabit nemo. Incolumes genas* describit Tib. l. 1 el. 9 *Carior est auro juvenis, cui levia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.*

OD. XI. AD PHYLLIDEM.

Natalem Mæcenatis celebraturus Phyllidem invitat ad convivium & ab amore Telephi ad cantum vocat, quo absit omnis ægritudo.

Est mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus [1]*: est in horto,* Phy-

1 Bacchus lætitiæ dator. Vinum Albanum, quod suave gratumque

Phylli, nectendis apium coronis:
Est hederæ vis.
Multa, qua crines religata fulges [2]*:*
Ridet argento domus [3]*: ara, castis*
Vincta verbenis, avet immolato
Spargier agno [4]*.*
Cuncta festinat manus: huc, & illuc
Cursitant mistæ pueris puellæ [5]*:*
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum [6]*.*
Ut tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis: Idus tibi sunt agendæ,
Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem [7]*:*
Jure solennis mihi, sanctiorque
Pene natali proprio [8]*: quod ex hac*

erat, hic adhibetur. 2 Coronæ lætitiis quoque conveniunt, eæque ex apio, de quo V. p. 109 n. 19 & hedera, quæ ipsa pulchritudinis quoddam velut symbolum habet. Virg. ecl. 7 *Candidior cygnis, hedera formosior alba.* v. p. 14 n. 11. 3 Domus splendet argento. Ita tenuis sortis meretriculæ videri forte potuit, & magnifice cum ea loqui decuit. Aliter, ubi cum Mæcenate aut potentiore aliquo res sibi esset, de tenuitate sua vel certe mediocritate omnis sermo est. Aliter qui explicant, vim poëtæ inferunt. 4 Ad aram verbenis redimitam agnus cædetur. Virg. *illius aram Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. Immolare* erat molam salsam victimæ capiti imponere: inde per metalepsin cædere notat. Convivia vero & sacrificia jungi mos fuit v. p. 74 n. 1. 5 Natalem Mæcenatis rite ac operose vult celebrare: huc inserviunt multi servi servæque. 6 Focus multo igne instructus est, & flammæ trepidant seu properant ejicere densum fumum: Focus olim in medio culinæ erat, & fumus per aperturam tecti transmittebatur. 7 Natalis Mæcenatis ergo fuit 13 Aprilis. Sunt autem *Idus quæ mensem dividunt: Iduare enim lingua Hetrusca dividere est: unde vidua, quasi valde idua, i. e. valde divisa, vel a viro divisa.* Macr. *Aprilis*, secundus Romani anni mensis, ab aperiendo dictus quasi *aperilis*, quod tum terra se aperiat iterum, vel quasi Aphrilis ab ἀφρῷ spuma, unde Ἀφροδίτη seu Venus orta, Veneri sacer fuit. 8 *Nam vitæ fructum atque ornamentum* Mæcenas Horatio *peperit*, ut Censorin. cap. 3 ad Cerealem simili casu ait,

Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos 9.
Telephum, quem tu petis, occupavit
Non tuæ ſortis juvenem puella
Dives & laſciva tenetque grata
Compede vinctum 10.
Terret ambuſtus Phaëthon avaras
Spes 11, *& exemplum grave præbet ales*
Pegaſus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem 12.
SEMPER *ut te digna* 13 *ſequare, & ultra*
Quam licet, ſperare, nefas putando,
Diſparem vites. age, jam meorum
Finis amorum 14.
(Non enim poſt hac alia calebo
Femina 15*) condiſce modos* 16, *amanda*
Voce quos reddas: minuentur atræ
Carmine curæ 17.

9 Quod hinc annos affluentes ſeu creſcentes numeret, & non a Floralibus, quæ Kal. Maji finiebant, (quod Scal. Poët. l. 3 c. 102 vult) patet. 10 Lydia forte Telephum in ſui amorem pertraxerat, od. 13 l. 1. 11 Non vult eam idem ſperare, quod dives puella: eoque terret eam exemplo Phaëtontis, qui volens fieri *currus auriga paterni*, fulmine in Eridanum dejectus eſt, adeoque *magnis excidit auſis*. Ov. metam. 2. *Ambuſtus, circumuſtus*. Feſt. 12 Bellerophon ope Pegaſi, alati equi, Chimæram cum occidiſſet, ejuſdem auxilio in cœlum quoque aſcendere voluit, ut quid ageret illic Jupiter, perſpiceret. At œſtro a Jove immiſſo Pegaſus fatigatus Bellerophontem excuſſit, qui, ruptis membris, ambitionis pœnas luit. 13 *Si qua voles apte nubere, nube pari*. Licet de veris nuptiis hîc nihil. 14 Phyllis ultima Horatii amica. Propert. tenerius adhuc, *Me neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt. Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit*. 15 V. od. 1 h. lib. 16 P. 169. n. 9. 17 Curæ de Telepho.

ODE XII. AD VIRGILIUM.

Non ver ipſum tot coloribus, tot florum varietatibus efflorescit, quam hæc ad Virgilium poëtam ode.

Jam

Jam veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ [1]:
Jam nec prata rigent [2], *nec fluvii strepunt*
Hiberna nive turgidi [3].
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens [4]
Infelix avis [5], *& Cecropiæ domus* [6]
Æternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est ulta libidines [7].
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula,
Delectantque Deum [8], *cui pecus* [9], *& nigri*
Colles Arcadiæ placent [10].
Adduxere sitim tempora, Virgili [11]:

Q 3 Sed

1 Zephyri, qui maris fluctus componunt, flantes e Thracia, jam impellunt lintea seu vela navium. Thracia sedes ac officina ventorum est, ut Eustath. notat ad 9 Il. Βορέης καὶ Ζέφυρος ἐκ τοῦτε Θρήικηθεν ἄητον. *Boreas & Zephyrus qui flant e Thracia.* Aliter Boreas Thraciam proprie tenet, Ovid. 1 Met. fab. 2 v. 61. Faber l. 2 epist. 24 Horatio in Italia scribenti non licuisse idem quod Homero in Æolidedegenti, & ut pessimi exempli hanc imitationem notat. At si Hor. cursum navim certo expressisset, tum demum quæri de eo posset. Et ni sic locus, qui crux est interpretibus, recte accipiatur, vehementer animi falsus sim. *Anima* a Græco ἄνεμος ventus. 2 Od. 21 l. 1 *Nec prata canis albicant pruinis.* 3 Od. 7 h. l. *Jam decrescentia ripas Flumina prætereunt*, not. 3. 4 Hirundo jam nidum facit, & tum, ut cæteræ aviculæ solent, canit. Vox ejus querulum quid habet, idque omnes clamant poëtæ: quin & Hiskias rex ait, *ut hirundo pipiebam*, Esai. c. 38 v. 14 eoque Bochart. 5 Hirundo fuerat Progne Pandionis Athenarum regis filia, & uxor Tereï. Hæc ægre ferens Philumelam sororem suam a Tereo stupratam esse, Ityn communem filium ei epulandum dedit: cumque omnes tandem dolore conficerentur, diis miserantibus, mutati sunt, Tereus in upupam, Progne in hirundinem, Philumela in luscíniam, Itys in phasianum. Ov. 6 met. f. 7. 6 i. e. Pandionis. Cecrops primus Athenienſium rex fuit: Ad hunc refertur quicquid in regum Athenienſium familia fuit. Ita *Ptolomæi* pro Ægypti regibus, *Cæsares* pro Rom. imperatoribus. 7 *Male ulta* est, seu nimis, *libidines regum*, pro regis. 8 Pana. Pag. 186. 1. Virg. ecl. 2 *Pan curat oves, ovium que magistros.* 10 *Arcadia nigra*, ob sylvas, fertilitatemve. Virg. Georg. 2 v. 203 *Nigra ferè & presso pinguis sub vomere terra Optima frumentis.* 11 Ver adultum in Italia calidum est. Sunt qui cæmæ tempus notari putant, probantque e Virg. Georg. 3 v. 327

Sed preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis [12], *juvenum nobilium cliens* [13],
Nardo vina merebere [14].
Nardi parvus onyx eliciet cadum [15],
Qui nunc Sulpitiis accubat horreis [16],
Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax [17].
Ad quæ ſi properas gaudia, cum tua
Velox merce veni [18]: *non ego te meis*
Immunem meditor tingere poculis,
Plena dives ut in domo [19].
Verum pone moras, & ſtudium lucri [20],
Nigrorumque memor, dum licet, ignium [21],
Miſce ſtultitiam conſiliis brevem [22]:
DULCE eſt deſipere in loco [23].

O D.

Inde ubi quarta ſitim cœli collegerit hora. Sed de vere ejuſque adjunctis loquitur 12 Si vis bibere vinum Calenum, quod bonum erat. 13 Virgilium Maronem compellat nomine clientis nobilium juvenum, Tiberii nempe Druſique Neronum Liviæ filiorum, & Marcelli Auguſti generi ac filii adoptivi De *clientibus* v. Indic. 14 Si nardum afferas, ego conferam vina. Hinc Virgilium quendam myropolam ſeu unguentarium intelligit Torrent. At idem tum ſit Catull. cum unguentum pollicetur. V. p. 110. 16. 15 Pro parvo vaſe unguentario, a te dato, ego promam amphoram. Alibi, *Funde capacibus Unguenta de conchis.* 16 Apothecis vinariis, quas cum alii, tum Sulpicius Galba optimas habebat. V. p. 191. 1. 17 Vinum ſpes jubet eſſe ratas, etc. od. 21 l. 3. *Amara curarum* pro *amaris curis.* Plin. *Lanarum nigræ nullum colorem bibunt* i. e. *nigræ lanæ.* 18 Cum tua ſymbola, cum unguento: *Merx* Virgilii poſſent quoque eſſe ejus ſales; ſed melancholicus nimis fuiſſe dicitur. 19 Non, ut divites in affluente domo ſolent, madefaciam te *immunem*, ſeu nil munuſculi afferentem. Ita jocari poëtæ amant. Catul. carm. 13 *Tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum:* interim is tantum unguenti dabit, ut ſubdat, *Quod tu cum olfacies, deos rogabis, Totum ut faciant, Fabulle, naſum.* 20 Virg. laborioſus erat; & jam ab Aug. aliiſque ducentis & quinquaginta coronatorum millibus donatus. 21 Triſtis funeſtique rogi memor, vive ac gaude. Moriendi enim neceſſitatem in argumentum lætitiæ rapuere veteres. 22 Animum gravibus ſtudiis circumvallatum liberalius relaxa. 23 Anacr. ſæpe Μαίνεσθαι, *furere* vult. Ipſe *Socrates non erubuit, cum interpoſita arundine cruribus ſuis, cum parvis filiolis ludens, ab Alcibiade riſus eſt.* Val. Max. 8. 8.

OD. XIII.

Lib. 3 od. 10 misere amarat Lycen: hîc, repudiatus ab ea, mordacissime eandem rider. Idem cum Lydia fecit od 25 l. 1. Porro vel ex hac ode, ut æqualibus semper numeris decurrente, quique uno eodemque cantu absolvi potest, probat Is. Voss. de viribus rythmi hodiernam componendi cantandique rationem veteri illa longe esse inferiorem.

Audivere, Lyce, dii mea vota [1]; *dii*
Audivere, Lyce [2], *fis anus, & tamen*
Vis formosa videri [3]:
Ludisque [4] *& bibis impudens* [5]:
Et cantu tremulo [6] *pota Cupidinem*
Lentum sollicitas [7]: *ille virentis &*
Doctæ psallere Chiæ [8]
Pulcris excubat in genis [9].
Importunus [10] *enim transvolat aridas*
Quercus [11] *& refugit* [12], *te quia luridi*
Dentes [13], *te quia rugæ*
Turpant & capitis nives [14].

1 *Vota*, ut Lyce anus fieret, & amare tamen vellet, ut od. 15 l. 3. 2 Tyrrheni filia, quam flectere in sui amorem nequiit od. 10 l. 3. 3 Duo vota: Ut anus fiat, & ob formam cupiat se amari. 4 Jocaris. V. ind. in *Ludere*. 5 V. l. 3 od. 15 in f. Crucquio crux, cum allusione ad fædum illum rumandi morem. 6 Ex senio, vel ex amore hic tremula vox. Pers. sat. 1 v. 21 *cum carmina lumbum Intrant, & tremulo scalpuntur ubi intima versu.* 7 D. od. 15 *famosos labores* dixit; at hic paulo moderatius loquitur, quod se amari velit anus. 8 Meretrices psaltriæ & citharistriæ sæpe erant. *Chia* ab insula Chio, hod. Scio, tam turpiter amissa modo, quam insperato occupata nuper a Venetis. 9 Sophocl. in Antig. Ἔρως, ἀνίκατε μάχαν Ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς Νεάνιδος ἐννυχεύεις *Amor invicte, qui in teneris juvenculæ genis pernoctas.* Hoc & similia primus huc sparsit Mur. var. lect. l. 11 c. 20. 10 Inquietus. 11 Amorem avi facit similem, quæ virenti arbori, non aridæ quercui insidet i. e. a senilis abhorret. V. od. 25 l. 1 in f. 12 Valde fugit. *Re* enim sæpe intendit. 13 *Dentes* senescentium sunt *luridi*, *obscuri*, *atri*. 14 *Translatio dura est i. e. a longinqua similitudine ducta, ut capitis nives.* Quintil. l. 8 c. 6, at is poëti id convenire, non prosæ, subdit.

Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora [15], *quæ ſemel*
Notis condita faſtis
Incluſit volucris dies [16].
Quo fugit Venus [17]? *heu! quove color decens,*
Quo motus [18]? *quid habes illius, illius,*
Quæ ſpirabat amores [19]?
Quæ me ſurpuerat [20] *mihi,*
Felix poſt Cynaram [21], *notaque & artium*
Gratarum facies [22]? *ſed Cynaræ breves*
Annos fata dederunt,
Servatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen [23]:
Poſſent ut juvenes viſere ſervidi,
Multo non ſine riſu,
Dilapſam in cineres facem [24].

15 Nec veſtes purpureæ, tenues ſeu pellucidæ, vitreæ, multitia, Belg. *Glaes*, nec *clari* ſeu *cari lapilli referent tempora*, aut *labentes genas corrigent*, ut Suet. ait. Hor. ſat. 2 v. 101 *Cois tibi pene videre eſt Ut nudam.* Tibull. l. 2 el. 3 *Illa gerat veſtes tenues, quas femina Coa Texuit.* Et Muret. ibi. Cos inſ. Ægæi maris, hod. *Lango* v. p. 215 n. 4. 16 Nullus ornatus tibi redder annos notatos in actis publicis. Faſti ſunt libri in quibus ſcribebantur res publicæ & nomina magiſtratuum, & quotidie naſcentium. Torrent. & Pitiſc. in Suet. Tib. c. 5. 17 Venuſtas & gratia. 18 In ſaltatione & inceſſu geſtuque commodus faciliſque flexus. 19 Ubi omnes illæ gratiæ quas *ſpirabas* ſeu emittebas. Ita Anacr. παῖδα Κύπριν ὅλην πνέουσαν *puellam totam Venerem ſpirantem*, Ita Ἄρη πνέοντα *Martem ſpirans* Cic. & ἐμπνέων ἀπειλῆς *reſpirans minas* Lucas dixit. 20 *Surripuerat.* Lib. 2 Sat. 3 *Unum me ſurpite morti.* 21 Poſt mortem Cynaræ pulchra viſa, mihique amata: vel ſecunda a Cynara. 22 Pro *facies* Dac. l. *facie. Artes gratæ* ſunt quæ mentes & oculos omnium pelliciunt. De his Tib. *Illam quicquid agit, quoquo veſtigia movit, Componit furtim ſubſequiturque decor.* 23 Fata, quæ Cynaram rapuere in ætatis flore, Lycen cornicis inſtar diu vivere volent. Prov. eſt, *cornice vivacior.* De ætat. animalium Aus. eid. 18. 24 Ut ludus jocusque ſis juvenibus, cornicis inſtar annoſa eris. Pro *face* Ter. *ignem* dixit, *Accede ad ignem hunc, & caleſces plus ſatis.*

OD.

OD. XIV. AD AUGUSTUM.

Hæc ode in laudem victoriæ Tiberii contra Rhætos facta est, anno æt. Hor. fere 53. Sed ut in quarta h. l. laus illa in Augustum maxime redundat.

Quæ cura patrum, quæve Quiritium
Plenis honorum muneribus, tuas,
Auguste, virtutes in ævum
Per titulos, memoresque fastos
Æternet[1]*? ô, qua Sol habitabiles*
Illustrat oras[2]*, maxime principum,*
Quem legis expertes Latinæ[3]
Vindelici didicere nuper[4]*,*
Quid Marte posses. Milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Brennosque veloces[5]*, & arces*
Alpibus impositas tremendis[6]
Dejecit acer, plus vice simplici[7]*.*
Major Neronum[8] *mox grave prælium*
Commisit, immanesque Rhætos

Q 5 *Auspi-*

1 Constat ex Dione l. 51 p. 522 edit. Steph. omnes humanos divinosque honores monumenta ac titulos jam Augusto data esse: Hor. laudibus ejus minora omnia asserit. Certe si quid majus conferri eo potuit, hic solus poterat, & quod voluit etiam perfecit. *Æternat*, inquit, alludens ad titulos ubique visendos, *Æternitati Augusti*. *Fasti* quid v. n. 16 præc. od. 2 Vett. zonam torridam & frigidam habitabilem esse nescivere. Ita v. od. 22 l. 1. 3 Subjectionis. Crucq. *legem Latinam* exponit per humanitatem. Ridicule. Cur non & pro libertate illa Stoica, qua res sine circuitione appellant, *legem Latinam* dixit? V. Sciop. Priap. carm. 2. 4 P. 224 n. 10. 5 Xilander in *tropo Alpium* ISARCI. BREUNI. GENAUNI. Al. l. *Brenni*. Hi autem sunt populi inalpini, sane crudeles: nam cum urbem expugnassent, omnem masculam prolem occidebant, quin & mulieres, si masculis gravidas esse vates respondissent. *Strabo*. 6 Florus, *Quo bellum non posse ascendere videbatur*. 7 Vel sæpe, vel duplo majus quam acceperat damnum intulit. p. 225 n. 12 8 Tiberius Nero, post imperator, qui Druso fratri minori adjutor in bellis datus fuit; licet Vellej. sub Tiberio vivens, contra scripserit.

Auſpiciis pepulit ſecundis [9].
Spectandus in certamine Martio,
Devota morti pectora liberæ [10]
Quantis fatigaret ruinis [11]:
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auſter [12], *Pleïadum choro*
Scindente nubes [13], *impiger hoſtium*
Vexare turmas, *& frementem*
Mittere equum medios per ignes [14].
Sic tauriformis volvitur Aufidus [15],
Qui regna Dauni præfluit Appuli [16],
Cum ſævit, *horrendamque cultis*
Diluviem meditatur agris [17]:
Ut Barbarorum [18] *Claudius agmina*
Ferrata [19] *vaſto diruit impetu*:
Primoſque, *& extremos metendo*
Stravit humi, *ſine clade victor* [20]:
Te copias, *te conſilium*, *& tuos*
Præbente Divos [21]: *nam tibi*, *quo die*

Por-

9 Auguſti auſpiciis Rhætos *pepulit*, *perdomuit*, *& in ditionem redegit*, Suet. in Tib. c. 16. 10 Mori paratos potius fruentes libertate, quam vivere in ſervitute. Tam libertatis amore fortes prædicantur Rhæti. 11 Quot cladibus Tiberius eos afflixerit. 12 Ne hiſtorice nimis agat, bellam ſubjicit imaginem, cum Tiberium Auſtro & Aufido, ut Druſum aquilæ & leoni comparat od. 4 h. l. quod majus videtur. 13 *Pleiades* (Latinis Vergiliæ) *exiſtimantur choream ducere ſtellis.* Hygin. Sunt autem 7 ſtellæ inter arietis caudam & tauri collum, quarum ortus & occaſus tempeſtatem adfert, quæ circuitu ſuo, uti & cætera aſtra choreas ducere dicuntur. Faber in theſ. voce *Chorea*, & inde Dacier. 14 Equi ſtrenui nuſquam melior deſcriptio, quam Jobi c. 39. 15 *Tauriformis* ſeu *taurino vultu*, *quod ejus ſonus ut tauri mugitus*, *& ripæ flexuoſæ ſunt*, *ut cornu. Inde dii fluminum præſides cornuti fingebantur.* Hier. Mag. var. lect. l. 4 c. 2 Cæl. Rhod. l. 17 c. 33. 16 V. od. 30 l. 3. 17 Aufidum, qui multos ex Apenninis montibus rivos recipit, deum facit. V. p. 97 n. 11. 18 V. n. 9. 19 Ferro tecta. 20 Aug. ad Tib. *Non potuiſſe quenquam prudentius gerere ſe*, *quam tu geſſeris*, *exiſtimo.* Suet. in Tib. c. 21. 21 Suet. in Aug. c. 21 *Domuit partim ductu*, *partim auſpiciis ſuis Cantabriam*, *Rhætiam.* V. p. 21 n. 36.

Portus Alexandrea ſupplex,
Et vacuam patefecit aulam [22],
Fortuna luſtro proſpera tertio [23]
Belli ſecundos reddidit exitus,
Laudemque, & optatum peractis
Imperiis decus arrogavit [24].
Te Cantaber non ante domabilis [25],
Meduſque [26], *& Indus* [27], *te profugus Scythes*
Miratur [28], *ô tutela præſens*
Italiæ, dominæque Romæ:
Te, fontium qui celat origines
Niluſque [29], *& Iſter* [30], *te trepidus Tigris* [31],
Te belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis [32],
Te non paventis funera Galliæ [33],
Duræque tellus audit Iberiæ [34]:

Te

22 Quo die captam Alexandriam & aulam Antonio ſcil. & Cleopatra vacuam Aug. victor intraſti, eodem die 15 annos poſt per Tiberium Rhætos debellaſti. Iisdem ergo diis utramque victoriam aſcribit. 23 Prælium contra Rhætos vicit a. v. c. 738. 24 *Fortunæ arrogavit*, tribuit tibi *optatum decus* ſc. victoriæ, *peractis imperiis*, ſeu expeditionibus. 25 V. p. 96 n. 2 p. 167. 26 p. 31 n. 51. p. 167 n. 16. 27 Porus Indiæ rex amicitiam Auguſti & P. R. petiit cum eſſet in Samo a. v. c 734. 28 Scythæ, Daci, Sarmatæ, Geloni & Septentrionis populi *mirabantur* Aug. i. e. colebant, venerabantur, dum pacem ab eo peterent. Ita Virg. de apibus regem cingentibus, *Illum admirantur & omnes Circumſtant fremitu denſo.* V. p. 196 n. 6. 29 Ægyptus. Nili origo olim incerta. V. *Ferrar. lex.* 30 Danubius. Vindelici, Pannones, Daci &c. vel *Iſter* pro Germania, quam in formam fere ſtipendiariæ provinciæ redegit. 31 Parthi. Tigris Armeniæ fl. veniens e montibus Ararath, Euphratem recipit, in ſinum Perſicum effunditur. P. 31 n. 51 p. 167 n. 16. 32 Britanni te agnoſcunt: nam legationem ad Aug. miſere, oratum pacem & amicitiam. V. od. 5 l. 3. Mare belluoſum jure dicitur, quod multa alat monſtra. 33 Galli tam intrepidi, ut nec præſens vitæ periculum vitarent. Ita ex ruinioſis aut ardentibus ædibus non abibant, nec a littore, ſi mare ſubito creſceret. Addit Ælian. coronatos eos pugnaſſe l. 12 c. 18. Cæſar B. G. l. 6 c. 13 *Druides perſuadent non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios; atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* 34 *Te an-*

Te cæde gaudentes Sicambri
Compositis venerantur armis 35.

diunt seu colunt Hispani labore & militia indurati, qui, Cantabris jam domitis, timebantur ne cum Germanis se jungerent. Sed iter Augusti in Galliam utrosque repressérat. V. p. 230 n. 18. 35 P. 220 n. 23.

OD. XV. AUGUSTI LAUDES.

Druso Tiberioque laudatis, Augusti victorias peculiari carmine laudare se voluisse subjungit, ni Apollo vetuisset eas tenuare culpa ingenii: Eoque tantum de iis quæ pacis tempore princeps ille fecisset, & de felicitate pop. R. agit.

Phœbus volentem prælia me loqui,
Victas & urbes 1, *increpuit lyra* 2,
Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem 3. *Tua, Cæsar, ætas* 4
Fruges & agris rettulit uberes 5:
Et signa nostro restituit Jovi 6,
Derepta Parthorum superbis
Postibus 7: *& vacuum duellis*

Janum

1 Solita excusatio, & laudum habens cumulum, cum initio dicendi se minus idoneos dicunt ad illustrem virum celebrandum. [illegible]tum a Musis aut Apolline inhiberi se ajunt. Phœbo autem A[illegible]arus est; Quin Augusti ejusque familiæ protector ac defen[illegible]rælio Actiaco dicitur fuisse apud Virg. l. 8 v. 704 additque Serv. [illegible]inem post Actiacam pugnam Actium nominatum ab Augusto, [illegible]e Propert. l. 4 el. 6. 2 Apollo terigit eum [illegible], ut [illegible] Ita & Virg. ecl. 6 *Cynthius aurem Vellit & admonuit.* 3 Sim[illegible] *nuit* ne parvis ingenii viribus immensas Augusti laudes [illegible]lebrare. 4 Pro rebus in bello gestis, vel ea tantum tangit, quæ [illegible] tempore imperio præstitit. 5 Roma & Italia fame aliquoties [illegible] averant, Augusto regnante, sed ei adeo non imputatum id fu[illegible]ut populus eam quæ erat a. v. c. 731 diceret sibi incumbere, quod [illegible]g. tum cos. non esset. Dio l. 54 init. V. od. 5. h. l. 6 Aug. sign[illegible] militaribus & captivis a Parthis sibi restitutis, quasi bello aliqu[illegible] Parthum vicisset, accepit. Καὶ γὰρ ἐφρόνει μέγα, ὅτι τὰ πρότερον ποτὲ ἐν ταῖς μάχαις ἀπολόμενα, ἀκηρίτι ἐκεκόμιστο, &c. Dio l. 54 p. 602 edit. Steph. Signa vero Jovi Capitolino suspendit. 7 Phraates, diu cunctatus præstare quæ pactus fuerat, veritus ne bello ab Augusto impeteretur, signa restituit. Ibid. *pag. prec.* Inde recte dicit *derepta.*

Janum Quirini clausit [8] : *& ordinem*
Rectum evaganti frena licentiæ
Injecit [9], *emovitque culpas* :
Et veteres revocavit artes [10],
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Crevere vires [11], *famaque, & imperi*
Porrecta majestas [12] *ad ortum*
Solis, ab Hesperio cubili [13].
Custode rerum [14] *Cæsare, non furor*
Civilis [15], *aut vis eximet* [16] *otium* [17] :
Non ira, quæ procudit enses,
Et miseras inimicat urbes.
Non qui profundum Danubium bibunt [18],
Edicta rumpent Julia [19] : *non Getæ* [20],
Non Seres [21], *infidive Persæ* [22],
Non Tanaim prope flumen orti [23].
Nosque & profestis lucibus, & sacris [24],
Inter jocosi munera Liberi [25],

Cum

8 Augustus ter clausit templum *Jani Quirini* i. e. a Romulo conditi. Suet. in Aug. c. 22. Primum an. V. C. 725. Iterum 729 Tertium circa tempora SERVATORIS nostri, mansitque 12 annos clausum usque ad cladem Varianam. 9 Id volebat od. 24 l. 3 *Si quæret pater urbium Subscribi statuis, indomitam audeat Refrænare licentiam.* V. od. 5 h. l. Morum Magistrum creatum an. 935 facere id decuit. 10 *Artes* pro virtutibus, bonis moribus. Suet. c. 34. 11 Hæ bellis Punicis maxime se ostenderunt Od. 4 h l. 12 *Aug. ab oriente in occidentem, a septentrione in meridiem, ac per totum oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis Jani portas tertio ipse clausit.* Oros. 6. 22. 13 Ab oceano Atlantico, ubi sol occidit. 14 Universi. 15 *Ego nec tumultum, Nec mori per vim metuam, tenente Cæsare terras.* 16 Al. l. *exiget*, i e. expellet. 17 Od. 4 *ferias.* 18 Accolæ Danubii, Suevi, Norici, Daci, Pannonii, Germani. Od. 14 & 5 h. l. 19 Leges subjectis impositas populis. Alias v. c. 34 in Suet. Cæterum æternitatem imperii Romanos sibi promisisse v. p. 213 n. 8. 20 V. Indic. in *Geta.* 21 *Parthi* Persis tum imperantes Crassum simulata pace trucidarunt. 23 Sarmatæ & Scythæ. 24 Nos Romani non solum sacris, sed & profestis, operariis diebus, in publicis privatisque conviviis Aug. celebrabimus. 25 Inter vina, positis mensis secundis, cum liberius gaudere, libare, & Hymnos canere inciperent.

Cum prole, matroniſque noſtris [26],
Rite Deos prius apprecati [27],
Virtute functos [28], *more patrum, duces,*
Lydis remiſto carmine tibiis,
Trojamque, & Anchiſen, & almæ
Progeniem Veneris canemus [29].

29 Uxores & liberi quoque ſenſum felicitatis ſuæ ſub tuo imperio monſtrabunt. 37 Nam cum ad menſas ſecundas ventum eſſet, preces & libationes fiebant. 28 Duces ſeu Auguſti majores rebus præclare geſtis inclytos. 29 *Canemus more patrum tibiis Lydiis remiſto carmine* i. e. modis numeriſque hilarioribus Trojam, Anchiſen, Æneam ejus & Veneris filium, & gentem Juliam inde ortam. Lucret. *Æneadum genitrix hominum divumque voluptas Alma Venus. Eſt in originibus*, teſte Cic. 1 Tuſc. *ſolitos eſſe in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.* Val Max. l. 2 c. 1 *Majores natu in conviviis ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant, quo ad ea imitanda juventutem alacriorem redderent.* Lydius modus mollis & ſuavis erat, uti Lydi ipſi molles & delicati. Dorius gravis, Ionius floridus, Phrygius religioſus. Scal. in *remiſto* putat eſſe vitium. Nam, inquit, oſtendit carmen remiſtum, quod antea non fuerat miſtum. Sed compoſita pro ſimplicibus & contra, Latini ſæpe uſurpant. Ita in art. poët. v. 151 *Si veris falſa remiſcet* Ad hæc *re* non ſemper iterandi, ſed & intendendi vim habet, ut *recondere* eſt *bene condere* &c. De *alma* v. indic.

Q. HOR. FLACCI
EPODON LIBER.
SIVE ODARUM LIBER V.
OD. I.

Rationem tituli Epodon unice docuit Marius Victorinus, qui vixit quarto ſeculo. In f. 11 ſcribit. *Epodos eſt tertia pars aut periodus Lyricæ odes. Igitur quæ poſt ſtrophen & antiſtrophen, Epodon dicebant: ἐπῳδὸν quidem eſt ſupercanere: hinc ſumtum vocabulum in has Epodos, quæ binos verſus impares habent, nam ut illæ canticum finiebant, ſic hæ ſenſum verſu inſequenti.* Idem Victorinus Epodon comparat verſui pentametro Elegiaco, utque Hexameter verſus ſine pentametro non facit elegiacum, ita & in Epodo trimetri verſus non intelliguntur ſine *clauſula* i. e. dimetro. Verba ejus ſunt, *Nam neque per ſe verſus hexa-*

hexameter ſine ſequente pentametro Elegiacum metrum implebit, neque in Epodis ſinguli verſus ſine clauſulis ſuis & aſſequelis audiri poterunt. Conſtat ergo a 10 primis hujus libri odis, ubi breviores verſus, jambici nempe dimetri ſubjiciuntur longioribus ſeu trimetris, totum librum Epodon dici, teſte quoque Terentiano Mauro qui ſub Trajano vixit. Torrentio hic liber quaſi *incantator* eſt: nam ἐπαδὸς & ἐπαδὴ *incantamentum* quod de incantationibus multa hic tractet Horatius, & Canidiam veneficam exagitet. Sed tum ab una oda toti libro titulus eſſet factus, quod non credibile. Certus titulus, quem Muretus ait vidiſſe, *quintus odarum liber*, licet quartus liber fere totus hoc ſit poſterior. Prima hæc ode, ut & nona proxime præcedunt 37 l. 1, factaque eſt paucos ante pugnam Actiacam menſes, cum Mæcenas Auguſtum contra Antonium ſequi cogitaret, an. v. c. 723 æt. Hor. 35.

Ibis[1] *Liburnis*[2] *inter alta navium,*
Amice, propugnacula[3]*:*
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire, Mæcenas, tuo[4]*.*
Quid nos? quibus te vita ſit ſuperſtite
Jucunda[5]*: ſi contra gravis:*
Utrumne juſſi perſequemur otium[6]*,*
Non dulce, ni tecum ſimul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles viros[7]*?*

Fere-

1 Iviſſe eum certum. V. epiced. Pedonis in Mæcen. 2 Navibus a Liburnis, ſeu Illyriis, hod. Croatis, fabricatis, levibus & ad omnem motum adeoque piraticam facilibus v. p. 76 n. 18 & 144 n. 18. 3 Contra Antonii naves turritas & molis maximæ & motu difficiles. Flor. de iis, *non ſine gemitu maris & labore ventorum ferebantur.* Plut. de *turribus* & *arcibus* navium Antonii loquitur, quarum unam ſi 4 vel 5 Auguſti cingerent, urbis magis quam navis videbatur aggreſſio. Barthius l. 56 c. 14 adv. putat Liburnis Mæcenatem ut ducem, ducive proximum, iviſſe, quo melius claſſem circumiret, & neceſſaria expediret. 4 Loquitur de Mæcenate, quaſi is lateris corporiſque ſui oppoſitu Auguſtum ſit defenſurus. Certe cum eo fuit contra S. Pomp. & contra Ant. & Cleopatram, licet Virg. 8 Æn. ubi Actiacam victoriam deſcribit, Mæcenatis mentionem non faciat. 5 Scaliger, quem offendit hæc lectio, reponit, *Quid nos? quibus jucunda te ſuperſtite Sit vita.* Sed leve admodum leve eſt, ait Parthen. v. od 17 l. 2 6 Aero & Porph. dicunt *Horatium ab Auguſto militiæ vacationem meruiſſe, quod ipſi injucundum ipſe confirmat.* At unde hæc habeant, neſcitur; nec ut ſciatur, multum intereſt. 7 Conſtr. *An hunc laborem laturi*

Feremus. Et te vel per Alpium juga [8],
Inhoſpitalem & Caucaſum 9.
Vel Occidentis uſque ad ultimum ſinum [10]
Forti ſequemur pectore [11].
Roges, tuum labore quid juvem meo,
Imbellis, ac firmus parum [12].
Comes minore ſum futurus in metu,
Qui major abſentes habet [13]:
Ut aſſidens implumibus pullis avis
Serpentium allapſus timet
Magis relictis: non, ut adſit, auxili
Latura plus præſentibus [14].
Libenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ:
Non ut juvencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis [15]:
Pecuſve Calabris ante ſidus fervidum
Lucana mutet paſcua [16]:
Nec ut ſuperni villa candens Tuſculi

Cir-

ſumus ea mente, eo animo, quo eum ferre decet vivos non molles? Satiſne ſtrenue militiæ mala feram? Nam non ita notus erat, v. p. 100 n. 10.
8 Alpes, Italiæ quaſi valla, tranſſcendere, difficillimum, & in portento prope habitum ab Annibale eas eſſe exſuperatas, *Plin.* 9 V. p. 48 n. 4. 10 Ad fretum Gaditanum, ultra Herculis columnas, ubi mundi finem ſtatuebant Romani verſus Occidentem. 11 Hoc lepidum in ore Horatii, qui ſeſquipedalis homo erat. 12 V. p. 48 n. 4. 13 Penelope ad Ulyſſem, *Quando ego non timui graviora pericula veris.* 14 Non quidem præſens ego te juvare ſperem, ut avis etſi pullis aſſideat, parum eos tuetur a ſerpentibus; at tamen, iis relictis, abſens magis timet. 15 Non ut dives fiam. *Aratra illigata nitantur pluribus juvencis*, pro *plures juvenci illigati aratris nitantur. Hypallage.* Ad amplificationem obſerva, poëtas amotione rerum aliarum materiæ ſuæ commendationem parare. Exempla paſſim obvia. 16 Non ut multa paſcua poſſideam pecori. Ut ex re pecuaria multus olim quæſtus fuit, ita maxime, ſi in proprio paſcere liceret & pro ratione temporum nunc in hiberna paſcua poſſent pecus deducere, ut ex Calabria fervidiore in Lucaniam frigidiorem. *Lucania* in regno Neapolitano jacet in prov. Hod. dicta *Baſilicata*.

Circaa tangat mœnia [17].
Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit [18]. *Haud paravero*,
Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam [19],
Diſcinctus aut perdam ut nepos [20].

17 Nec ut villa mea in agro Tuſculano ſita, prædiumque a te mihi datum extendatur uſque ad Tuſculum urbem in edito ſitam. *Villa candens* ex albo lapide, ibi naſcente, Plin. l. 36 c. 22. De *Tuſculo* p. 208 n. 6. 18 Fundo in Sabinis a Mæcenate donatus fuerat, quo, ut mediocribus ubique delectatur, valde erat contentus. V. od. 18 l. 2. 19 Non vult divitas accumulare, uti ille ſenex Chremes apud Terentium, vel Euclio apud Plautum, quorum natura ita comparata erat, ut ad rem nimis eſſent attenti. 20 Quod ut luxurioſus, iners, molliſque homo prodigam. Ita *diſcincti* vox Romanis ſonat: *Cinctus* vero induſtrium ac fortem notat. Perſ. Sat. 3 *Non pudet in morem diſcincti vivere Nattæ*. *Nepos* ignavum quoque ac prodigum notat, qui bona quæ patres & avi corraſerunt, abligurire ſolet, vel mollem nimis facilemque educationem avorum in luxuriam vertit. Inde *nepotari*, *nepotini ſumtus*.

OD. II.

Hæc ode pulcerrima, eſt perpetua mimeſis ſeu imitatio fœneratoris cujuſdam Alphii, qui a laudibus vitæ ruſticæ ad fœnerandi ſtudium mox redit. Adeo vident homines meliora, & deteriora ſequuntur. Quod hic fundus & hæc odes ratio ſit, nullus dubitet, qui 4 ultimos verſus cum prioribus perpenderit.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis [1],

1 Imitatus eſt in hac ode Virgilium: Hic ait l. 2 Geor. v. 458, *O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint, Agricolas!* Licet verum ſit priſcos in re ruſtica aut gregibus paſcendis operam poſuiſſe, maxime per totum orientem, ut vel ex Saulis Davidiſque exemplis conſtat, tamen de Romanis præcipue loquitur, quorum & nobiliſſimorum nomina ipſa hoc teſtantur, ut Fabiorum, Lentulorum, Vitelliorum, Porciorum, Suilliorum, Bubulcorum &c. ut Plut. notat. Cato, *Virum bonum cum laudabant ita laudabant agricolam, bonumque colonum. Paterna rura* vult, ergo *non parta labore*. Ita & Mart. beatam vitam deſcribit lib. 10 ep. 47. Idem Græci jam ante πατρῶ' ἔχειν δεῖ τ' καλῶς ἐυδαίμονα, *Paterna habere oportet, ut beatus ſis*.

Solutus omni fœnore [2].
Nec excitatur classico miles [3] truci,
Nec horret iratum mare [4].
Forumque vitat [5], & superba civium
Potentiorum limina [6].
Ergo [7] aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos [8]:
Inutilesque falce ramos amputans [9],
Feliciores inserit [10]:
Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges [11].

Aut

2 Active & passive: qui nec locat fœnori, nec gravatur fœnore. Nil invisum æque priscis Rom. quam usura; *furem dupli condemnabant, fœneratorem quadrupli*, Cato. Lex xii tab. unum e centum usuræ loco permittebat, *ne unciario fœnore amplius exercento*. Judæis plane erat vetita usura Deut. c. 23. Plato eam quoque a rep. sua arcet. Christianæ resp. cum temperamento admittunt. 3 Miles sc. factus. *Classicum* a *calare*, quod est vocare. *Classis* de navibus & exercitu dicitur. Ita in lege Numæ, *Quoius auspicio classe procincta. Classes* in plur. de equitibus, ut noto ad Cic. orat. pro Marc. 4 Non mercator aut nauta. De his Bias, *quod nec inter vivos, nec mortuos numerari possint*. 5 *In foro aures convicio fatigantur*, ut Cicero, & Colum. *concessum intra mœnia latrocinium*, Virg. *Insanum forum* dixit, l. cit. 6 Loquitur de omnibus Romanorum occupationibus. De mensariis, militibus, mercatoribus, & forensibus hominibus dixit, nunc de clientibus subjungit, qui mane patronos salutabant, dein prodeuntes comitabantur, & noctu quoque per urbem currentibus adesse cogebantur. V. Juv. Sat. 3 v. 124. 7 Qui nihil istorum facit, agriculturæ tantum operam dare potest, quam per 4 anni tempora exponit. *Ergo*, est vox concluſiva seu illativa. 8 Uvæ gaudent excelso situ & multa umbra, eoque vites ἀναδενδράδες *arbustivæ*, *ad arborem ascendentes*, ulmum sc. aut populum, præstantiores censentur, quam viduæ, quæ non solent producere tam mites uvas. V. Plin. l. 17 c. 23. 9 Colum. de vitis putatione l. 2 c. 24 *Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, deorsum spectantia recidito, novella & fructuaria recta summittito, brachia tenera & viridia servato, arida & vetera falce amputato*. At de cujusvis arboris putatione hic loquitur. 10 Insitio fit trunco leniter fisso, vel excilo cortice & aperiendo in arbore oculum, semenque illic includendo. Plin. l. 17 c. 14. 11 Ab hortensi voluptate ad pastoralem transit. Gratus sane prospectus est boum *errantium*, seu hic illic pascentium. *Mugitus boum* in voluptatibus etiam ponit Virg. *Mugitusque boum mollesque sub arbore somni*.

Aut preſſa puris mella condit amphoris [12]
Aut tondet infirmas oves [13] :
Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit [14],
Ut gaudet inſitiva decerpens pyra [15],
Certantem & uvam purpuræ [16]:
Qua muneretur te, Priape [17], & te, pater
Sylvane, tutor finium [18].
Libet jacere modo ſub antiqua ilice [19],
Modo in tenaci gramine [20].
Labuntur altis interim ripis aquæ [21],
Queruntur in ſylvis aves [22],
Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus [23],
Somnos quod invitet leves [24].
At quum tonantis annus hybernus Jovis
Imbres, niveſque comparat [25],
Aut trudit acres hinc & hinc multa cane [26]
Apros in obſtantes plagas,
Aut amite levi rara tendit retia [27],
Turdis edacibus dolos [28].

12 Colum. l. 9 c. 15. 13 Delicatas, morbis obnoxias : ægræ enim non tondentur. 14 Autumnus ut deus hîc pingitur, qui e terra exſerit caput cinctum pomis mitibus ſeu maturis. 15 Proprio labore inſita cum voluptate decerpuntur. 15 Inde *uva picta* eſt matura. 17 Hortorum deus & tutor. 18 Agrorum præſes & cuſtos. Terminus vero oleo aut unguento perfundebatur. Arn. contra gentes l. 1. 19 Virg. d. l. *molleſque ſub arbore ſomni.* 20 Gramen altas agit radices, & ægre evellitur. 21 Vel defluunt ab editis ripis ſeu *rivis*, vel profundo currunt alveo. Virg. *Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.* 22 Avium cantus querulum quid habet. V. p. 245 n. 4, 5. 23 Fontes cum lympharum ſtrepitu quaſi accinunt aviculis. 24 *Somnus agreſtium Lenis virorum*, l. 3 od. 1. 25 Cum hyems venit. *Annus* & pro anni tempeſtatibus ſumitur, ut *annus vernus, annus æſtivus* &c. 26 Canis femina ad venatum velocior & ſagacior creditur. 27 Ames levis, λίνον, eſſe debet, ut per eum retia decurrant. *Retia rara*, ſunt tenuia, *plagæ* vero denſæ. Hæc apris, illa turdis capiundis apta. 28 Pallad. tract. de Decembri c. 6 *Tempore hoc per humiles ſylvas*

Pavidumque leporem [29], & advenam laqueo gruem [30]
Jucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet [31],
Hæc inter obliviscitur?
Quod si pudica mulier in partem juvet
Domum, atque dulces liberos [32],
Sabina qualis [33], aut perusta solibus
Pernicis uxor Apuli [34]
Sacrum vetustis exstruat lignis focum
Lassi sub adventum viri [35],
Claudensque textis cratibus lætum pecus,
Distenta siccet ubera [36],
Et horna dulci vina promens dolio [37],
Dapes inemptas apparet [38]:
Non me Lucrina juverint conchylia [39],

Magis-

& baccis fœcunda virgulta ad turdos & cæteras aves capiendas laqueos expedire conveniet. Hoc usque in Martium mensem tendetur aucupium. 29 Demost. in Æschynem prov. utitur, λαγὼς βίον ἔζης, leporis vitam agebas Plut. in libello de amore diteſcendi, λαγωῶν δειλότεροι leporibus timidiores. 30 Grus hyeme loca calida petit, & vere advena est seu redit in Italiam. V. Varron. de R. R. l. 3 c. 5. 31 Hoc lepidum est in ore fœneratoris, qui nummos tantum curat; *quis non obliviscitur malarum* scil. *curarum*, *quas amor habet*. Nam; *Res est solliciti plena timoris amor*. 32 Quod si mulier pudica, i. e. quæ viro contenta sit uno, domum & liberos curet, marito foris occupato. Virg. d. l. *Interea pendent dulces circum ubera nati: Casta pudicitiam servat domus*. 33 Horatii tempore matronæ Romanæ domos voluptarias quidem petebant, sed cætera villicæ curæ permittebantur, eoque ad Sabinas se vertit, quæ asperæ & rigidæ dicuntur ab Ovid. 34 Apulia calida, & maxime in sole laborantibus. 35 Focus Vestæ & Laribus sacer. P. 30 n. 45. *Vetusta ligna* vult, ut cito flammam rapiant, & calescat vir, aut aqua pedibus lavandis, ut moris erat: Tibul. l. 1 *Et calidam fesso comparat uxor aquam*. Non vero ad potionem, quam nunc e fabis Arabicis tostis & molitis, aut Chinensi herba Thea, aquis calidis maceratis nemo non pitissat quavis diei parte. Ervo tosto seu orobo aliter usi sunt vett. ut ex Hippocr. probant medici. 36 *Distenta* plena. *Distendere* pro implere est apud Virg. 1 Æn. *dulci distendunt nectare cellas*. 37 *Hornum vinum*, hujus scil. anni vinum per se non ita maturum, lasso nostro dulce videtur. 38 Ex horto vernaculos non ab urbe petitos cibos parat. Hos etiam cupit Mart l. 1 ep. 56 *Et sua non emtus præparat ova cinis*. 39 Ostrea e Bajano seu Lucrino lacu, de quo p. 123

Magisve rhombus [40], aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare [41]:
Non Afra avis descendat in ventrem meum [42],
Non attagen Ionicus [43]
Jucundior, quam lecta [44] de pinguissimis
Oliva ramis arborum;
Aut herba lapathi [45] prata amantis, & gravi
Malvæ salubres corpori [46]:
Vel agna festis cæsa Terminalibus [47],
Vel hœdus ereptus lupo [48].
Has inter epulas, ut juvat pastas oves
Videre properantes domum!
Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido [49],
Positosque vernas, ditis examen domus [50],

n, 2. Post, Brundusio, Tarento, quin ab Atlantico mari ostrea importabantur. Censores tandem illa ut & aves peregrinas inferre vetuerunt. 40 *Tarbot.* Colum. *Limosa regio planum educat piscem, velut solcam, rhombum, passerem* v. Loens. epyphyll. l. 7 c. 23. 41 Scari interdum in mare Tyrrhenum tempestate deferuntur. Ennius *cerebrum Jovis* eos vocat. *Scarum præterii cerebrum pene Jovi supremi.* 42 Gallina Africana, Numidica, *Een Kalkoen.* Hæc an Salomoni advecta sit 2 reg. 4. 23 quærit Bochart. *Descendere, in ventrem demergere*, ad helluones pertinet. 43 Perdix Asiana, *Een Haselhoen*, Junio nostro auctore. V. Bochart. 2 Hieroz. 2 c. 31. 44 Manu decerpi, certe non quati debet oliva. Varro, *Oleam quàm manu tangere possis, e terra aut scalis legere oportet, potius quam quatere, quod ea quæ vapulavit marcescit: nec dat tantum olei, quæ manu stricta, melior ea quæ cum digitis nudis legitur, quam illa quæ cum digitalibus.* 45 *Herba lapathi* pro lapatho, *Patientie.* Ita Flor. *Torrens Vercellis, mons Soractis.* 46 Malvæ ventrem levant. Mart. l. 3 ep. 88 *Utere lactucis, & mollibus utere malvis: Nam faciem duram, Phœbe, cacantis habes.* 47 Hoc ad frugalitatem vitæ rusticæ pertinet. Semel enim in anno Termini limitum dei sacra celebrabantur, mense Februario. Notâ 18 dixi oleo unguentove eum inungi. Et hoc verum esse docet Loens. epiphyl. l. 2. 18. 48 Et hoc frugi hominis est. Si præter festum Termini hædo vescatur, coactus id facit, ne a morsu lupi sibi pereat. Muret. ex Plut. huc spargit, quod caro morsæ pecudis sit tenerior. Sed non concinne satis. 49 Pro eo Virg. ecl. 2 ait, *Aratra jugo referunt suspensa juvenci.* 50 *Ver-*

Circum renidentes Lares 51!
Hæc ubi locutus fœnerator Alphius 52,
Jam jam futurus rusticus,
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere 53.

na, servus qui domi nostræ nascitur. Eorum examen magnusque numerus dominum arguit divitem. Tibul. *Turbaque vernarum saluti bona signa coloni.* 51 Focus in medio cum esset, circuiri poterat. Colum. de villico, *consuescat rusticos circa Larem domini focumque familiarem semper epulari.* V. p. 30 n. 45. Eleganter Martial. *cingunt serenum lactei focum verna, Et larga festos lucet ad Lares sylva.* Nota, *Lar* hodieque in Linguadocia seu Occitania focum notat. 52 V. argum. Alphius notus Romæ fœnerator: hic solebat dicere, *vel optima nomina non appellando fieri mala.* 53 Idibus seu medio mense relegit, recepit pecuniam fœnore datam, & Kalendis seu initio novi mensis quærit iterum ponere, seu fœnori collocare ab idibus usque ad Kalendas. Mordacissimus ergo fœnerator fuit, qui non menstrua seu unciaria usura i. e. uno e centum, singulis mensibus erat contentus, sed bis in mense fœnus colligebat: tantum aberat ut agro coëmendo pecuniam daret.

OD. III.

Hor. cœnaverat apud Mæcenatem, & cum herbis allium comederat, cujus vim & nimiam copiam per noctem senserat, & hac oda detestatur. Aliter Θηριακὴν σκόροδα vocat Galen. Et Italis gratum solet esse allium.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edit cicutis allium nocentius 1.
O dura messorum ilia 2!
Quid hoc veneni sævit in præcordiis 3?
Num viperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit 4: *an malas*

Cani-

1 Si quis pro parricidio luere debet, ne cicutæ potione, (ut Athenis damnatis dabatur, eoque *invisam* vocat Plin.) sed esu allii punitur. Olim dixere *edim, edis, edit*, ut *velim* &c. 2 Virg. ecl. 2 *Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpillumque herbas contundit olentes.* 3 Copia allii, homuncioni, ut erat Horat. & atræ bili ut videtur, obnoxio, veneni instar esse debuit. 4 *Fefellit* pro latuit in herbis quas ederat.

Canidia tractavit dapes [5] ?
Ut Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est ducem,
Ignota tauris illigaturum juga,
Perunxit hoc Iasonem [6] :
Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite 7.
Nec tantus unquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ [8] :
Nec munus humeris efficacis Herculis

5 An Canidia venefica insignis, de qua od. 5 & 17 h. l. infecit dapes, queis cœnavi, veneno. *Canidiæ* nomen verum, non fictum, ut Acron vult. Hor. legem, *quæ nollet carmine quenquam Describi*, non veretur. Nam ut ait in f. sat. 1 l. 2 Si quis *Opprobriis dignum laceraverit*, *integer ipse*; *Solventur risu tabulæ*, (accusatoris) *tu missus abibis*. 6 Constr. est *Ut* pro postquam *Medea mirata est ducem candidum præter* seu supra *omnes Argonautas*, *perunxit allio eum illigaturum tauris juga ignota*. Jason volens aureum vellus, quod apud Colchos servabatur, rapere, cum Argo nave & delectis sociis veniens, a Medea Colchorum regis filia & venefica amatus est, & edoctus, qua ratione ignivomos tauros subjugare, & draconem pervigilem sopire & profligare posset: Has enim tam duras partes dabat Æeta Rex Colchidos, pater Medeæ. Hæc ergo Jasoni suo timens a tauris, perunxit eum magicis succis, seu, ut Hor. credit, allio. Origo fabulæ aurei velleris est, ut *Is. Voss.* vult, quod Colchis vicina Iberiæ nunc Siberiæ, seu regio magis septentrionalis dabat pelles pretiosissimas, auro contra cariores, Zibellinas vulgo dictas, quæ magno labore primum quæsitæ & advectæ sunt. Nunc a Moschis ad nos deferri has pelles, vulgo *Zabels*, notum. Alchymistæ librum chymicum fuisse vellus illud aureum velint. *Bochart.* 7 Fabula Jasonis & Medeæ porro talis est. Jason cum Medea sua Corinthum venit, ibique a Creonte rege 10 annos bene habitus, Creüsam ejus filiam amavit, spreta Medea. Hæc dissimulata injuria, dona nuptialia, vestem, coronamque auream allio, ut jocatur Hor. infecta, Creüsæ misit, quibuscum Creüsa cum tota Creontis regia incensa est, Medea interim in alato dracone alio avolante. Scaligeri crisis, quasi idem venenum ad Jasonem servandum, & ad Creüsam perdendam male junxerit Horatius, nulla est, & a Parthenio jam refutata. Venenum enim non contra Jasonem, sed tauros, quos domabat, vim exserebat: Et ita noxiam vim Creüsa quoque sensit. 8 Apulia non sic torretur diebus canicularibus, aut cum pestilentia ibi grassatur.

Inarsit æstuosius 9,
At, si quid unquam tale concupiveris 10,
Jocose Mæcenas 11, *precor*,
Manum puella suavio opponat tuo 12,
Extrema & in sponda cubet 13.

9 Nec tunica a Dejanira Herculi missa vehementius eum consumsit, quam ego hoc allio. Nessus Centaurus, Herculis manu perituru, suaserat hoc Dejaniræ. Hercules vero tunica illa indutus tanto ardore correptus est, ut suos ipse artus laniaret, & incensa pyra se interemerit. *Naphta*, fluminis modo circa Babylonem decurrit, & oleum, seu bitumen liquidum istius modi vim habens, vehit, quam Alex. M. in puero nobili, non sine hujus periculo, expertus est. 10 Si unquam allium edere cupis. 11 Amoribus & jocis deditus erat Mæcenas. 12 Terentia tua a te se avertat. 13 Parietem versus, ubi proprie *pluteus*. Ovid. *Spondam* & *pluteum* priorem & interiorem torum vocat. *Cur pressus prior est interiorque torus.*

OD. IV.

Ad Menam Libertum Pomp. M.

Menas libertus Pompeii M. post a S. Pompejo classi præfectus, hunc deseruit, & ad Augustum transiit, qui equestri dignitate hominem donavit, & a S. Pompejo secundo ad se redeuntem, multaque sibi arcana prodentem Tribunum militum fecit. Hunc vilem perfidumque hominem Hor. non minori quam modo in allium odio exagitat, neque id Augusto ingratum esse potuit.

Lupis & agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est 1,
Ibericis peruste funibus latus 2,
Et crura dura compede 3.
Licet superbus ambules pecunia 4,

For-

1 Quam naturale odium lupos inter & agnos est, tantum ego te, perfide, ferre non possem. Lupi, nec cicurati ovem odisse desinunt, & si qua possint, lacerare. Quin solo ululatu agnos occidere, & tympanum ovilla pelle tectum sonum non edere, si simul pulsetur tympanum lupina pelle indutum, narrant. V. Appian. 3 de venat. 2 Corpus habens vibicibus & plagis perustum seu notatum: a *flagrando* enim *dicta* sunt *flagra*, *flagella*. *Ibericos* seu *Hispanos funes* dicit, quod Menas in Hispania Pompeji servus fuerat. 3 Crura callosa. 4 Menas dives factus erat liberalitate Cn. Pompeji, tum Sexti filii (quem Vell. vocat *libertorum suorum libertum servorumque servum*) dein Augusti, qui illum equitem, & dein Tribunum creavit.

Fortuna non mutat genus [5].
Videsne sacram metiente te viam [6]
Cum bis ter ulnarum toga [7],
Ut ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio [8]!
Sectus flagellis hic triumviralibus [9]
Præconis ad fastidium [10],
Arat Falerni mille fundi jugera [11],
Et Appiam mannis terit [12]:
Sedilibusque magnus in primis eques
Othone contemto sedet [13].

R 5 *Rostrum*

5 Servilis vernilitas & vilitas nullis honoribus opibusve corrigi poterat. 6 Cernis dum procedis per *viam sacram*, quæ frequentissima erat, quaque ad Capitolium itabatur. *Metiri viam*, compositio, ad normam incedere, σοβαρίνεσθαι, quod fastuoti solent. 7 Laticlavio indutus fuisse videtur, ut qui Tribunus esset. Vet. schol. Persii id innuit, *Mensura justæ togæ senas ulnas habebat.* Laxæ togæ mollium & ventosorum hominum erant: Sed *arcta decet sanum comitem toga*, infra in epist. 8 *Vertat* sc. in te, ad subsannandum; vel *avertat*, quod despicantium magis proprium est. 9 Hæc indignantis populi verba sunt, Hic mastigia tam magnifice se effert. *Fures ac servi nequam apud Triumviros capitales ad columnam Menianam puniri solent.* Ascon. in divin. Cives apud prætorem judicabantur. 10 Præco absentibus Triumviris, servos jubebat plecti per lictorem, modumque dicebat: Nisi *fastidium præconum* dicat, ob crebram repetitionem causæ, cur plecteretur damnatus. Lamprid. in Alex. Sev. c. 36 *In foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit, & fumo appositio quem ex stipulis atque humidis lignis fieri jusserat, necavit, præcone dicente, fumo punitur, qui vendidit fumum.* Præco aliquando brevem ad populum exhortationem addebat, ne quis leges contemnat: isque mos a Græcis manavit. Virg. Phlegyam, qui pœnas dat, loqui facit in inferno pro more suppliciorum, *Discite justitiam moniti & non temnere divos*, 6 Æn. v. 620. 11 Civibus optimis 7 jugera habere olim licuit: Hic mille optimi agri jugera possidet. Nota, terras quoque in quibus essent vineæ, aratas fuisse: *ligatis ad arbores vitibus omnes arantur vineæ.* Ant. interpr. 12 Appia via ad agrum Falernum ducente mannis seu asturconibus vehitur, quos nobiliores tantum insidebant, non vero currui adeo jungebant. Nota, calcaria ferrea antiquissima quidem esse, sed & Hispanos & Afros olim, ut Plin. ait, & nunc Seras, Orientisque quosdam populos e coriis uti. 13 L. Roscius Otho trib. pl. legem tulerat, ne quis eques esset & post orchestra in 14 sederet, cui vel patri ejus avoque non fuisset equestris census, i. e. quadringenta

Quid attinet tot ora navium gravi
Roſtrata duci pondere:
Contra latrones atque ſervilem manum [14],
Hoc hoc tribuno militum [15]?

ſeſtertium millia. Menas hanc legem ſpernebat, eo prætextu quod 2 primi ordines ex 14. tribunis eſſent reſervati. 13 Auguſtus Menæ opera ductuque reliquias S. Pompeji, magnam partem fugitivos & prædones, perſequebatur. V. epod. 1. 14 Hoc ſervili homine Tribuno, qui ipſe pirata fuit hactenus, ut Plut. eum vocat. *Trib. militaris* convenit noſtro præfecto, qui dicitur *Marſchalck*.

OD. V. IN CANIDIAM.

Conveniunt hîc 4 ſagæ, & in his Canidia, quæ Varum ad ſui amorem attrahere tentat tum elixatis herbis, tum aliis rebus, unde pharmacum conficit, eoque ut videtur ceream Vari imaginem perfundit, putans id in ipſum Varum valiturum. Sed fruſtra. Varo ergo contrariis ſe pharmacis præmuniente, alterum illa parat efficacius & ultimum remedium, philtrum, ſeu potionem amatoriam e medullis & jecore pueri terræ infoſſi, ibique fame miſerabiliter enecti.

At tô, Deorum quiſquis in cœlo regis
Terras, & humanum genus,
Quid iſte fert tumultus, aut quid omnium
Vultus in unum me truces? [1]
Per liberos te, ſi vocata partubus
Lucina veris affuit [2]:
Per hoc inane purpuræ decus precor [3]
Per improbaturum hæc Jovem,

Quid,

1 Puer loquitur, quem ſagæ rapere, & terræ infodere, ad philtrum ex inteſtinis conficiendum, parant. *At* indignantis eſt. *Quicquid deorum*, formula eſt, cum omnes invocantur dei. 2 Per liberos precatur Canidiam ut a ſe abſiſtat, ſi liberos unquam habuit. Epod. 17. *tuuſque venter partumejus.* Inde patet, ut veneficæ ſæpe gravidas ſe ſimularent, quo tutius infantes aliorum poſſent rapere. Catull. *ventrem mendacem* hunc in ſenſum dixit. p. 193 n. 2. 3 Per togam purpuream, quæ ſacrata erat, vim inferri ſibi deprecatur nobilis puer. Fab. declam. 340 *Ego vobis allego etiam illud ſacrum prætextarum, quo ſacerdotes velantur, quo magiſtratus: quo infirmitatem*

Quid, ut noverca, me intueris 4, *aut uti*
Petita ferro bellua?
Ut hæc trementi queſtus ore, conſtitit
Inſignibus raptis 5 *puer,*
Impube corpus 6, *quale poſſet impia*
Mollire Thracum pectora 7:
Canidia brevibus implicata viperis
Crines, & incomtum caput 8,
Jubet ſepulcris caprificos erutas 9,
Jubet cupreſſos funebres 10,
Et uncta turpis ova ranæ ſanguine 11,
Plumamque nocturnæ ſtrigis 12,
Herbaſque, quas Iolcos, atque Iberia
Mittit 13, *venenorum ferax,*
Et oſſa ab ore rapta jejunæ canis 14
Flammis aduri Colchicis 15.

Ad

pueritiæ ſacram facimus ac venerabilem. 4 *Novercale odium*, *vultus novercalis* in proverb. ſunt. p. 196 n. 11. 5 Puer ſtabat ſine prætexta & bulla, inſignibus nobilitatis & juventutis. Tarquin. Priſcus inſtituit ſimul cum prætexta bullam, cordis effigie, collo puerorum ingenuæ conditionis appendi, qua *corde præſtare* monerentur. Stat. vocat *nobile pectoris aurum.* 6 Nondum 14 annorum. 7 Thraces ſævi, & inhumani. 8 Canidia, ut Furia, breves noxiaſque maxime viperas capiti circumdat. 9 Enumerat Hor. phamaca, unde philtrum fiat. *Caprificus* a ſepulchris extracta, & quaſi diis inferis ſit ſacrificatura, primum eſt. Eſt hæc infelix arbor, non florens, nec fructu matureſcens. Vett. optabant eam enaſci in ſepulcris inimicorum. Prop. l. 4 *Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo: Urgeat hunc ſupra vis, caprifice, tua.* 10 V. p. 121 n. 21. 11 Non aquatilem ranam, ſed rubetam, *Een loofvorſch*, adhibet. Hæc turpis & venenoſa, amorem tamen concitat, ut Plin. l. 32 c. 5. 12 *Strix* avis ingrati ſtridoris. Sagæ in eam mutari credebantur, eoque ſagas *ſtrigas* appellabant, ut & hodie Itali ſolent. 13 *Iolcos* (non *Colchos*, nam hoc ſequitur) urbs Theſſaliæ ad ſinum Pelaſgicum. *Iberia* Ponti regio apud Aſiam minorem, hod. Georgia, *Gurgiſtan*, Moſchicis montibus a Colchide dividitur. Loca remota & obſcura ſagis placent præ aliis, ut pharmacis ſecretior vis inſit. 14 Oſſa cani jejunæ ex ore rapta famem amoris adferre ſagæ perſuadebant. Manus humana prandenti Flavio in cœnaculum a cane extrario illata imperium illi portendebat. V. Suet. in Flav. c. 5. 15 Ad ritum Medeæ Colchiæ veneficæ.

At expedita Sagana, per totam domum
Spargens Avernales aquas [16],
Horret capillis, ut marinus, asperis,
Echinus [17], *aut currens aper:*
Abacta nulla Veia conscientia [18],
Ligonibus duris humum
Exhauriebat [19]: *ingemens laboribus* [20],
Quo posset infossus puer
Longo die bis terve mutatæ dapis
Inemori spectaculo:
Cum promineret ore, quantum exstant aqua
Suspensa mento corpora:
Exsucta uti medulla, & aridum jecur,
Amoris esset poculum [21]:
Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ [22].
Non defuisse masculæ libidinis
Ariminensem Foliam [23],
Et otiosa credidit Neapolis [24],

Et

16 Sagana Canidiæ adjutrix, succincta, spargit aquas ex *Averno*: *Avernus* est Campaniæ lacus, ad inferos patere creditus. Hujus aquæ diis inferis gratæ & efficaces credebantur. Virg. 4. Æn. *Sparserat & latices simulatos fontis Averni.* 17 Tam duris pilis est, ut echinus marinus, *Een Zee-egel.* Istiusmodi homines *hircipili* vocantur. Setæ rigescunt in dorso apri currentis, quæ iræ nota est. 18 Veja, tertia saga, nullis conscientiæ stimulis deterrita. 19 Ut infoderet puerum. 20 Respirationes & anhelitus fodientis bene exprimit. 21 Ut puer paulatim, ad conspectum novarum quotidie positarum dapum, dum terræ infossus, capite tantum extante, eo pertingere nequit, emori posset. Jecur & medullas sic mortui in aviditate, amoris excitandi vim habere putabant. 22 Cum oculi deficerent in aspectu cibi *interminati* seu prohibiti: non ut Scal. in hanc oden injurius, *infiniti.* 23 *Foliam*, quartam sagam, ex Arimino, (nunc *Rimini*) quæ *masculæ* erat *libidinis* id est λεσβιάσασα, φοινικίζασα, καὶ τρίβασα, fricatrix, (de quibus Paulus ad Rom. 1 v. 26) huic facinori adfuisse & historiam veram esse, norunt Neapolitani. 24 *Neapolis*, ad delicias, secessum, & otium bene sita, *otiosa* dicitur, Ἀπραγίτους, ut Aug. vicinam Capreis insulam vocabat, Suet. c. 98.

Et omne vicinum oppidum [25] :
Quæ ſidera excantata voce Theſſala [26],
Lunamque cœlo deripit [27].
Hic [28] *irreſectum ſæva dente livido*
Canidia rodens pollicem [29],
Quid dixit, aut quid tacuit [30] ? *O rebus meis*
Non infideles arbitræ
Nox, & Diana [31], *quæ ſilentium regis* [32],
Arcana cum ſiunt ſacra :
Nunc nunc adeſte : nunc in hoſtiles domos [33]
Iram, atque numen [34] *vertite.*
Formidoloſis dum latent ſilvis feræ
Dulci ſopore languidæ [35] :
Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent Suburanæ canes [36],
Nardo perunctum [37] : *quale non perfectius*

Meæ

25 Puteoli, Capua, Cumæ, Atella, Nola, Bajæ. 26 More & lingua Theſſalorum, qui arte magica præſtabant. 27 Nulla Theſſala femina, quæ non volebat credi ſe magicis carminibus lunam cœlo deducere. Virg. 8 ecl. *Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.* Tempus eclypſeos lunæ magi obſervabant ut lunam tum vexari incantationibus crederetur, eoque crepitu cymbalorum laboranti ſubveniebant. Sen. in Hippol. act. 2 de luna, *Et nuper rubuit, nullaque lucidis Nubes ſordidior vultibus obſtitit. At nos ſolliciti lumine turbido, Tractam Theſſalicis carminibus rati, Timuimus dedimus.* 28 Tunc. 29 Sagæ alebant ungues; nam ſæpe terram effodiebant. Sat. 8 Sagana *Scalpere terram unguibus.* Quin ſordes iſtæ fidem arti conciliant. *Roſio unguium* altam meditationem notat. Petr. *pollice uſque ad periculum roſo.* 30 Quid dixit, vel potius non dixit? Ita loquitur poëta, ob murmura & ſuſurros magicos, quos nemo intelligit, niſi cum precari incipiunt, ut hîc mox fiet. 31 Nox & tenebræ ſagis placent. Medea l. 7 met. Ov. *Nox, ait, arcanis fidiſſima, Tuque triceps Hecate quæ cœptis conſcia noſtris.* 32 Aſtra ut choream, cujus regina eſt luna, quæ ſilentium imperat, conſiderant vett. Virg. *tacitæ per amica ſilentia lunæ.* V. p. 193 n. 2. 33 In Varum, & pellices quæ eum a me avertunt. 34 Ἐνδὺ δοῦναι, pro *iratum lumen.* 35 Virg. *Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat.* 36 Canes e Subura (meretricum vicinia Romæ) allatrent *ſenem adulterum*, Varum ſcilicet, *quod omnes rideant* : nam, *Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.* Nota, Varum hîc quoque Horatio vapulare. 37 *Nardum* vocat unguentum ſuum magicum, quo

Meæ laborarunt manus.
Quid accidit 38 *? cur dira barbaræ minus*
Venena Medeæ valent 39 *,*
Quibus ſuperbam fugit ulta pellicem
Magni Creontis filiam 40 *,*
Cum palla 41 *, tabo munus imbutum, novam*
Incendio nuptam abſtulit 42 *?*
Atqui nec herba, nec latens in aſperis 43
Radix fefellit 44 *me locis.*
Indormit unctis omnium cubilibus
Oblivione pellicum 45*.*
Ah, ah, ſolutus ambulat veneficæ
Scientioris carmine 46*.*
Non uſitatis, Vare, potionibus,
O multa fleturum caput,
Ad me recurres 47 *: nec vocata mens tua*
Marſis redibit vocibus 48 *,*
Majus parabo, majus infundam tibi
Faſtidienti 49 *poculum,*
Priuſque cœlum ſidet inferius mari
Tellure porrecta ſuper,

Quam

Canidia Vari imaginem ceream, quam tenebat manibus, perunxerat, ut ſui amore arderet ac fureret. Apud Virg. ecl. 8 pharmaceutria duas Daphnidis habebat imagines, ut flecteret eum erga ſe, & averteret a rivalibus. 38 Percipit ſaga ex cerea Vari imaguncula nihil ſe agere. 39 Cur minus ars mea valet, quam Medeæ, quæ Creüſam pellicem perdidit. 40 V. ep. od. 3. 41 Togam nuptialem. *Palla* pro nuptiis Propert. uſus l. 4. el. 4 *Nuptæ, Vos medium palla fœdus inite meæ.* 42 Epod. 3. 43 *Aſperis*, remotis, inacceſſis. 44 Latuit. 45 Fruitur pellicibus ſuis Varus, mei immemor: Quieſcit in cubilibus, quibus vult, ungendo illa magico unguento omnium aliarum mulierum ſilentium procurante. Sine arte enim nil fieri ſagæ volunt. 46 Molliter incedit adjutus arte ſagæ me potentioris. 47 Ad me, Vare, recurres victus potione ex medullis pueri modo infoſſi, quod ultimum erat refugium. 48 Marſi, (qui in Italia, ſicut Theſſali in Græcia, veneficli nomine noti, edocti ſcil. a Marſo Circes filio) non excantabunt Varum. 49 Efficacius philtrum parabit faſtidienti, ſcil. ſe,

Quam non amore ſic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus 50.
Sub hæc puer, jam non, ut ante, mollibus
Lenire verbis impias:
Sed dubius unde rumperet ſilentium,
Miſit Thyeſteas preces 51.
Venena, magnum fas, nefaſque, non valent
Convertere humanam vicem 52.
Diris agam vos 53: *dira deteſtatio*
Nulla expiatur victima 54.
Quin, ubi perire juſſus exſpiravero,
Nocturnus occurram furor 55,
Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quæ vis Deorum eſt Manium 56,
Et inquietis aſſidens præcordiis 57,
Pavore ſomnos auferam 58,
Vos turba vicatim hinc, & hinc ſaxis petens,
Contundet obſcœnas anus.

Poſt,

50 Jam hæc dicens bitumen injicit in ignem. 51 Jam puer non quærens amplius ſagas flectere ad miſericordiam mollibus verbis, emiſit *diras preces*, quales Thyeſtes in Atreum fratrem, cum filios ſibi appoſitos cerneret, *primum*, ait Cic. *ut naufragio pereat Atreus, ... neque ſepulchrum quo recipiatur habeat, portum corporis; ubi remiſſa humana vita corpus requieſcat a malis.* 52 Talio, ſeu vices pares vos, ô ſceleſtæ, manent. Pag. 59 n. 30. 53 Diris deteſtationibus vivos mortuoſque vos perſequar. 54 Juſtam imprecationem arceri non poſſe, creditum fuit olim. Plin. *Defigi diris deteſtationibus nemo non metuit.* Sed Plutarch. narrat eas in caput imprecantis non raro recidiſſe, ut in Atheium, qui Caſſio diras imprecatus fuerat. 55 Ira Dido 4 Æn. *Omnibus umbra locis adero: dabis, improbe, pœnas.* Ovid. in Ibin. *Inſequar & vultus oſſea forma tuos. Me vigilans cernes; tacitis ego noctis in umbris Excutiam ſomnos, viſus adeſſe, tuos.* 56 Ovid. d. l. *Tunc quoque factorum veniam memor umbra tuorum.* Umbris ungues, faces, flagella, catenæ dantur, prout dii Manes, Genii demortuorum, iſtam tribuunt potentiam. 57 Ut vultur Promethei ſeu Tityi jecur rodit. 58 Petron. *inquietari declamatores a nocturnis nocentium exagitationibus*, dicit. Sall. de Catil. *Animus diis hominibuſque infeſtus nec vigiliis neque quiete ſedari poterat.* V. Suet. in Ner. c. 34.

Poſt, inſepulta membra 59 *different* 60 *lupi,*
Et Eſquilinæ alites 61.
Neque hoc parentes, heu, mihi ſuperſtites
Effugerit ſpectaculum 62.

59 Et hoc in Thyeſtis diris, quæ in prov. abiere, fuit. 60 In partes lacerabunt. Virg. *At procul inde citæ Metium in diverſa quadriga Diſtulerant. Differre ſermonibus*, apud Ter. eſt. 61 Accipitres circa Eſquilias, unum e Romæ collibus, volitabant ad damnatorum cadavera. 62 Parentes, turbato mortalitatis ordine jam triſtes, hoc ſolatio fruentur, ut pœnas veſtras aſpiciant.

OD. VI. IN CASSIUM SEVERUM.

Hæc ode eſt in Caſſ. Severum, oratorem & accuſatorem tam acerbum, ut & *Nonium Aſprenatem*, Auguſto licet arctius junctum, veneficii accuſarit. Is tandem ob libellos famoſos relegatus eſt, & ſcripta ejus ex Senatus conſulto abolita.

Quid immerentes hoſpites vexas canis,
Ignavus adverſum lupos 1?
Quin huc inanes, ſi potes, vertis minas 2,
Et me remorſurum petis?
Nam qualis aut moloſſus, aut fulvus Lacon 3,
Amica vis paſtoribus 4,
Agam per altas aure ſublata nives 5,
Quacumque præcedet fera 6.
Tu, cum timenda voce compleſti nemus 7,
Projectum odoraris cibum 8.

Cave,

1 Comparat Caſſium cani allatranti prætereuntes, & fugienti a lupis. Mart. l. 5. ep. 61 *Gannitibus improbis laceſſis.* 2 *Inanes* vocat *minas* ejus, nam quos accuſabat, ii ſolebant abſolvi, ut Quintil. l. 10 c. 1 refert. Inde jocus Auguſti in architectum, qui forum tardius perficiebat, *Vellem forum etiam meum accuſaſſet Caſſius*; ludens in ambigua voce *abſolvere*, quod eſt perficere, & liberare crimine. 3 *Moloſſus*, canis ex Epiro, ubi & Moloſſi populi olim fuere. *Lacon fulvus*, eſt canis agilitate & robore ad venatum commendatus. 4 P. 176 n. 7. 5 Agam te aure ſublata, ut currentes generoſi canes aures tollunt. 6 Non *ignavus contra lupos*, ut Caſſius erat. 7 Acerbum Caſſii in accuſatos clamorem ingenti latratui comparat. 8 Ad pretium

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua 9.
Qualis Lycambæ spretus infido gener 10,
Aut acer hostis Bupalo 11.
An, si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut, flebo, puer 12?

taces, ut canis objectâ in os offâ. 9 *Genus irritabile vatum.* Quin iidem apibus comparantur, quæ innocuæ & suaves sunt, at læsæ acerbos infigunt aculeos. Eustath. apem ait ζῶον συζυγὲς τὴ ποιήσει. Horat. in Sat. *Qui me commôrit, tota cantabitur urbe,* idem de se od. 2 l. 4 *Ego apis Matinæ More modoque &c. operosa parvus Carmina fingo.* Ideo Plato in Minoë jubet, qui famam suam curant, caveant, ne cum poëtis inimicitias suscipiant. 10 Ut poëta Archilochus fecit in Lycamben, qui filiam Neobulen ante illi desponsam negavit. At Archilochus jambis a se inventis in eum scripsit, tam acerbe, ut Lycambe vitam suspendio ultro finiret. Ideoque Plato pedes compositos, uti sunt Jambi, e civitate sua expellit. V. Is. Voss. de vir. rythmi. 11 Hipponax poëta deformis a Bupalo sculptore ludibrio publico expositus tam acribus jambis eum impetiit, ut se suspenderet, vel, ut Plin. vult, Epheso excederet. Muretus similis exempli se meminisse suo tempore refert. 12 Si quis *atro*, maledico *dente* me petierit, an, ut pueri solent ad latratus canum, flebo? Quin resistam potius &c.

OD. VII. AD POPULUM ROMANUM.

Videtur hac ode detestari bellum civ. a S. Pompejo renovatum, non vero illud quod Brutus & Cassius gessere, ut quos ipse Horatius fuerat secutus.

Quo, quo scelesti 1 *ruitis? aut cur dexteris*
Aptantur enses conditi 2?
Parumne campis 3, *atque Neptuno super* 4
Fusum est Latini sanguinis?
Non, ut superbas invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret 5:

1 *Scelestos* vocat eos qui bellum civ. renovarunt. Cic. Pompejanos apud Cæsarem erroris humani culpa, non sceleris excusat, v. orat. pro Marc. Horatius sæpe & recte bellum civ. *scelus* vocat. 2 Post Philippensem pugnam Aug. & Ant. pacem fecerant cum S. Pompejo. 3 Philippicis, aliisque. 4 Mari Siculo. 5 Majores bellum gesserunt, ut

Intactus aut Britannus [6] *ut descenderet*
Sacra catenatus via [7]:
Sed ut, secundum vota Parthorum [8], *sua*
Urbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Unquam, nisi in dispar, feris [9].
Furorne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa [10]? *responsum date.*
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Mentesque perculsæ stupent [11].
Sic est [12]: *acerba fata Romanos agunt,*
Scelusque fraternæ necis [13],
Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor [14].

Carthaginem æmulam imperii Romani, exscinderent. 6 Cæsar *aggressus est Britannos ignotos antea, superatisque pecuniis & obsides imperavit*, Suet. Jul. c. 25. Sed tentavit eos magis, quam subegit. Nec Augustus videtur contra eos hoc tempore expeditionem parasse. V. od. 5. l. 3. 7 *Sacra via* ad forum usque erat declivis, inde vero ad Capitolium, seu clivum Capitolinum, ascendebatur. 8 Parthi Sertorianum illud contra Romanos quoque valere sciebant, *Concordia res parvæ crescunt, discordia res maximæ dilabuntur.* Ita Nestor I Il. ad Agamemnonem & Achillem ait, *Quam gauderent Priamus ejusque filii Trojanique si vestras audirent rixas.* 9 Feræ in dispar genus sæviunt. Juven. sat. 15 *Sed jam serpentum major concordia. Parcit Cognatis maculis similis fera. Quando leoni Fortior eripuit vitam leo? Quo nemore unquam Expiravit aper majoris dentibus apri. Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam. Sævis inter se convenit ursis.* At contra de Venere & pastu inter se dimicare animalia, quis non observat? Ne de hippopotamo loquar, qui ut matrem ineat, patrem necare dicitur, quid non de scrophis, & felibus nec fætui suo parcentibus videmus, a quo & olorem non abhorrere ajunt. 10 Ita & Cic. pro Marc. 11 Bella hic imago est male sibi conscorum, qui pallent & stupent. 12 Culpa sua Rom. sunt miseri. 13 Dii irati, ob parricidium Remi, Romanos premunt. 14 Postquam *fraterno primi maduerunt sanguine muri*, ut Luc. canit. Liv. Remum in pugna cum Romulo fratre cecidisse refert, *at vulgatior*, inquit, *fama est, ludibrio fratris Remum novos transiliisse muros: inde ab irato Romulo interfectum*, l. 1 c. 7.

OD.

OD. VIII. IN ANUM LIBIDINOSAM.

Horatium in quibusdam nolim interpretari, ait Fabius: tanto minus & ego in hac & seq. oda: ne facem aut flabellum ad nequitiam prætulisse videar, quod forte plus nimis hic illicve egisse videbor quibusdam superciliosis simulatoribus, iisve qui una & altera liberiori lectione verberati sua in Venerem putredine male pereunt.

Rogare [1] *longo putidam te seculo,*
Vires quid [2] *enervet meas?*
Cum sit tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem senectus exaret [3]:
Hietque turpis inter aridas nates
Podex, velut crudæ bovis [4].
Sed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales ubera,
Venterque mollis, & femur tumentibus
Exile suris additum [5].
Esto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum [6]:
Nec sit marita [7], *quæ rotundioribus*
Onusta baccis ambulet [8].
Quid, quod libelli Stoici inter sericos
Jacere pulvillos amant 9?
Illiterati num minus nervi rigent [10]?

S 2 Mi-

1 Subint. ad sensum 6 versuum, *Non quid pudet?* 2 si legas *quid*, Horatius in turpi actu semetipsum exhibet. At si legas *quod*, salvus magis pudor sit. Rogare autem virum, turpe feminæ, & maxime deformi. 3 V. Is. Voss. in Catull. epigr. in Æmil. seu 98. Nota hic, *vetus senectus*. 4 Rugosus laxusque. 5 Nil fædius quam exile femur, & suræ tumentes, ut sunt hydropicorum. 6 Habeas jus imaginum ferendarum ante funus. 7 Matrona. 8 Meretricibus auro ornatis in publicum prodire non licuit nisi inauribus, & variis vestibus. *Baccæ rotundæ* pretiosissimæ sunt. Belg. *Bagge*. 9 At dices, te philosophiæ studiosam, nec esse quod spernam te. 10 An literati, quique sciunt historias & artes peccare docentes, ad Venerem sunt impetuosiores. Nescio qua ratione Dacier *Illiteratæ* legat.

Minusve languet fascinum [11] *?*
Quod ut superbo [12] *provoces ab inguine,*
Ore allaborandum est tibi [13].

11 *Fascinum*, & mille istiusmodi vocabula, id quo viri sumus, notant. V. sat. 8 v. 5. Tam fœcunda ad inordinati motus instrumentum denotandum inventio est. 12 Te spernente. 13 Cæteris ἀπέχθ. Rubere ad hæc quam ridere, magis decet.

OD. IX. AD MÆCENATEM.

Hæc ode sequitur oden 37 l. 1.

Quando repostum Cæcubum ad festas dapes,
Victore lætus Cæsare [1],
Tecum sub alta (sic Jovi gratum) domo [2],
Beate [3] *Mæcenas, bibam,*
Sonante mistum tibiis carmen lyra [4],
Hac Dorium, illis Barbarum [5] *?*
Ut nuper [6], *actus* [7] *cum freto Neptunius* [8]
Dux fugit ustis navibus [9],
Minatus urbi vincla, quæ detraxerat
Servis amicus perfidis [10] *?*

Roma-

1 Mæcenas ergo adhuc cum Augusto in exercitu erat, cum fuga Antonii & Cleopatræ nunciaretur Romam. 2 In turri Mæcenatiana, v. od. 29 l. 3. 3 V. od. 4 l. 1. 4 De vario veterum concentu difficile est dicere. Hic de lyra cum duabus tibiis loquitur. 5 Lyra sonante Dorium, i. e. gravem modum, qui rebus gravibus convenit, tibiis canentibus barbarum seu Phrygium, i. e. medium modum, qui sacris rebus convenit. Rhodig. l. 9 c. 3. 6 Uti liberius bibimus ante 5 annos, cum S. Pomp. navali prælio ab Augusto victus est in mari Siculo, indeque fugit. 7 C. Basil. *Acti*, ad locum pugnæ designandum, al. *Actus*, i. e. fugatus e freto Siculo. 8 S. Pomp. *cum mari feliciter uteretur, Neptuni se filium confessus est.* Alii Neptuni filium dictum putant, quod pater Cn. Pomp. piratas mari exegerit. Appian. Dio. 9 Flor. l. 4 c. 8 S. Pomp. *modo trecentarum quinquaginta navium dominus cum sex septemve fugiebat, extincto Prætoriæ navis lumine, annulis in mare abjectis, pavens & respectans, & tamen non timens ne periret.* Duce Agrippa hæc acta sunt. 10 Flor. d. l. *cum ergastula armasset, Siciliam Sardiniamque habebat. Jam & classe medium mare insederat. O quam diversus a patre! Ille Cilicas extinxerat; hic se-*

Romanus [11] *(eheu posteri negabitis)*
Emancipatus feminæ [12]
Fert vallum, & arma miles [13], *& spadonibus*
Servire rugosis potest [14].
Interque signa, turpe, militaria
Sol aspicit conopeum [15].
Ad hunc frementes verterunt bis mille equos
Galli canentes Cæsarem [16]:
Hostiliumque navium portu latent
Puppes sinistrorsum citæ [17].
Io triumphe [18], *tu moraris aureos*
Currus [19], *& intactas boves* [20].
Io triumphe [21], *nec Jugurthino parem*
Bello reportasti ducem,
Neque Africano, cui super Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit [22].

cum piratas navales agitabat. Fugitivis ergo perfidisque servis libertatem dabat, & in militiam eos asciscebat, quod turpe fuit apud Rom. 11 Antonius cum Romanis militibus. 12 Cleopatræ. d. od. 37 l. 1. 13 *Vallus, een Stormpael.* Miratur Hor. Romanos sub alienæ mulieris imperio disciplinam Romanam sequi: nam quisque miles debebat ferre secum 12 sudes seu suros, (unde *crebrisurium*, pro communitis castris, Ennius dixit) arma, viaticum, ollam, veru, securim, ligonem, falcem &c. 14 Spadones Cleopatram stipabant, adeoque & his parebant Romani. Hi cubicularii & custodes palatii erant. Persæ eos vocant *Bagoas*, unde *Page*. 15 Muliebre tabernaculum erat pro Prætorio. *Conopeum* retis genus ad arcendos culices, qui κώνωπες vocantur. Belg. *Een Vliege-net.* 16 *Transierunt ad Augustum ab Antonio duo millia equitum, per quos est victoriam consecutus.* Serv. 6 Æn. Nescio qua ratione *bis mille equos* pro quater mille explicet Bochart. Hieroz. 1 l. 2 c. 8. *Galli equites* non *Gallograeci*, utquidam vult, intelligendi sunt: Illi enim & in Parthia sub Antonio meruerunt. 17 Ab Actio ad Peloponnesum ad lævam flectendum fuit, & inde in Ægyptum. 18 Triumphum ut deum compellat gestienti voce. 19 Triumphales currus Augusto debitos. 20 Boves in sacrificium ab Augusto post Actiacam victoriam offerendas. Sen. in Agam. Chorus *Junoni* dicit, *ad tua conjux Candida tauri delubra cadit. Nescia aratri, nullo collum Signata jugo. Intacta bos* ad sacrificium a deo postulatur quoque Num. 19 v. 2. Talem & Diomedes Palladi vovet. 21 Bello Jugurthino victor Augusto multo fuit inferior. 22 Nec Scipio Afri-

Terra, marique victus hostis [23], *Punico*
Lugubre mutavit sagum [24]:
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus [25]
Ventis iturus non suis [26],
Exercitatas aut petit Syrtes Noto [27],
Aut fertur incerto mari [28].
Capaciores adfer huc, puer, scyphos [29],
Et Chia vina, aut Lesbia [30]:
Vel quod fluentem nauseam coërceat,
Metire nobis Cæcubum [31].
Curam, metumque Cæsaris rerum juvat
Dulci Lyæo solvere [32].

cæ victor, cuique Carthaginis ruinæ sunt velut illustre ipsi mausolæum, Augusto comparari potest. Actiaca enim victoria Augusto orbis imperium dedit ac confirmavit. Mancinellus Hor. interpres testatur apud Cajetam in marmoreo sepulchro æneaque urna hos legi versus, *Devicto Annibale, & capta Carthagine, & aucto Imperio, hos cineres marmore tectus habes: Cui non Europe, non obstitit Africa quondam. Respice res hominum, quam brevis urna premit.* 23 Antonius. Post hujus fugam septimo die Canidius, exercitus ejus dux, ad Augustum transiit. 24 Pro purpureo sago, Belg. *Een Wapenrok*, induit pullum. Ille color Marti, hic luctui convenit. Nec hic tamen proin ater est: honoratior tamen lugubris vestis inter purpureum nigrumque medius erat, ut est nunc regum, & tum fuit plerorumque purpuratorum Romanorum. Varro apud Non. in *Anthracinus. Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo dimisso sequerentur lectum. Anthracinus color*, qualis est carbonum non extinctorum, in quibus flammæ & ardoris etiamnum supersunt vestigia. 25 Nesciebant adhuc quorsum Antonius fugerat, an ad Cretam insulam & inde in Ægyptum, an alio. P. 204 n. 18. 26 Non faventibus. 27 *Syrtes*, pro Libyco mari, non pro Syrtibus proprie sic dictis, hic intellige. 28 *Incertum quo fata ferant.* 29 Heroum more majoribus poscit poculis, nec morari Mæcenatis reditum sustinet. Credo *Solis poculum* voluit, quo Hercules ob bibacitatem ab Apolline fuit donatus, quod tantæ fuisse capacitatis dicunt mythologi, ut navigii loco usus sit. Adde quæ noto ad orat. Cic. pro Dejot. c. 9. 30 Transmarina, eoque pretiosa. 31 Ut affatim bibere possit, Cæcubum, generosum scil. Latii vinum, subausterum & pungens, petit. Non amat vomitus, ἐμετικὸν, ut quidem veteres. V. quæ d. l. Cic. notavi. 32 Magno in timore pro Cæsare Hor. & Romani fuerant, ut refert Dio.

OD. X. IN MÆVIUM POËTAM.

Ut od. 31. 1 pro Virg. navigaturo, ita hîc contra Mævium, pessimum poëtam, Virgilioque valde exosum, vota facit.

Mala soluta navis exit alite [1],
Ferens olentem Mævium [2],
Ut horridis utrumque verberes latus,
Auster, memento fluctibus [3].
Niger rudentes Eurus inverso mari,
Fractosque remos differat.
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.
Nec sidus atra nocte amicum appareat,
Qua tristis Orion cadit [4].
Quietiore nec feratur æquore
Quam Graja victorum manus,
Cum Pallas usto vertit iram ab Ilio
In impiam Ajacis ratem [5].
O quantus instat navitis sudor tuis [6],
Tibique pallor luteus [7],
Et illa non virilis ejulatio [8],

1 V. od. 15 l. 1 *mala avi.* Navigaturi sacrificabant, & aves consulebant. V. Scheff. de mil. nav. l. 3 c. 3. *Ales* epod. 16 in fœminino genere pro bono augurio sumi patet. Contra de Prez h. l. 2 *Olentem* vocat *Mævium.* Nam malus fœdusque ejus temporis poëta erat. Virg. ecl. 3 *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi, Atque idem jungat vulpes & mulgeat hircos.* Auctor de caus. corr. eloq. *Quædam arceantur ut jam obliterata & olentia.* 3 *Austrum* a meridie, *Eurum* ab oriente, *Boream* a septentrione, in Ionio mari inter se colluctantes, contra Mævium invocat. Ita sat. 2 l. 2 *At vos Præsentes Austri coquite horum obsonia.* 4 V. d. od. 3 n. 2. De Orione V. ind. 5 Omnis fere Græcorum classis post excisam Trojam ad Caphareum Eubœæ promontorium, ira Palladis, Trojanis primum infensæ ob Judicium Paridis, disjecta fuit. Nam Ajax Cassandram Priami filiam in Palladis templo constupraverat. Mævius obtrectator & arrogans poëta fuit. 6 V. od. 15 l. 1. 7 *Pallor luteus*, qualis in male affectis esse solet, quique albo pejor est. 8 Cic. 3 Tusc. *Ingemiscere*

Preces & aversum ad Jovem 9 !
Ionius udo cum remugiens sinus,
Noto 10 *carinam ruperit*.
Opima quod si præda curvo littore
Porrecta mergos juveris 11,
Libidinosus immolabitur caper 12,
Et agna Tempestatibus 13.

nonnunquam viro concessum est, idque raro, ejulatus vero ne mulieri quidem. Inde apud Sophocl. Hercules id maxime dolet, quod ejularit ac clamaverit parvulæ filiæ instar. Quid ergo de Virg. dicemus, qui heroem suum Æneam tam in lacrimas facilem exhibet? 9 Jupiter improbos non audit. Quin lepidus erat, qui improbum in tempestate deos invocantem monebat, desineret tam alte clamare, ne, inquit, dii te audiant. 10 *Udo Noto*, ut Virg. *humidus Auster*. 11 Quod si in littus ejectus fueris mergis, sacra spondeo Tempestatibus: queis aliter, ne sæviant, sacra fiebant. 12 Quia Mævius petulans & olens, ut caper. Aliter *hirens* nusquam in sacrificiis notus fuit. 13 Virg. *Nigram hyemi pecudem*. Et alibi, *Tempestatibus* templum fuit Romæ in prima urbis regione, ne plebejum numen putes a. v. c. 414 dedicatum a Scipione, Ovid. 6 Fast. *Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur, Cum pene est Corsis obruta classis aquis.* Quin Cic. 3 de Nat. deor. vult Tempestates in numerum deorum referri, *quæ populi R. ritibus consecratæ sint . . . nostri quidem duces mare ingredientes immolare hostias fluctibus consueverunt. Typhonibus* Græcos idem feciſſe V. in Aristoph. ranis. Dac. ex Peireſcii vita inſcipt. illam Scipionis refert, HONC. OINO. PLOIRUME CONSENTIONT. R. DUONORO. OPTIMO. FUISSE. VIRO. LUCIOM. SCIPIONE. FILIOS. BARBATI. CONSOL. CENSOR. AIDILIS HIC. FUET. A. HIC. CEPIT. CORSICA. ALERIA QUE URBE. DEDET. TEMPESTATIBUS. AIDE. MERETO. *Hunc unum plurimi consentiunt Romani bonorum optimum fuisse virum Lucium Scipionem. Filius Barbati, Consul, Censor. Ædilis hic fuit, autem hic cepit Corsicam, Aleriamque urbem, dedit Tempestatibus ædem merito.* De deis littoralibus p. 213 n. 36.

OD. XI. AD PETTIUM.

Hac ode queritur apud Pettium contubernalem se amore semper inquietari, narratque quæ faceret dum Inachiam deperiret.

Petti, nihil me, sicut antea 1, *juvat*
Scribere versiculos 2, *Amore perculsum gravi*:
Amore,

1 Cum non amarem. 2 Propert. contra tum maxime carmina faciebat, l. 2 el. 1 *Quæritis unde mihi toties scribantur amores, Unde meus*

Amore, qui me præter omnes, expetit
Mollibus in pueris, Aut in puellis urere.
Hic tertius December [3], *ex quo deſtiti*
Inachia furere, Sylvis honorem decutit [4].
Heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui [5]: *Conviviorum & pœnitet* [6],
In queis amantem & languor, & ſilentium [7]
Arguit, & latere Petitus imo ſpiritus:
Contraque lucrum [8], nil valere candidum
Pauperis ingenium [9] *Querebar applorans tibi,*
Simul calentis inverecundus deus
Fervidiora mero Arcana promorat loco [10].
Quod ſi meis inæſtuet præcordiis [11]
Libera bilis, ut hæc Ingrata ventis dividat
Fomenta [12], *vulnus nil malum levantia,*
Deſinet imparibus Certare ſummotus pudor [13].
Ubi hæc ſeverus [14] *te palam laudaveram,*
Juſſus abire domum, Ferebar incerto pede
Ad non amicos, heu mihi, poſtes, & heu

Limi-

veniat mollis in ova liber? Non mihi Calliope, non hæc mihi cantat Apollo: Ingenium nobis ipſa puella facit 3 Tertius annus. 4 Folia. Ita od. 17 l. 1 fructus vocat *Ruris honores.* 5 Quid non fabulati ſunt de meo erga Inachiam amore, & quam ab ipſa ſim excluſus. 6 *Pœnitet*, quaſi *pœna mihi eſt, pœna me tenet.* 7 Od. 11 l. 4 *Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua ſilentio.* 8 Ditiores cum muneribus admitti ab Inachia, me excludi. 9 Anacr. Ζοφίη, τρόπῳ πατεῖται *Sapientia, mores ſpernuntur.* 10 A *Ita Simul* conſtruct. incipit. Simulac in compotationibus amicæ nomen dicerem. De hoc more v. p. 55 n. 10 &c. Adde Lipſ. ant. lect. l. 3 p. 153, 154 edit. Plant. qui morem iſtum ſatis probat, vel uno Mart. verſu, *Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur,* 11 *Subint. Dicebam tibi.* Quid ſi commovear. 12 Ut ex animo ejiciat iſta amoris *fomenta*, ſc. ſuſpiria, ſilentium, lacrimas, querimonias meas, Nam ut Ovid. ait, *Expletur lacrimis egeriturque dolor. Vento dare* V. od. 26 l. 1. 13 Non amplius Inachiæ procaci ſummittam me pudens nimis ac verecundus, ſed eam viciſſim ſpernam. Vel potius *pudor meus* i. e. ego pudens excluſus *deſinam certare imparibus* ſc. rivalibus, potentioribus apud Inachiam cum muneribus ſuis. Ita Epod. 15 *Et quæret iratus parem.* 14 Serio.

Limina dura, quibus Lumbos & infregi latus [15].
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, Amor Lyciſci me tenet [16]:
Unde expedire non amicorum queant
Libera conſilia [17], *Nec contumeliæ graves* [18]:
Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri, Longam renodantis comam [19].

15 Tibull. *Juravi quoties rediturum ad limina nunquam? Cum bene juravi, pes tamen ipſe redit.* Ita Phædria Terentianus Thaidem valere etiam jubet, & mox ultro ei ſupplicat. De amatoribus ad amicæ fores jacentibus & cantantibus V. od. 10 l. 3. 16 *Lyciſcus* (diminut. a Lycus) mollior muliere me amore ſui captum tenet. Ludit enim in affinibus illis verbis. 17 Sine adulatione metuve data. 18 Ob illicitum pueri amorem. *Contumelia* plus eſt quam *injuria*, Pacuv. in Peribæa, *Patior facile injuriam ſi eſt vacua a contumelia.* Et Cecilius, *Etiam injuriam ferre poſſum niſi contra conſtat contumelia.* 19 Quod amici non poterant, alio diverſus amor poterat. Cic. 4 Tuſc. *etiam novo quodam amore veterem amorem tanquam clavo clavum ejiciendum putant.* Ovid. *Succeſſore novo tollitur omnis amor.* De renodatis comis v. p. 95 n. 20.

OD. XII. IN ANUM.

V. arg. od. 8 h. l. Videturque facta cum amore Inachiæ teneretur.

Quid tibi vis, mulier nigris dignisſima barris [1]?
Munera cur mihi, quidve tabellas [2]
Mittis, nec firmo juveni [3], *nec naris obeſæ* [4]?
Namque ſagacius unus odoror,
Polypus [5], *an gravis hirſutis cubet hircus in alis* [6],
Quam canis acer, ubi lateat ſus.

Quis

1 Digna amari barris ſordidis, i. e. bajulis, ſimilibus elephantibus, qui *odore graves, forma truces, mole terribiles. Barrus* a βαρὺς gravis. vel a *bar*, *peregrinus*, vel a *beira*, quod idem ac *Behemot* Hebr. *ingens beſtia. Barritus*, *barrire* eſt elephantum ſonus. 1 Hieroz. Boch. l. 2 c. 23. 2 Amatorias literas. 3 V. Priap. carm. 83. 4 Ariſt. *qui naſum habent in ſummo craſſum, ii ſtupidi ſunt.* 5 Morbus narium fœdus, ſeu caruncula in naſo putris, reſpiratiorem præſtruens, unde & teter eſt anhelitus. *Polypoſus* qui hoc morbo laborat. Mart. *Naſutum volo, nolo polypoſum.* 6 Fœtens humor axillarum. Catul. *Valle ſub alarum trux habitare caper.* Ov. *Nec lædat mares virque paterque gregis.*

Quis ſudor vietis [7], *& quam malus undique membris*
Creſcit odor, cum pene ſoluto [8]
Indomitam properat rabiem ſedare, nec illis
Jam manet humida creta [9], *colorque*
Stercore fucatus Crocodili [10], *jamque ſubando*
Tenta cubilia, tectaque rumpit [11]:
Vel mea cum ſævis agitat faſtidia verbis,
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte potes, mihi ſemper ad unum
Mollis opus: pereat male, quæ te
Lesbia [12], *quærenti taurum* [13], *monſtravit inertem:*
Cum mihi Cous adeſſet [14] *Amyntas,*
Cujus in indomito conſtantior inguine nervus,
Quam nova collibus arbor inhæret [15].
Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ
Cui properabantur [16]: *tibi nempe*
Ne foret æqualis [17] *inter conviva, magis quem*
Diligeret mulier [18] *ſua, quam te.*
O ego non felix [19], *quam tu fugis, ut pavet acres*

Agna

7 *Vietus, μεμαραςμένος*, Belg. *Verſlenſt.* 8 Minaci, non remiſſo, *Solvere penem* eſt *expedire.* 9 Cum ſudore fucus faciei, ſeu creta defluit. Petr. *perfluebant per frontem ſudantis acaciæ rivi. Inter rugas malarum tantum erat cretæ, ut putares detectum parietem nimbo laborare.* 10 E terreſtris crocodili, Cordyli dicti, fimo ceruſſæ mixto fit medicamen faciei. Plin. l. 28 c. 8. 11 *Subare*, eſt feminarum quæ vehementius *agitantur etiam ſupra virum.* Proprie *ſues, immundiſſimi ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis, Subare & Surire dicuntur.* Feſtus. Apul. inter *gannitus & ſubantis voculas.* Priap. carm. 18 *Criſſare fluctuante lumbo.* Petron. *Pygiaca ſacra* vocat. *Cevere* autem virorum eſt. 12 Lena, conciliatrix. 13 Indic. in *taurus.* 14 Me amaret. 15 *Arbor nova* in collibus altas agit radices, & vento facile cedit. Ita Grammatici vett. illud in montibus Homeri ἀνεμότρεφες ἔγχος interpretati ſunt, τὸ ὑπ' ἀνέμων τρεφόμενον ὅτ' ἦν δένδρον. 16 Cui parabantur veſtes purpureæ dibaphæ, ſeu iterum tinctæ. V. od. 16 l. 2. *Properare, feſtinare*, active vett. etiam uſurpant. Ita Ennius, *feſtinare diem: pulcrum feſtinant diem.* 17 συγχρόνους, coævos, barbare *coætanos.* 18 Amica. Ita *maritus* pro *amatore.* 19 Chariſ. l. & codd. quid, *O ego infelix.* Sed nil muto.

Agna lupos [20], *capreæque leones.*

20 V. Indic. in *lupus.*

OD. XIII. AD AMICOS.

Videtur allegorice loqui de calamitate quadam reip. quam diſcutere vult lætitia.

Horrida tempeſtas [1] *cœlum contraxit* [2], *& imbres,*
Niveſque deducunt Jovem [3] *: Nunc mare, nunc ſyluæ* [4]
Threicio Aquilone ſonant [5] *: rapiamus, amici,*
Occaſionem de die [6] *: Dumque virent genua* [7],
Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus [8].
Tu vina Torquato move Conſule preſſa meo [9].
Cætera [10] *mitte loqui. Deus hæc fortaſſe benigna*
Reducet in ſedem vice [11]. *Nunc & Achæmenia*
Perfundi nardo juvat [12], *& fide Cyllenea* [13]

Levare

1 Hyems, vel cœlum nimboſum. 2 Cœlum nubibus obtexit. 3 Jupiter eſt aër, qui cum pluvia deducitur, detrahitur. Virg. 7 ecl. *Jupiter & læto deſcendet plurimus imbri*, & 2 Georg. *Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Conjugis in gremium lætæ deſcendit.* Inde Jupiter καταβάτης, *qui deſcendit*, ὄμβριος, ὑέτιος, pluvialis. 4 *Siluæ*, per diæreſin. 5 Flante a Thracia. V. od. 12 l. 4. 6 Fruamur hac occaſione *de die*, i. e. ſtatim, repente, ut Donat. in Ter. Porphyrio hic, *primo mane.* Sed perperam. Nam qui quinta ſextave genio indulgebant, juſto tempeſtiviora dicebantur celebrare convivia. Nona vero vel decima, ſole jam vergente, tempeſtiva convivia erant. V. l. 1 od. 1. 7 Dum robuſti ſumus, quod in genibus ineſt vitalitas, & in iis prima fugientis ætatis infirmitas apparet. *Viride* enim eſt ſucciplenum. Catull. *Cui cum ſit viridiſſimo Nupta flore puella.* Boëth. 1 conſ. *Gloriæ felicis olim viridiſque juventæ Solatur niteſti nunc mea fata ſenis.* Ita Græci χλωρὸν utuntur. Theocr. Idyll. 14 v. ult. λευκάνιον ὁ χρὸνος, ποιεῖν τι δεῖ ὅις γόνυ χλωρόν. *Tempus canos facit. Facere quid oportet eos, queîs viride eſt genu.* 8 Exporrigatur frons ſenio jam contracta. 9 Profer vinum conditum in cadis coſ. L. Manlio Torquato, eoque mihi coævum. V. l. 3 od. 21. 10 Dolorem creantia. 11 Deus forte ſuo tempore reſtituet hæc. Auguſtus in edicto quodam, *Ita mihi ſalvam ac ſoſpitem remp. ſiſtere in ſua ſede*, i. e. ſtabilitate, *liceat.* 12 Unguento Perſico, ubi Achæmenes regnavit. V. p. 113 n. 22. Nota, μύρα *unguenti* apud Homerum nulla

Levare diris pectora Sollicitudinibus :
Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno [14],
Invicte mortalis [15] *dea Nate puer Thetide,*
Te manet Assaraci tellus [16], *quam frigida parvi*
Findunt Scamandri [17] *flumina, Lubricus & Simois* [18]:
Unde tibi reditum certo subtemine Parcæ
Rupere [19]: *nec mater domum Cærula te revehet* [20].
Illic omne malum vino, cantuque levato [21]
Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquiis [22].

mentio est: & vera scripsit Plin. dicens, *Quis primus* unguenta *invenerit non traditur; Iliacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur.* 13 Lyra, cujus auctor est Mercurius, *Cyllenius* dictus, a Cyllene Nympha matre sua, vel Cyllene monte, ubi natus & educatus. 14 Chiron Achilli hoc loquens inducitur, ut Teucer amicis l. 1 od. 7. *Chiron* princeps Centaurorum, cui, ob insignem sapientiæ famam, cum cæteris Achilles quoque in disciplinam datus est. 15 *Achilles invictus:* (pro quo barbare *invincibilis*) nam mater eum in Stygia immersit palude: vulnerabilis sola pedis parte, qua eum tum tenebat. 16 Ibis contra Trojam, ubi regnavit Assaracus, Trois filius: nam sine te capi nequit. 17 Scamander, aliter Xanthus, ex Ida monte in Phrygia scaturit. 18 *Simois* Troadis fl. in Scamandrum labitur. *Lubricus* est *rapidus*, Virg. 19 Chiron, Achillis præceptor, dicit, Achillem a Troja non rediturum. *Parcæ rupere tibi reditum certo subtemine* i. e. Parcæ non nent Achilli plus quam de parvo fuso, quem abrumpent ante ejus reditum. *Subtemen*, filum quod stamini subjicitur, *den inslag.* De *Parcis* V. ind. 20 Thetis Achillis mater. *Cærulus*, Nympharum maris color. 21 Hoc depromtum ex Homero, ubi Achilles se solatur potando & cantando gesta heroüm. Præcipit hoc Chiron hîc: nam vitæ brevitatem in lætitiæ argumentum omnes sumsere. 22 *Alloquium* hic non pro jucundis sermonibus: nam Achilles solus esse voluit, sed pro solatio & lenimento deformis ægrimoniæ, ex vino cantuque, ponitur. Ita παραμυθία, παρηγορία. Sen. in Troad. a. 3. sc. 1. *Alios parentes alloqui in luctu decet Tibi gratulandum est.* Catull. *Quem tu quod minimum facillimumque est, Qua solatus es allocutione.* Mur. var. lect. l. 2 c. 4.

OD. XIV. AD MÆCENATEM.

Promiserat Mæcenati jambos, sed amore impeditum se ait, eoque eos non absolvisse.

MOllis inertia [1] *cur tantam diffuderit imis*
Obli-

1 Mæcenas molli inertiæ ascribit, quominus Horatius jambos ab-

Oblivionem ſenſibus [2],
Pocula lethæos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim [3],
Candide Mecænas [4], *occidis ſæpe rogando.*
Deus deus nam me vetat [5],
Inceptos, olim promiſſum carmen, Iambos [6]
Ad umbilicum ducere [7].
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teïum [8]:
Qui perſæpe cava teſtudine flevit amorem [9]
Non elaboratum ad pedem [10].
Ureris ipſe miſer [11]; *quod ſi non pulcrior ignis*

Accen-

ſolvat. 2 *Imis ſenſibus, præcordiis.* Virg. *Senſibus hæc imis, res eſt non parva, reponas.* 3 Ac ſi e Lethe inferorum fluvio biberim. Finxerunt vett. in inferno eſſe oblivionis flumen, unde animæ bibebant, ut oblivíſcerentur omnium, quæ in corpore tulerant. Virg. 6 Æn. *Lethæi ad fluminis undam Securos latices, & longa oblivia potant. Lethe* Hiſpaniæ fl. in regno Luſitaniæ ſeu Portugalliæ. Primum ejus nomen erat *Limæa.* Græci λήθην flumen dixere. Hod. *Lethé.* Origo fabulæ, hunc fontem oblivionem ducere, eſt a bonitate regionis: ita Hom. ait, qui *lotum guſtavit*, patriæ eum obliviſci. 4 Æquum judicem vocat. Vett. epitheta non tam temere, ac nunc, uſurpant. 5 Amor, magnus & imperioſus deus. Plaut. *Nullam mentem habeo. Ubi ſum, ibi non ſum: ubi non ſum, ibi eſt animus.* 6 Videtur longum opus jambico carmine inchoaſſe. 7 Finire. *Umbilicus* eſt omne in medio protuberans, ut erat ornamentum illud aureum vel eburneum in fine baculi, circum quem volumen, cum abſolutum eſſet, circumvolvebatur. In antiquis compactis libris in medio & 4 ſæpe partibus extremis cujuſque exterioris lateris adhuc iſtiusmodi umbilici, ὀμφαλοί, viſuntur. 8 Ita narrant Anacreonta, e Teio Ioniæ vel Paphlagoniæ civ. oriundum, arſiſſe Bathyllum, puerum ſibi carum. V. od. 9 l. 4. 9 Reſtant iſtiusmodi duo triave carmina, 10 Ad numeros neglectos, pedumque rationem minus exactam, ſuſque deque habens ſi jambum aut trochæum pro ſpondæo ponat, ut qui amori plus daret, quam ſyllabarum anxiæ dimenſioni. Laborioſi tamen in laude ſunt, ac fuerunt. Catull. hoc nomine laudatur. Martial. de eo, *Verona docti ſyllabas amat vatis.* Ita ὁ πανὺ Joſ. Scal. Horatium, ut ſyllabarum obſervantiſſimum, elaboratiſſimumque vocat, quanquam & ipſi, & Julio patri, & Grotio, aliiſque ſummis viris ſomnus obrepſerit in quantitate. V. Barthii adverſ. l. 16 c. 3. 11 Tute, Mæcenas, noſti, quam miſeri ſint qui amant, eoque æquo animo me feres, ſi jambos nondum abſolverim.

Accendit obſeſſam Ilion [12],
Gaude ſorte tua: me libertina, neque uno
Contenta Phryne macerat [13].

12 Dicere poterat Mæcenas, mea ſc. Terentia (quæ & Licinia) tam pulcra eſt, quam Helena, quæ excidii incendiique cauſa olim fuit: tu, quid libertinam ſic deperis? *Ignis* pro amica, notum. *Accede ad ignem hunc & caleſces plus ſatis.* Virg. *Meus ignis Amyntas.* 13 Terentia nobilis, mea Venus eſt libertina, & de qua poſſim dicere, *Ocyus illud Extorquebis ut hæc oculo contenta ſit uno.* Athen. l. 13 c. 6 meminit Phrynes alicujus, quæ rea multorum criminum, abſoluta eſt a judicibus ſingulari ejus pulcritudine corruptis.

OD. XV. AD NEÆRAM.

Hæc ode ſimplicitate & facili affectuum expreſſione commendari poteſt.

Nox erat, & cœlo fulgebat Luna ſereno [1]
Inter minora ſidera [2],
Cum tu magnorum numen læſura deorum [3]
In verba jurabas mea [4],
Arctius atque edera procera aſtringitur ilex
Lentis adhærens brachiis [5]:
Dum pecori lupus [6], *& nautis infeſtus Orion*

Turba-

1 Amantes circumſtantias minimas etiam cogitant. Noctem, lunam, ſidera teſtes perjurii adhibet. Juven. ſat. 8 v. 150 *Sed luna videt, ſed ſidera teſtes Intendunt oculos.* 2 L. 1 od. 12 *velut inter ignes Luna minores.* 3 Jam tum perjurium in 12 deos majores in animo habuiſſe, ait. 4 *Jurare in verba*, eſt id quod vocabant *conceptis verbis jurare* i. e. ad prædictam formulam. Qui prius loquebatur, is *præibat verbis*, qui poſterius, maledictionem appoſitam probabat, dicendo, *idem in me.* Religioſa ergo res erat tale jusjurandum, ut quo jus exigentis jusjurandum, ſeu verbis præeuntis, pro certo jam habebatur, ac inſuper jurejurando præſtito ſine ſummo ſcelere violari nequit. 5 Nonius Grammaticus, optime de Lat. l. promeritus, varias ſignificationes *lenti* adfert: Primaria, ut & Græcum γλισχρον refertur ad res viſcoſas, cujusmodi ſunt gluten, nervi, & ſimilia, quæ licet extendantur, ſibi invicem tamen adhærent, & ægre avelluntur. *Lenta brachia* ergo pro tenacibus dixit, ut Petron. *Me quoque ad idem ſpectaculum lentis brachiis traxit.* 6 Repetit ſummam jurisjurandi, *per terram, aërem, & cœlum*, quaſi omnis naturæ intereſſet.

Turbaret hybernum mare,
Intonsosque agitaret Apollinis aura capillos [7],
Fore hunc amorem mutuum.
O dolitura mea multum virtute Neæra [8].
Nam si quid in Flacco viri [9] *est,*
Non feret assiduas potiori te dare noctes [10],
Et quæret iratus parem [11].
Nec semel offensæ cedet constantia formæ [12],
Si certus intrarit dolor [13].
At tu quicunque es felicior [14], *atque meo nunc*
Superbus incedis [15] *malo,*
Sis pecore, & multa dives tellure licebit [16],
Tibique Pactolus fluat [17],
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati [18],

Forma-

7 Dum Apollo erit intonsus, i. e. quamdiu radii a sole non poterunt avelli, Macrob. 1 Saturn. c. 17. 8 Nam ut Thais apud Terent. ita amicæ multos in obsequio retinere cupiunt, nec unum ob alium amittere. Horatius constantius quam ibi Phædria non redibit ad eam. Hoc eam male habebit. 9 Ut suaves sunt, qui Horatium ludere in nomine suo velint, quasi opposuerit *flaccus* & *vir. virtus* a *vir* venit. Multi quidem *homines, sed pauci viri sunt.* Horodot. l. 7. 10 Plaut. in Truc. *Hercle me suspendio, quam tu ejus potior fias, satiust' mortuum.* 11 Qui amori respondeat meo. Epod. 11 *Desinet imparibus Certare summotus pudor.* 12 *Nec constantia mea cedet formæ offensæ*, i. e. quæ me offendit. Facilis enim apud vett. passivi & activi permutatio est. 13 *Si* pro *etiamsi* postea pœniteat te, Neæra. 14 Similis apostrophus ad rivalem est apud Tibull. l. 1 el. 6 *At tu qui potior nunc es, mea fata caveto, Versatur celeri fors levis orbe cito.* 15 *Incedere*, grave quid notat. Juno de se Æn. 1 *Ast ego quæ divum incedo regina, Jovisque Et soror & conjux.* Sallust. *Incedunt per ora vestra magnifici.* 16 *Licebit* pro *licet.* Enallage temporis tam crebra apud vett. ut pigeat nostri temporis homines, qui id nunc carpunt: quasi sic perspicua magis fiat compositio. At interim non advertunt, quam, si ad suam quisque linguam vernaculam omnia exigat, ad barbariem latis passibus redeatur. 17 Licet sis ditissimus. Pactolus Lydiæ fl. Chrysorroas, aurifluus dictus. Nunc *Sarbat.* Is Crœsum auro ditasse creditus. Istiusmodi etiam fluvii fuere Tagus in Hisp. Padus in Ital. Hebrus in Thracia, Ganges in India. 18 Amatorem tria commendant. Primum census, seu divitiæ. De his dixit. Subdit nunc sapientiam, qua Pythagoram in Italia prævaluisse jam notavi. Philostr. a deis sua eum accepisse dixit. Certe nomen ejus numinis, & do-

Formaque vincas Nereа [19],
Eheu translatos alio mœrebis amores [20],
Aſt ego viciſſim riſero.

mus, templi inſtar, habita ſunt. Cur *renatus*, od. 28 l. 1. 19 Tertium ad amorem conciliandum addit, formam. Hac Nereus, Græcorum poſt Achillem ſpectatiſſimus fuit. 20 Neæræ levitatem & perfidiam rivali, ſe certe pulcriori ac ditiori, perſuadere ſtudet ſui exemplo, ut qui nec curatiſſimo jure jurando retinere eam potuerit. In ſtrom Græc. a Scal. collectis bene monitum eſt, γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ἂν ἀποθάνῃ. Item, Ἐγὼ γυναικὸς ὄφιν εἰς ἴδωρ γράφω. V. l. 2 od. 8.

OD. XVI. AD ROMANOS.

Hæc ode belli civ. inter Ant. & Aug. tempore facta eſt. Faber eam juvenis opus, & tamen multum in ſe præclari habens, dicit. Scaliger hypercritixῶς hîc agit, & impudentiam vocat, perſuadere velle trecentis civium millibus, ut patriam relinquant. Sed Hor. iſtius diſſenſionis teſtis, iræ deorum aſcribit tantam belli calamitatem, qui pœnas poſcunt ob Remi cædem, nec finem miſeriarum expectandum urbi ſanguine exſtructæ. Phocæenſium ergo meminit, qui patrium vertentes ſolum novas terras quæſivere, & hac occaſione inſulas beatorum belle deſcribit.

Altera jam teritur bellis civilibus ætas [1],
Suis & ipſa Roma viribus ruit [2].
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi, [3]
Minacis aut Etruſca Porſenæ manus [4],

T Æmu-

1 Unum fere ſeculum effluxerat bellis civ. Syllæ & Sulpitii, Octavii & Cinnæ, Marii & Syllæ, Pompeii & Cæſaris, M. Antonii bello Mutinenſi, L. Antonii bello Peruſino, S. Pomp. bello Siculo, & Philippenſi Auguſti contra Brutum & Caſſium. Jam erumpente rurſus Auguſtum inter & Antonium ac Cleopatram bello civ. in has erumpit voces. 2 Mole ſua laborat, Liv. in præf. Propert. *Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis*. Barth. qui Horatium individuum per Europam comitem habuit, l. *ſuis ut* &c. Sed leve leve hoc eſt. 3 *Marſi* Italiæ pop. ſub Samnitibus, juxta lacum Fucinum, (nunc *Ducato di Marſi*) bellum ſociale primi movere duce Popedio, & omnes Italiæ nationes ad arma concitarunt *contra matrem ac parentem ſuam urbem* ait Flor. l. 3 c. 18. 4 Tacquin. Superbus expulſus regno R. ad Porſenam Thuſciæ regem fugit, qui reducere eum volens, urbem

Æmula nec virtus Capuæ [5], *nec Spartacus acer* [6],
Noviſque rebus infidelis Allobrox [7],
Nec fera cœrulea domuit Germania pube [8],
Parentibuſque abominatus Hannibal [9]:
Impia perdemus devoti ſanguinis ætas [10],
Feriſque rurſus occupabitur ſolum [11].
Barbarus, heu, cineres inſiſtet victor [12], *& urbem*
Eques ſonante verberabit ungula [13]:
Quæque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini,
(Nefas videre) diſſipabit inſolens [14].

Forte

arcte obſedit, ſed civium conſtantia ac virtute deſtitit, ac pacem cum eis fecit. Flor. l. 1 c. 10. 5 *Capua*, urbs Campaniæ prima, æmula Romæ diu fuit, uti & Carthago. Cic. *Superbiæ domicilium, alteram Romam* vocat. Annibale victore, Italiæ imperium ſibi pollicebantur, eoque ad eum primi defecere Flor. l. 2 c. 6. 6 De ſervili hoc bello, duce Spartaco, v. od 14 l. 3. 7 Per Allobroges Dacier intelligit Gallos, mobiles ſemper, & Romanis ſatis graves. Catilinæ quidem conjurationi illos faviſſe notum ex 3 in Catil. orat. ſed, ea detecta, iſto nomine in hiſtoria vix apparent. Nunc Sabaudi & Delphinates ibi degunt. 8 Germani *truces, cœrulis oculis, rutilis comis, magnis corporibus.* Tac. Sed Cimbros & Teutones hîc intelligit, qui per Italiæ clauſtra tripartito agmine, cum terras eorum oceanus inundaſſet, ferebantur, novas toto orbe ſedes quærentes. Flor. l. 3 c. 3. 9 Annibal novennis puer aram tenens juraverat patri, ſe cum Romanis nunquam pacem facturum. *Abominatus* paſſive. Ita & *deteſtatus* l. 1 od. 1. Hic terror Rom. fuit, & proverb. *Annibal ad portas.* 10 Nos morti devoti & ſacrati a deis, nos bello civili peribimus. Epod. 7 *acerba fata Romanos agunt Sceluſque fraternæ necis, Ut immeriti fluxit in terram Remi Sacer nepotibus cruor.* 11 Ante Romam conditam colles cum virgultis & ſilvis ſuis, feris habitabantur. Virg. 8 Æn. *Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæque tenebant.* Et paulo poſt, *Et Capitolia ducit Aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis.* De Troja od. 3 l. 3 *Dum Priami Paridiſque buſto Inſultet armentum & catulos feræ Celent inultæ.* 12 Barbari, forte qui ſub Antonio militabant, inſultabunt cineres urbis noſtræ. Promiſerat ille Cleopatræ imperii tranſlationem in Ægyptum, quam Romæ excidium ſine ulla dubitatione præceſſiſſet. Romani aliter æternitatem imperii ſibi polliciti ſunt. V. p. 70 n. 16. 13 Virg. *Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* 14 Eques eruet & diſſipabit oſſa Romuli, (quod nefas eſt, & maxime in regem ſi id fiat) quæ nec ventos nec ſoles jam patiuntur, ſeu bene recondita ſunt: Varro, ait, poſt roſtra, victor in octava urbis regione. Horat. ergo plus ſapit, quam ut credat cum vulgo, Romulum in cœlum raptum fuiſſe.

Forte quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus [15].
Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum
Velut profugit execrata civitas [16]:
Agros, atque lares proprios, habitandaque fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
Ire [17], *pedes quocunque ferunt, quocunque per undas*
Notus vocabit, aut protervus Africus [18].
Sic placet? an melius quis habet suadere [19]: *secunda*
Ratem occupare quid moramur alite [20]?
Sed juremus in hæc, simul imis saxa renarint
Vadis levata, ne redire sit nefas [21]:
Neu conversa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina laverit cacumina [22]:
In mare seu celsus procurrerit Apenninus [23],

15 *Forte communiter, aut melior pars quæritis, quid expediat carere malis laboribus*, seu *quid expediat ut careatis.* 16 Hortatur cives ut deserant urbem ad exemplum Phocæorum, qui obsidione ab Harpago Cyri præfecto pressi, relicta patria mari se commiserunt, & appulerunt eò, ubi nunc Massilia, præclara Galliæ urbs, & inde Comitatum Fuxiensem occupavere, unde multa ibi Græca, aut a Græcis derivata vocabula audias. V Justin. l. 43 c. 3. *Execrata civ.* Nam ἐποιήσαντο ἰχυρὰς κατᾶρας, ait Herodot. l. 1, *diris devoverunt*, ne quis suorum unquam in Phocæam rediret, Inde prov. *Phocensium execratio.* Ita Helvetiis, teste Floro, *incensis mœnibus suis, hoc sacramentum fuit ne redirent.* Simile consilium Hollandis nostris suggessisse patriæ nostræ Nestorem, Gulielmum primum, in summa rerum desperatione, refert Bor l. 8 in fine. 17 Sive terra, seu mari velimus abire. 18 Sive in Cyrnum insulam, sive Rhegium, seu in Galliæ oras, seu aliò quo Notus & Africus ducunt. 19 In epist. *Si quid novisti rectius istis Candidus imperti, si non his utere mecum.* 20 V. epod. 10 n. 1. 21 Juremus, tum demum redire ut liceat, cum saxa aquis injecta e fundo renatarint. Ita Phocæenses non ante redituros se in Phocæam juratunt quam massa ferrea seu saxea aquis supernataret. Inde prov. *Dum Phocensium massa ferrea in fundo erit.* Callim. Φωκείων μέχρις χαμάθεν μέγας ἐν ἁλὶ μύδρος. 22 Tum redire Romam ne pigeat, cum Padus fl. Galliam Cisalpinam in duas fere partes secans, Matinum Apuliæ montem supergredietur. Reditum per multa ἀδύνατα omnino vult intercludere. 23 Cum Apenninus Italiæ altissimus mons, eamque spinæ dorsi instar secans, in mare mergetur.

Novaque monſtra junxerit libidine
Mirus amor, juvet ut tigres ſubſidere cervis,
Adulteretur & columba milvio[24] :
Credula[25] *nec flavos timeant armenta leones,*
Ametque ſalſa levis hircus æquora[26].
Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulces[27],
Eamus omnis execrata civitas[28],
Aut pars indocili melior grege[29] : *mollis, & exſpes*
Inominata perprimat cubilia[30].
Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum,
Etruſca præter & volate littora[31].
Nos manet Oceanus circumvagus[32] : *arva, beata*
Petamus arva, divites & inſulas[33] :
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et inputata floret uſque vinea[34],
Germinat & nunquam fallentis[35] *termes olivæ,*
Suamque pulla ficus[36] *ornat arborem,*

Mella

24 Cum diſpares feræ, ut tigres cum cervis, columbæ cum milvis, copulabuntur. Virg. *Mopſo Niſa datur*; hoc vero cum miratur, ſubdit, *Jungentur jam gryphes equis, ævoque ſequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.* 25 *Credula*, ſc. facta. 26 Cum hircus levis, λαῖψ, fiet, & aquis innatare amabit. At piloſum eum eſſe, & ſaltus monteſque amare, notum. 27 *Omnis civ. execrata hæc* &c. i. e. *ad hæc.* Pro, cum juraverimus hæc, & alia, quæ gratam redeundi ſpem poſſint adimere. Reſpicit ad Phocenſium hiſtoriam, quorum plus media parte, violato jurejurando, in Phocæam redierunt. *Herodot.* 28 Si non omnis civitas, at eant ii, queis melior ſententia menti, quique ſupra vulgum ſapiunt. Scaliger legit, *Aut pars indocili melior grege mellis.* At quis hic de apibus cogitet vel per ſomnium? 30 Grex indocilis, ignavuſque maneat & indormiſcat in cubilibus male ominatis, ob Remi ſc. parricidium. 31 Per mare Thuſcum ad beatorum inſ. in oceano, tendebatur. 32 Circumfuſis orbi univerſo, vel inſulis fortunatis. 33 *Beatorum inſulas*, μακάρων νήσους, nunc *Canariæ inſulas*. Ibi Sertorius, teſte Plut. & Cæſar, ut Tzetzes in Heſiod. notat, manere voluiſſent, nî Cilices, & incolæ prohibuiſſent. 34 Ubi vinea, etſi non ſit putata, floret tamen & fructum fert, tempore ſc. ſuo. *Putare* eſt purgare, rarefacere, a *putum*, quod idem eſt ac *purum*. Feſtus. 35 L. 3 od. 1 *Fundus mendax.* 36 Ubi *pulla*, matura *ficus e ſua arbore* i. e. naturali, non inſititia, provenit. Virg. perinde dixit, *Miraturque ſuas frondes & non ſua poma.*

Mella cava manant ex ilice, montibus altis
Levis crepante lympha desilit pede 37.
Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amicus ubera 38,
Nec vespertinus circumgemit ursus ovile 39,
Nec intumescit alta viperis humus 40.
Pluraque felices 41 *mirabimur, ut neque largis*
Aquosus Eurus arva radat 42 *imbribus* 43,
Pinguia nec siccis urantur semina glebis,
Utrumque rege temperante cœlitum 44.
Non huc Argoo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem 44.
Non huc Sydonii torserunt cornua nautæ 45,
Laboriosa nec cohors Ulyssei 46.
Nulla nocent pecori contagia 47, *nullius astri*

T 3 *Gregem*

37 Cum leni murmure decurrit. *Pedes* dat aquæ, ut Virg. in culice, *Castaliæque sonans liquido pede labitur unda*, & Lucret. *Qua via secta semel liquido pede detulit undas.* Ita vulg. 70 interpr. l. Regum 3 c. 18 v. 41 Καὶ εἶπεν Ἠλίας τῷ Ἀχαὰβ, Ἀνάβηθι, καὶ φάγε, καὶ πίε, ὅτι φωνὴ τῶν ποδῶν τῆ ὑετῆ. Ad Nympham aliquam ejusque incessum ergo non alluditur. 38 Virg. ecl. 4 *Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ Ubera.* Nil opus legi *grex amictus*, ut *pellitas oves* dixit l. 2 od. 6. 39 De *lupis vespertinis* loquitur Habak. vates c. 1 v. 8. Ursorum autem vox habet gemebundi aliquid. Ovid. de *Callisto* in ursam, *Assiduoque suos gemitu testata dolores.* 40 Nec humus viperis in ea latentibus intumescit, ut sit alta, i. e. nullæ ibi viperæ sunt. 41 Faber maluisset, *præsentes*, cum eò venerimus. 42 Devastet. 43 Rore lenique vento terras ali ac recreari in beatorum ins. scribit *Plut. in Sertorio.* 44 Jove temperante pluvias & siccitatem. 44 Peregrini his insulis non insultant: Aurei velleris raptores huc non venere, nec Medea, Jasonem impudenter amans, mores hic corrupit. 45 Hic avaritia & fraudes, quibus Sidonii & Tyrii & Phænices noti erant, (v. p. 25 n. 9) non vigent. *Cornua* sunt antennarum extremitates. Virg. *Cornua velatarum obvertimus antennarum.* 46 Libidines, queis Ulyssis socii turpes & excordes (v. l. 1 ep. 2) obnoxii erant, huc non sunt invectæ. Vett. multi credidere Ulyssem totum decennium non consumsisse in mari interno, sed & externum mare seu oceanum navigasse, & condidisse in Lusitania Ulyssipona: itaque & has beatorum insulas forte viserit. 47 Ob caloris frigorisque temperiem.

Gregem æstuosa torret impotentia 48.
Jupiter illa piæ secrevit littora genti 49,
Ut inquinavit ære tempus aureum:
Aere, dehinc ferro duravit secula 50, *quorum*
Piis secunda, vate me 51, *datur fuga.*

48 *Violentia.* 49 Hinc arcet avaros, libidinosos, & rapaces, quales erant Sidonii, Ulyssis comites, & Argonautæ. 50 Postquam miscuit seculum aureum cum æreo, dein ferreo. V. p. 220 n. 25. 51 Migrationes enim gentium oraculorum responsis nitebantur. Hor. illam Romanis audet suadere, idque eo fundamento, quod Roma sit sacra & devota excidio ob Remi profusum sanguinem. Melius ille, qui ad casam eos redire, jubebat, ut gentibus ablata restituerent. Cæterum qui ridere vult & mala reip. nosse, Eutopiam Mori ut legat, cum Erasmo commendo.

OD. XVII.

Ad Canidiam Veneficam Palinodia.

Canidiam jambis læserat: hic dum velle videtur exorare, acrius eam vellicat. Junge epod. 5 & sat. 8.

Jam jam efficaci do manus scientiæ
Supplex 1, *& oro regna per Proserpinæ* 2,
Per & Dianæ non movenda numina 3,
Per atque libros carminum valentium
Refixa cœlo devocare sidera 4,
Canidia parce vocibus tandem sacris 5:
Citumque retro solve, solve turbinem 6.

Movit

1 Agnoscit quasi vim incantationis. *Dare manus* est victum se agnoscere. Victi enim tendebant manus victoribus, eorumque se arbitrio permittebant. Latini olim id vocabant *herbam dare*, *porrigere*. Festus. 2 Per deas inferas. 3 In art. poët. *iracunda Diana*. Hæc pestem & mortem & furorem immittit; unde *lunatici*, σεληνιαζει. 4 Per omnem disciplinam magicam libris contentam. Augustus plus duobus millibus fatidicorum librorum cremari jussit. Suet. c. 31. *Refigere* est solvere. Virg. 6 Æn. *Fixit leges pretio atque refixit.* Epod. 5. 5 Loquitur quasi Canidiam adhuc videret ac sentiret se incantantem. 6 Verte in contrariam partem rhombum magicum, ut mens mea fiat libera. Is turbo cum trochus æneus, ferreus, ligneusve erat, & a

Movit nepotem Telephus Nereium,
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat 7.
Unxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem,
Poſtquam relictis mœnibus rex procidit
Heu pervicacis ad pedes Achillei 8.
Setoſa duris exuere pellibus
Laborioſi remiges Ulyſſei,
Volente Circe, membra: tunc mens, & ſonus
Relapſus atque notus in vultus honor 9.
Dedi ſatis, ſuperque pœnarum tibi
Amata nautis multum, & inſtitoribus 10.
Fugit juventas, & verecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta lurida 11:
Tuis capillus albus eſt odoribus 12:
Nullum à labore me reclinat otium 13:

T 4 *Urget*

magis circumvolvebatur, quaſi perinde animi hominum ab ipſis flecterentur. Theocr. eid. 2 *Ut æneus iſte rhombus volvitur ex Venere, ita ille vir ad noſtras vertatur fores.* 7 Exemplo docet ſupplicibus ignoſci. Ita Telephus, Achillis avus, Græcos aditu ad Trojam prohibere volens, & ab Achille vulneratus, ab ejuſdem manu ut ſanaretur, impetravit: neque ex oraculo ſanari aliter poterat. Ovid. *Qui mihi vulnera fecit Solus Achilleo tollere more poteſt.* 8 Cum Priamus Troja egrediens procidit ad pedes pervicacis Achillis, exoravit eum, ut Hectora multis Græcorum cædibus nobilem, jamque feris addictum, perungendum ſepeliendumque daret. Quid. codd. l. *Luxere*, Utrumque ex Homero non improbandum. 9 Circe per veneficia Ulyſſis comites in porcos transformarat, at exorata Ulyſſis precibus illi ſetoſas pelles exuerunt, & humanam formam, ſermonem, uſumque rationis reſumſerunt. Rationem tamen integram manſiſſe, cum porci eſſent, Hom. ſcribit, αὐτὰρ νῶϊ γε νὴν ἔμπεδον, ὡς τὸ πάρος περ mens erat illis ſtabilis, *ut ante.* Ita Ovid. transformatis ſuis hominibus mentem diu reſiduam facit. 10 *Nautæ*, magiſtri navis, negotiatiores, *Factoors.* In portu autem lupanaria cum aliis ædificiis fuere. Scheff. de re Nav. l. 3 c. 4. 11 Rubor, ingenuus color, fugit. Cato, *placere ſibi juvenes, ajebat, qui moniti erubeſcerent, non qui palleſcerent.* Contrar. eſt *exſanguis color*, quem Catil. dat Saluſt. 12 Tuis pharmacis, unguentis, canus factus ſum. 13 Dormire nequeo.

Urget diem nox, & dies noctem [14], *neque eſt*
Levare tenta ſpiritu præcordia [15].
Ergo negatum vincor ut credam miſer [16]
Sabella pectus increpare carmina [17]:
Caputque Marſa diſſilire nænia [18].
Quid amplius vis [19]? *O mare, & terra* [20], *ardeo,*
Quantum neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore [21], *nec Sicana fervida*
Urens in Ætna flamma [22]: *tu, donec cinis*
Injurioſis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis [23].
Quæ finis? aut quod me manet ſtipendium [24]?
Eſſare: juſſas cum fide [25] *pœnas luam:*
Paratus expiare, ſeu poposceris
Centum juvencos [26]: *ſive mendaci lyra*
Voles ſonari, tu pudica, tu proba [27],
Perambulabis aſtra ſidus aureum [28].
Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice,
Fraterque magni Caſtoris, victi prece
Adempta vati reddidere lumina [29].

Et

14 Dies ſolatium non fert laboribus nocturnis, nec nox dolores diei lenit. Ita fere S. Jobus c. 17 v. 12 queritur. Sed a Jobo Horatium ſua hauſiſſe, ex eburnea porta ſomnium eſt. 15 Nec poſſum e pulmonibus ſpiritum emittere a Canidia incantatus. 16 Cogor credere quod negaram. 17 *Carmina Sabella*, ſeu incantationes Samnitum ſagarum, *increpare* ſeu pertundere, quatere, agitare *pectus*. 18 Caput rumpi nænia, ſeu incantatione Marſa. *Marſi* veneficiorum magiſtri. V. epod 5 & indic. in *Nænia*. 19 Poſt confeſſionem tam ingenuam, ſeu tot mala, quæ tuli. 20 Jurisjurandi formula. Terent. *O cœlum, o terra, o maria Neptuni*. 21 V. epod. 3 in fin. 22 *Nec quantum Sicana* ſeu Sicula *flamma furens* (al. l. *vigens*) *ardet in Ætna fervida*. *Ætna* Siciliæ mons, *mont Gibel*, incendiis ſuis plus nimis vel a triennio notus eſt. 23 Tu, ut Medea illa Colchidis venefica, non deſines me incendere, dum in cinerem redigar. Epod. 3 & 5. 24 Pœna. p. 196 n. 17. 25 Fideliter. 26 Hecatomben, ut Hecate ſeu Proſerpinæ promittit. Lib. 2 od. 14. 27 Sive voles ut lyra mea falſo te laudem, uti pudicam. 28 De ſe dixit, *Sublimi feriam ſidera vertice*. *Sidus aureum* ſc. facta. 29 Caſtor & Pollux Steſichoro poëtæ maledicis verſi-

Et tu (potes nam) ſolve me dementia 30,
O nec paternis obſoleta ſordibus 31,
Nec in ſepulchris pauperum prudens anus
Novendiales diſſipare pulveres 32.
Tibi hoſpitale pectus, & puræ manus 33:
Tuuſque venter partumejus, & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lavit,
Utcunque ſortis exilis puerpera 34.

bus cum Helenæ eorum ſorori gravem inuſſerat ignominiam, ſupplici tamen ignoverunt, & viſum reddiderunt palinodiam ſeu carmen in ejus laudem canenti. Scholiaſt. in Lycophr. verſum palinodiæ refert, Τρῶες τοὶ πότ' ἴσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες *Trojani a Græcia redibant, habentes ſecum Helenæ imaginem.* Plato initium ejus narrat in Phæd. Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος, ὃς ἔβας ἐν νηυσὶ εὐσέλμοις οὐδ' ἵκεο πέργαμα τρωϊκά *Hic ſermo falſus eſt, non conſcendiſti naves, nec Trojam unquam veniſti.* 30 Quam pharmaca tua effecere. 31 Non inquinata adulterio patris, vel vili origine. 32 Omnia contraria dicit. Tu, quæ pauperum cineres eruis ipſo quo terra conditi ſunt die. Divitum non poterat: nam cuſtodes eos ſervabant eorumque buſta περιπόλοις erant ſepta ad ſagas arcendas. Virg. 11 Æn. *Semiuſtaque ſervant Buſta.* In culice, *Quem circum lapidum levi de marmore formas Conſerit.* Suet. in Ner. c. 33 Serv. in 5 Æn. v. 64 *Apud majores cum quis extinctus fuiſſet, ad domum ſuam referebatur, ibique 7 erat diebus, octavo die incendebatur, nono ſepeliebatur.* Quæ Torrent. contra affert ex Virg. l. 11 v. 211 mortuos triduum aſſervatos, ſexto die uſtos, & nono ſepultos, huc non quadrant. Nonus dies exſpectari ibi nequiit, ob multitudinem cæſorum. 33 Græci, ad imitationem Hebræorum, *manus puras* dicunt, pro iis quæ ſanguinem non profuderunt. Canidia vero pueros necarat ad veneficia. V. od 5 & ſat. 8. 34 Venter tuus partus quaſi mejit, i. e. ſæpe es puerpera. Finxit & compoſuit hanc vocem Hor. ut ſolet, feliciter. *Submejus, qui in lectulo mingit.* Iſid. Crucquius. l. *pateomenos*, i. e. *conculcatus.* Sed riſum debuit Fabro. Nec melius alii qui *Pactumeius* pro filio Canidiæ legunt.

CANIDIÆ RESPONSIO.

Ludibrium in eo conſiſtit, quod Canidia ea quæ Hor. dixit, ut ex animo dicta accipiat. Ea vero infenſam ſe illi ait, quod artis ſuæ arcana divulgaverit.

Quid obſeratis auribus fundis preces?
Non ſaxa nudis ſurdiora navitis

Neptunus alto tundit hybernus ſalo [1]?
Inultus ut tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis [2]?
Et Exquilini pontifex venefici
Impune ut urbem nomine impleris meo [3]?
Quid proderit ditaſſe Pelignas anus [4]?
Velociuſve miſcuiſſe toxicum [5]?
Si tardiora fata te votis manent [6]?
Ingrata miſero vita ducenda eſt [7], *in hoc*,
Novis ut uſque ſuppetas [8] *doloribus.*
Optat quietem Pelopis infidus pater
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis [9]:
Optat Prometheus obligatus aliti [10]:
Optat ſupremo collocare Siſyphus
In monte ſaxum [11]: *ſed vetant leges Jovis* [12].
Voles modo altis deſilire turribus [13]:
Modo enſe pectus Norico recludere [14].

Fru-

1 Non ſaxa hyeme a mari tunſa ſurdiora ſunt ad preces nudorum naufragorum, quam ego tibi. 2 *Cotytto*, *Cotys*, ſpurcitiæ & luxus dea, Græcis ac Thracibus in Bacchi ſacris colebatur. Et ut ſagarum cœtus Bacchantibus non cedebant, cerimonias earum Cotyttia ſacra vocat. *Sacrum liberi cupidinis*, pro effræni amore, ubi ſexus inter ſe uſus erat promiſcuus. Politian. miſc. c. 10. Al. codd. l. *Cocytia* i. e. infernalia. 3 Tanquam pontifex (ad quem cura ſacrorum & religionis pertinebat) Eſquilini venefici me fabulam vulgi feciſti. In Eſquilino colle damnatorum cadavera erant; quo ſagæ & venefici conveniebant. 4 Quid proderit tibi, Horati, conſuluiſſe contra mea incantamenta anus ſeu ſagas Pelignas. *Peligni* pop. Marſis & Samnitibus vicini, veneficiis famoſi. 5 Quod mox efficax eſt. Suet. in Ner. c. 33 *Coëgitque ſe coram in cubiculo quam poſſet velocisſimum ac præſentaneum coquere.* 6 Si diutius, quam velis, vivas. 7 Vita erit tibi ſupplicium, mors ſolatium. Ita Tiber. mortem poſtulanti, *Nondum tecum in gratiam redii.* 8 Sufficias. 9 Exemplis egerat Hor. precibus ſc. veniam multis datam eſſe. Canidia alia opponit exempla, eorum ſc. qui precibus liberati non ſunt: ut Tantali, Pelopis patris de quo p. 118 n. 32. 10 P. 12 n. 26. 11 P. 120 n. 18. 12 Fata vetant, quæ ſc. Jupiter de iis fatus eſt, quæque ipſe non poteſt mutare. 13 Modo voles præcipitem te dare, ut ſervi deſperabundi ſolebant. Sed arte mea præpeditus tenebere. 14 P. 18 n. 12.

Fruſtraque vincla gutturi innectes tuo,
Faſtidioſa triſtis ægrimonia [15].
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques [16],
Meæque terra cedet inſolentiæ [17].
An quæ movere cereas imagines [18],
Ut ipſe noſti curioſus [19], *& polo*
Deripere Lunam vocibus poſſum meis [20]:
Poſſum crematos excitare mortuos [21],
Deſiderique temperare poculum [22],
Plorem artis in te nil habentis exitum [23]?

15 Omnium tædio affectus. 16 Inſultabo tibi victrix, victumque proteram. Ita Hebræi, *Inequitare capiti alicui.* Græci καθιππάζεσθαί τινος. Cæterum locutio hæc ſagæ bene convenit. 17 Omnes potentiam meam inſolentem reverebuntur. Poëtæ deorum inceſſu terram moveri fabulantur. 18 Epod. 5 & ſat. 8. 19 Cum adfuiſti teſtis artis meæ. *Curioſus*, magiæ deditus. Ita Lucas Act. c. 19 v. 18 *curioſas artes*, τὰ περίεργα, pro magicis poſuit. Vett. Chriſtianos plus nimis iis adhuc addictos fuiſſe, probat Iſ. Voſſ. in Catull. p. 28. 20 Epod. 5. 21 Cadavera etiam in cineres redacta. 22 Philtrum, intenſioris amoris poculum. μίσητρα odii pocula erant. 23 *An plorem artis* ſc. cauſa, *nil* ſeu *non habentis in te exitum*? Virg. *Juſtitiæne prius mirer! belline laborum*? 2 Æn. v. 126 & 280 *Lætorve malorum.*

CARMEN SECULARE,

Pro imperio Romano.

Hor. Auguſti juſſu ſcripſit perfectiſſimum hoc carmen ſeculare, a. v. c. 736 cui præceſſerant præparatoria duo l. 1 od. 21 & l. 4 od. 6. *Seculare* dictum, quod ludis ſecularibus in Capitolio a choro puerorum puellarumque caneretur. Origo refertur ad a. v. c. 298. Sed ut in eo diſputant, ita & in tempore quo recurrerent. Hor. ait anno centeſimo & decimo, Livius centeſimo redire. Auguſtus eos arbitratu ſuo, non vero juſto tempore edidit, ut Scalig. ait: perinde fere ut Romani pontifices Jubilæa celebrari nunc jubent. Claudius ſexageſimo quarto poſt anno eoſdem ludos iteravit, non ſine riſu excepta præconis ad populum voce, *Quos neque ſpectaſſet quiſquam, nec ſpectaturus eſſet*: nam ſupererant adhuc priorum ludorum ſpectatores & hiſtriones. Zozimus illi neglectui ſub Cæſaribus, & abolitioni ſub Conſtantino, cauſam, ſi dis placet, cadentis imperii aſcribit.

Phœbe,

Phœbe, ſylvarumque potens Diana [1],
Lucidum cœli decus [2], *o colendi*
Semper & culti [3], *date quæ precamur*
Tempore ſacro [4]:
Quo Sibyllini monuere verſus [5],
Virgines lectas, puerоſque caſtos [6]
Diis, quibus ſeptem placuere colles,
Dicere carmen [7].
Alme Sol [8], *curru nitido diem qui*
Promis, & celas [9]: *aliuſque & idem*
Naſceris [10], *poſſis nihil urbe Roma*
Viſere majus [11].
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia tuere matres [12].
Sive tu Lucina probas vocari [13],

Seu

1 Dii malorum averrunci, ἀλεξίκακοι, maxime his ludis colebantur. 2 De Phœbo & Diana, ſeu ſole & luna dicit. Virg. *clariſſima mundi Lumina.* 3 Romæ en. conditores erant. 4 His feſtis ſecularibus, quibus ſacra & vota fiebant in omnibus templis, & populus religioni vacabat, tres dies noctesque dabant. 5 Ritus ſecularium ſacrorum Sibyllinis carminibus præſcriptos, ait: quin Zoſimus verſus ipſos, ſi diis placet, reddidit, ſed Latinos, & ex eo Politian. Sed ex Sibyllinis libris, quæcunque lubitum eſſet, hauſta fuiſſe, probavi ad Cic. orat. 3 in Catil. c. 4 n. 8. 6 *Lecti* ſeu eximii, nobileſque pueri & puellæ, patrimi & matrimi, i. e. nec patre nec matre orbi, quibuſque adeo Apollo & Diana non fuerant irati, carmen hoc canebant. 7 Omnibus diis, qui Romæ tutelares habebantur, hymnos & pæanas dicebant. 8 Phœbum modo dixit. De iis deabuſque ad ſolem & lunam relatis v. Macrob. ſat. l. 1 c. 21. V. indic. *Almus.* 9 Solem curru vehi, poëtæ fingunt. 10 Idem ſol hodie qui heri: hodiernus tamen dies alius eſt quam heſternus. 11 *Cui nihil par eſt, aut nihil ſecundum.* 12 *Ilithyia*, eadem ac Diana, Lucina, Genitalis, puerperii præſes fuit. Hæc matres aperiebat, unde Diana vocatur προθύραια, *Janitrix, Juno opigena.* P. 193 n. 2. 13 Mos invocandi deos nomine ipſis gratiſſimo. In eo ne errarent, *ſive hoc aliove vocaris nomine*, addebant. Catull. ad Dianam, *ſis quocunque ſancta nomine.* Ita chorus apud Æſchyl. in Agam. ad Jovem Ζεὺς ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰ τοῦτ' αὐτῷ φίλον κεκλημένῳ τᾶτο νιν προσεννέπω *Jupiter, quicunque eſt, quemque invoco eo nomine, ſi id gratum ei eſt.*

Seu Genitalis [14].

Diva producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper jugandis
Feminis, proliſque novæ feraci
Lege marita [15]:

Certus undenos decies per annos
Orbis [16], *ut cantus referatque ludos,*
Ter die claro, totieſque grata
Nocte frequentes.

Voſque veraces cecinisſe Parcæ,
Quod ſemel dictum eſt, ſtabiliſque rerum
Terminus ſervat, bona jam peractis
Jungite fata [17].

Fertilis frugum [18], *pecoriſque tellus*
Spicea donet Cererem corona [19]:

Nutri-

Socrates in Cratilo Plat. meminit legis, quæ deos nomine ipſis gratiſſimo juberet invocari. Ira locus e Philebo Plat. lucem habet, ubi Socrates Protarcho dicit, *timor meus erga deorum nomina omnem alium timorem vincit, quare Venerem tali compello nomine, quod ipſa amat.* 14 Γενεθλία, γενεθλίας. *Genitalis*, idem quod *Genialis*. Sol & luna *Geniales dei* erant. *Lectus Genialis* eſt *nuptialis*. *Apollo* γενέθλιος apud Pind. *Genitivus* apud Catonem, & in Delo cultus nomine *Apollinis Genitoris*. 15 Rep. bellis civil. exhauſta ſupplendæ ſoboli Auguſtus maxime intentus fuit. Hinc lex de maritandis ordinibus, hinc pœnæ in cœlibes, hinc πολυπαιδίας præmia nota ſunt. V. Lipſ. ad l. 3 Annal. Tac. 16 Anno centeſimo decimo exacto iidem recurrant ludi. Ita quater vel quinquies ludi ſecul. celebrati fuerant. Initium ſeculi incidebat in initium luſtri viceſimi tertii, cum annus inciperet cum ſole, & primus luſtri dies idem erat, qui fuerat, quando luſtra inſtituta erant. Hæc vera ratio ſeculi. 17 *Vos, Parcæ, quæ ſemel dicta ſeu ſtatuta vere prænunciaſtis, eaque quæ fixus rerum ordo ſervat, addite jam tranſactis fata proſpera.* Rom. en. imperium æternum fore credebant. Virg. *Imperium ſine fine dedi.* 18 Sc. proventu. 19 Cereri corona e ſpicis offerri quin & ad fores templi ſuſpendi, ſæpiſſime tamen capiti deæ imponi, ſolebat. Ovid. *Primitias frugum dant ſpiceæ ſerta ſuarum.* Tibul. l. 1. el. 1. *Flava Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona Spicea, quæ templi pendeat ante fores*, & l. 2 el. 1 *Et ſpicis tempora cinge Ceres.* Ita & hîc. Inde in epigr. Græco Ceres στεφανηφόρος coronata ſpicis.

Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Jovis auræ [20].
Condito mitis placiduſque telo
Supplices audi pueros, Apollo [21]:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas [22].
Roma ſi veſtrum eſt opus [23], *Iliæque*
Littus Etruſcum tenuere turmæ [24],
Juſſa pars mutare lares, & urbem [25]
Soſpite curſu [26]:
Cui per ardentem ſine fraude [27] *Trojam*
Caſtus [28] *Æneas patriæ ſuperſtes*
Liberum munivit iter, daturus
Plura relictis [29].
Dî probos mores docili juventæ,
Dî ſenectuti placidæ quietem,

Ro-

20 Mortes & morbi recentibus aquis & aëre puro arcentur. 21 Apollo metuendus ſagitta, ut p. 29 n. 24 dictum. Interim uti ſol eſt, ita & medicinam facit. Inde Callim. e crinibus ejus (i. e. radiis ſolis) panaceam manare, ait, & in Sophoc. Ædip. chorus rogat Apollinem, & Dianam ut omnia expediat tela ad contagium Thebis arcendum; *Rex Lyciæ, arcu tuo aureo ſagittas tuas ſalutares vibra utque Diana tranſverberet quaque coruſcis ſuis radiis, quibus Lyciæ montes penetrat.* 22 *Luna, Diana, aſtrorum regina*, & orientis populis *regina cœli* dicta eſt. *Bicornem* jam invocat: novilunii enim tempore ludi ſeculares agebantur, & carmen hoc ſeculare canendum erat ad *bicornem lunam.* 23 Roma Apollinis opus erat: nam Trojani, quorum conditor Apollo, Romam fundarunt. 24 Pauci Trojani Ænea duce littus Italiæ, Tiberiſque occuparunt: eoque mox, *partem* Lares mutaſſe, ſubdit. Multis enim turmis ſi in Italiam veniſſent, Apollinis miraculum imminui videretur. Alii tamen Trojani jam ante venerant in Italiam Antenore duce, Virg. Æn. 1. 25 Trojam. 26 Navigatione in Italiam. *Prolatis* eos *navigaſſe pedibus*, i. e. nunc ſiniſtros nunc dextros ſolviſſe ſinus, quod hod. vocant, *loeveren, laveren*, patet ex deſcript. curſus ejus. 27 Dares Æneam Trojæ proditorem facit. Horatium tamen id non ſentire, certum. *Fraus* ergo pro damno, & periculo, ut p. 135 n. 20. 28 Virg. *pium* dicit. 29 Ita Apollo majora omnia in Italia promiſerat. Virg. 3 Æn. v. 160 *venturos tollemus in aſtra nepotes Imperiumque urbi dabimus: tu mœnia magnis Magna para,*

Romulæ genti date, remque prolemque,
Et decus omne 30.
Quique nos bobus veneratur albis
Clarus Anchiſæ, Veneriſque ſanguis 31,
Imperet bellante prior 32, *jacentem*
Lenis in hoſtem 33.
Jam mari, terraque manus potentes
Medus 34, *Albanaſque timet ſecures* 35,
Jam Scythæ reſponſa petunt ſuperbi
Nuper, & Indi 36.
Jam fides, & pax, & honor, pudorque
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet 37 *apparetque beata pleno*
Copia cornu 38.
Augur 39 *& fulgente decorus arcu*
Phœbus 40, *acceptuſque novem Camœnis* 41,
Qui ſalutari levat arte feſſos
Corporis artus 42,

Si

30 Romani *ſemper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atque avidi laudis fuere.* Cic. pro l. Manil. c. 3. 31 Videtur hoc votum peculiare eſſe pro Auguſto, qui ab Anchiſe & Venere deſcendit per Iulum eorum nepotem. Aug. forte & præſens fuit in hoc hymno, & tauros albos Phœbo ac Dianæ, uti lucidis numinibus, immolavit: & hoc, ſi diis placet, ex Sibyllinorum librorum juſſu. 32 Bella gerens Auguſtus ſit victor ac triumphator. 33 Hoc præceptum fuerat. Virg. 6 Æn. v. 851 *Tu regere imperio populos, Romane, memento, Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem, Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.* 34 Medum ſæpe pro Parthis dixit. Hi Auguſto ſigna Craſſo ablata remiſerant. 35 *Albanas ſecures*, pro Rom. imperio. Romani enim Albæ prius regnarunt & Albæ ruinis crevere. Inſignia vero imperii ab Etruria petita ſunt regnante Tarquinio Priſco. 36 Auguſti per legatos expetentes amicitiam, pacem, & leges poſtquam Romanas provincias depopulati fuerant. V. Flor. in fine. Aug. Suet. c. 21. 37 Sunt enim ſæpe *tempora virtuti inimica*, ut Cic. ait, cum probi maxime ſuſpecti ſunt, & adultis vitiis reniti periculoſum. 38 V. p. 41 n. 14. 39 Quatuor Phœbi munia chorus puerorum jam canit. Augurium ſeu vaticinium. Ab eo enim oracula. 40 Sagittas vibrat. *Fulgere*, ait Marſil. *pro ferire priſci dicebant.* Hom. tamen eundem ἀργυρότοξον vocat. 41 Muſicæ inventor eſt. 42 Ov. met. 1 fab. 9 Phœbus de ſe,

Si Palatinas videt æquus arces 43,
Remque Romanam, Latiumque felix
Alterum in luſtrum 44, *meliuſque ſemper*
Proroget ævum 45.
Quæque Aventinum tenet, Algidumque 46
Quindecim Diana preces virorum
Curet 47, *& votis puerorum* 48 *amicas.*
Applicet aures.
Hæc Jovem ſentire, deoſque cunctos,
Spem bonam, certamque domum reporto,
Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes 49.

Inventum medicinæ meum eſt, opiſexque per orbem Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis. 43 In palatio ſuo ædem Apollini ſacraverat Aug. Ibi tertio ludorum ſecularium die carmen ſeculare canebatur. 44 In luſtrum maxime ſolenne, ſeu *ingens luſtrum*, ut Mart. vocat, ſc. viceſimum tertium, adeoque novum ſeculum. V. n. 16. 45 Formula precandi erat, *Ut dii populi Rom. res majores ampliores que facerent.* 46 Chorus puellarum canit. In Aventino & Algido collibus fana erant Dianæ. 47 Quindecim viri erant ſacerdotes, qui libros Sibyllinos difficillimo reip. tempore conſulebant, credentes iis fata reip. contineri. V. n. 5, &, quod ad rem maxime, ludorum ſecularium curam habebant. 48 Sub pueris puellæ quoque continentur. 49 Conſtr. eſt, *Ego chorus doctus dicere & Phœbi & Dianæ laudes, reporto ſpem bonam & certam domum Jovem & cunctos deos hæc ſentire*, ſeu his annuere, quæ pro incolumitate imperii hoc ſecularium ludorum triduo ſumus apprecati. Uterque enim chorus hunc cantum ſimul, ut ſolet, abſolvit.

Q. HOR. FLACCI
SERMONUM
LIBER PRIMUS.
SATYRA PRIMA.
AD MÆCENATEM.

Sunt qui a lectione Satyrarum alieniores paulo sint, quod numerus hic sit neglectus ac humilis, secus quam in carminum libris, nihilque admodum in iis aut Virgilii majestati, aut ingeniosæ Nasonis facilitati consimile conspiciatur. De obscuritate a quibusdam hic reprehensa, si dicam, Socratis amœnam & suavissimam in agendo rationem eum secutum, ut non moroso disputandi genere, neque arguendo, sed interrogando, assentiri sibi leniter coëgerit, nihil egero. Nam plana omnia & aperta volunt, aut potius ad hodiernum scribendi ac loquendi usum accommodata: cætera securi, an hac ratione dicam an insania de manibus abjiciantur illi veterum libri, e quorum jugi lectione non solum ad genium linguarum cognoscendum, sed & ad solidam eruditionem feliciſſime contendi nuper adhuc solebat, & nunc fere desiit, partim ignavia, partim perversis quorundam sermonibus præpeditis adolescentum judiciis. Porro quæ alii in hac operis parte desiderarunt, aut obsoleta jam sunt, aut raro a lectoribus observata, aut certe a pleriſque in vitio non deputata. Qualia sunt, quod nulli eum sectæ addictum, ac sine lare ac familia philosophum dixerint: quod Stoicos, ut severitatis rigidos ridiculosque magistros, perstrinxerit; quod vulgaria tantum morum præcepta sæpe tradiderit: quod varia eodem carmine argumenta sit complexus: ac denique quod in Plautum, Chærilum & Laberium inclementius dixisse videatur. Numerum vero quod attinet, qui multos offendere hic solet, studio ac voluntate talem esse viderint, qui hexametros prioris operis versus considerarint. Ibi autem ingenium illud, quod in poëta ipse requirit, ibi mens illa sublimior, ibi os non nisi magna sonaturum satis perlucent. Nec tamen morositate quadam aut petulantia aliter hic voluit, sed ratione satis gravi justaque ad id adductus. In satyris non rem solum & dictionem, sed & neglectos veterum comicorum numeros, ut dicacitati consuleret suæ, imitari eum decuit, & de re ridicula ridiculos pene versus scribere: cum interim existimationi suæ satis putaret factum, si animum expiere, & vitia notare ac corrigere quodammodo posset. In numero vero minime defuerit necesse est, cum & numerosissimus poëta Ovidius *numerosum* eum dixerit. Qui satyras ergo legerit,

sermones se legere meminerit, in quibus urbanus & leniter dicax, Romanus tamen ac tersus poëta apparet: ubi Juvenalis cum stomacho suo & acerbitate quadam majori commendari soleat. At quod maximum Horatianis satyris momentum facit apud cordatos & incorruptos judices (qui pauci tamen hodie supersunt) nullibi forte veterum philosophorum scita purius ac defecatius descripta, nullibi gratius ea comedenda ac deridenda præbita esse inveneris.

Satyra autem est carmen varium ac copiosum, hominum vitia liberius perstringens, eoque a petulantia Satyrorum nomen ei factum videtur. Casaubonus vero, qui unus omnium de poësi Satyrica quam accuratissime duobus libellis scripsit, omnibus modis perrendit & cum eo Scaliger ad 5 Manil. *Satiram* sive *Satiram*, non vero *Satyram* scribendum esse. Hoc enim totum scriptionis genus mere Latinum esse, nec quicquam habere commercii cum poësi Satyrica Græcorum: atque adeo non a *Satyris*, sed a *Satura lance*, quæ, quod variis frugibus referta esset, ita dicebatur, nomen accepisse: quod & illud quoque variis rebus, uti lanx illa fructibus, refetum esset. At D. Heinsius communem hîc scribendi rationem solicitari non patitur, cum a Satyris, quorum erat ludere ac lascivire, commode deduci possit. Quid quod & *Saturas* seu *miscellas* lances a Satyris nomen accepisse probaverit.

Mæcenati ut oden primam, ita & primam satyram ac epistolam inscribit. Inde tamen ordinem compositionis frustra colligas. In prima hac satyra inconstantiam & avaritiam notat.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu Fors objecerit [1], illa
Contentus vivat: laudet diversa sequentes?
O fortunati mercatores, gravis annis
Miles ait, multo jam fractus membra labore.
Contra mercator, navim jactantibus Austris [3],
Militia est potior. Quid enim [4]: concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta [5].

Agri-

1 Sortem homini datam putat, vel certa quadam ratione, Dei scilicet, seu a Fortuna esse objectam. Loquitur ergo ut philosophus liber, qui nec Stoicorum, nec Epicureorum disciplinæ nomen suum dedit. 2 Unde fit ut quisque diversa aliorum studia laudet, μακαρίζει, seu, ut Terent. *Nostri nosmet pæniteat*? Od. 31. 1 huic non repugnat. Mox enim hic subdit, eos a vivendi conditione modo præ alius spreta ac fastidita discedere nolle, etiam si id ipsis liceat. 3 De Austro od. 3 l. 1 *Quo non arbiter Adriæ Major tollere seu ponere vult freta.* 4 *Quare non? Et est comicum.* Acro. 5 Quibus alius vitæ ratio magis placet, nil nisi ejus commoda intuentur. Ita hic mercator facit,

Agricolam laudat juris legumque [6] peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat [6].
Ille, datis vadibus [7], qui rure extractus in urbem est [8],
Solos felices viventes clamat in urbe [9]:
Cætera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem
Delassare valent Fabium [10]. *Ne te moror, audi*
Quo rem deducam [11]. Si quis Deus [12], en ego, dicat,
Jam faciam, quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator: tu consultus modo, rusticus. Hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite partibus [13]. Eia
Quid statis? nolint. Atqui licet esse beatis.
Quid causæ est, merito quin illis Jupiter ambas
Iratus buccas inflet [14]? neque se fore posthac

quasi in bello aut victoria aut mors tantum reportetur, & non mille mala ei insint morte etiam tristiora. 6 Jus seu æquum ante leges merito dicit. 6 Cum antiquissima Romana juris prudentia in exacta formularum observatione maxime occupata esset, adeo ut causa caderet, qui vel in syllaba aberraret, quid mirum si juris consulti a summo mane consultoribus responderent? Tunc ergo messis aurea juris consultis fuit: nunc multis satius foret dentiscalpia radere. 7 Loquitur de cautione *judicio sisti.* 8 Licuit enim creditori debitorem obtorto collo in jus rapere. 9 Cives beatos ait, ut qui nec e pascuis nec silvis quid solvunt. Hoc vero vocatur *Scriptura*, ut noto ad Cic. Pro L. Man. c. 9. De Fabio narrat Acro, quod Stoicus fuit, ac cum Horatio sæpe de disciplinis contendit. Stoicos certe sæpe noster exagitat: De Euripidis loquacitate proverb. est, Ευριπίδης πλείον ἢ στάδιον λαλίστερος, *Plus stadio loquacior Euripide.* 11 Inductione logica usus est, ut probet, neminem sorte sua contentum esse. 12 Memini Græci distichi, ubi quis deos rogat, ne sibi dent ea quæ rogat. 13 *Partes*, Comicum verbum. Maximus Tyrius hæc imitatus est. *Quid si Deus subito, ut actor in scena apparet, & cum vestibus juberet conditionem quoque mutare, desiderarent quidem præterita, præsentia vero dolerent.* 14 Cur non Jupiter contra eos debacchetur. In art. poët. *tumido delitigat ore.* Demosth. de Æschyne, *ambulat clamitans se affectum contumelia ..... buccas inflans*, τὰς γνάθους φυσῶν. Inde φυσίγναθοι, *qui inflatis sunt buccis.* Ita simpliciter hæc explicari solent. Quid si & alio modo sic explicem; *Quid causæ dicere possent, quo minus pro tam fatuis votis, quæ ipsimet nolint sibi præberi adeo, licet orantes, ipsis Jupiter faciem & buccas illas petulantes inflet, ut omnes deinceps eos fatuos & stolidos videant esse.* Ita *buccam inflare*, est buffonem facere, stolidum, cui os batutum alapis, & alioqui

Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem?
Præterea, ne ſic [15], *ut qui jocularia* [16], *ridens*
Percurram, quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat [17]? *ut pueris olim dant cruſtula blandi*
Doctores, elementa velint ut diſcere prima [18].
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo [19].
Ille, gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo [20], miles, nautæque [21], per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, ſenes ut in otia tuta recedant,
Ajunt, cum [22] ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
Parvula, nam exemplo eſt [23], magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque poteſt [24], atque addit acervo,
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ, ſimul inverſum contriſtat Aquarius annum,
Non

natura plerumque turgidum eſt: inde & *ſuffletus* dictus, quod buffæ ſeu buffetones, moriones, ſufflare jubeantur, priuſquam impingatur colaphus. 15 Inconſtantiam tetigit, eoque v. 108 redit: nunc avaritiam, ut ſtultorum votorum fontem, aperit. 16 Induxit enim Jovem quaſi in ſcenam prodeuntem. 17 De Horatio Perſius teſtatur, *Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit.* Et ipſe ſat. 10 ait, *Ridiculum acri Fortius & melius magnas plerumque ſecat res.* 18 *Cruſtula*, placentas, bellaria. Plato 7 de rep. blanditiis vult pueros duci, non vi. Nam *Natura duci poſtulat, ſed non trahi. Elementa prima*, ſunt literarum notæ: has legere & ſcribere docebant ſexto fere anno *literatores*, γραμματισταὶ. *Grammatici* vero erant, quos nunc *literatores* vocant. 19 *Amoto ludo*, i. e. fictione. 20 Caupo, κάπηλος, *perfidus* dicitur. Nam vinum adulterare, & falſis uti menſuris ſolent. Inde & S. Paulus καπηλεύειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ *cauponari verbum Dei*, i. e. *callide & avare, minuſque ſincere tractare.* 21 Sub nautis ſæpe mercatores etiam comprehendit. 22 Poſtquam ſatis ad vitam tutandam lucrati fuerint. 23 Ita loquuntur mercatores &c. utentes exemplo formicæ, quam parvulam dicit: nam centum unum hordei granum pendunt: ad has pigrum amandat quoque Salomon c. 6 v. 6 & Juven. ſat. 6 *frigusque famemque Formica tandem quidam expavere magiſtra.* 24 Ut formicæ æſtate cibum parent, & in meſſe eſcam colligant, & onera inter ſe dividant, & vacuæ via cedant onuſtis, & modica onera morſu gerant, majora poſtremis pedibus trahant averſæ & humeris obnixæ i. e. in dorſo jacentes, v. apud Bochart. 2 Hier.

Non uſquam prorepit, & illis utitur ante
Quæſitis ſapiens [25]. cum te [26] neque fervidus æſtus:
Demoveat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter:
Quid juvat immenſum te argenti pondus & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
Quod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem [27]?
At, ni id fit, quid habet pulcri conſtructus acervus [28]?
Millia frumenti tua triverit area centum [29],
Non tuus hinc [30] capiet venter plus, quam meus: ut ſi
Reticulum panis venales inter [31] onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam
Qui nil portarit [32]. Vel dic, quid referat intra
Naturæ fines viventi, jugera centum, an
Mille aret [33]? At ſuave eſt [34] ex magno tollere acervo.

25 Formica apud Arabes & Ægyptios cognitionis & ſolertiæ ſymbolum eſt. Quin Ælian. l. 11 c. 12 μαντικῆς τινὰ αἴσθησιν *aliquem divinationis ſenſum* aſcribit, quod inſtanti fame in congerendis ſeminibus magis aſſiduas ſe præbent. Et Plin. vires ſideris eas ſentire, & interluniis ceſſare ait. In annum certe ſibi providere ex d. c. 6 patet. Huc uſque avarus loquitur, ut probet in longinquum ſibi quoque proſpicere licere. 26 Horatius loquitur. 27 Ex avari perſona ait, *Si quid auro congeſto demas, ad aſſem redigetur.* 28 Reſpondet avaro, opes eſſe inopes, niſi utaris. V. od. 21. 2. 29 Licet *centum millia* ſcil. modiorum frumenti colligas 30 Al. l. *hoc.* 31 *Reticulo*, panario *inter venales* ſeu ſervos venalitios. 32 Servus, qui panarium portat, non plus inde accipit, quam qui nil portavit. Cuique enim ſervo ſuum erat demenſum, σιτόμετρον, ut vel in jure noſtro notum. Æſopus tamen panem, licet gravius onus, portare malebat, ut quod indies fieret levius. 33 *Intra fines naturæ*, ſeu quantum naturæ ratio ac modus poſcit. Ita Propert. l. 3 el. 8 ad Mæcenatem, *Intra fortunam qui cupis eſſe tuam.* Flor. de Horatio ſororem ob intempeſtivum luctum occidente, ait, *Facinus intra gloriam fuit*, i. e. minus quam ut gloriari in eo poſſet: Et de Cleopatra, *Pulcritudo intra pudicitiam Principis fuit*, i. e. vim ſuam in Auguſtum exſerere nequiit. *Jugerum* 240 pedum in longum, 140 in latum continet, quantum uno boum jugo arari uno die poteſt. P. 265 n. 11. 34 Avarus ab utili ad jucundum tranſit.

Dum [35] ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris [36] granaria noſtris?
Ut, tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho? & dicas, magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere [37]. Eo ſit,
Plenior ut ſi quos delectet copia juſto,
Cum ripa ſimul avulſos ferat Aufidus acer [38].
At qui tantulo eget, quanto eſt opus, is neque limo
Turbatam haurit aquam [39], neque vitam amittit in undis.
At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit: quia tanti, quantum habeas, ſis [40].
Quid facias illi? Jubeas miſerum eſſe libenter
Quatenus id facit. Ut quidam memoratur Athenis
Sordidus [41], ac dives, populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat: at mihi plaudo
Ipſe domi [42] ſimulac nummos contemplor in arca.
Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina .... [43] Quid rides? mutato nomine, de te
Fa-

35 Horatius refutat avarum. 36 *Cumera een Kooren-vat*, in qua tenuiores frumentum condebant. 37 Dacier meminit hic loci e Jeſaiæ c. 8 v. 4. Sed figuratum plane ſenſum qui ibi non videt, nil videt. 38 Qui non vult, quod ſatis eſt, e cyatho bibere, ſed ex pleno Aufido, aliove flumine, periculum eſt ne cum ripa avulſa auferatur. Locus communis, majus ſcil. a nimia copia periculum eſt, quam a mediocritate. p. 107 n. 3 & 213 n. 11. 39 Majores fluvii plus limi trahunt. (quod Callim. de Aſſyriæ flum. Euphrate dicit) quam parvi. Divitiæ ſcil. augent curas. 40 Multi hominem tantum valere putant, quantum poſſidet. 41 Sunt qui Timonem, notum illum miſanthropum, intelligunt. Quaſi e tot millibus non alius fuerit Athenis, in quem magis hæc quadrent. 42 Græci Romanique potentiores ſibi gratos multo plauſu, inviſos ſibilis proſequebantur, præſertim in theatra prodeuntes. V. od. 20 l. 1. 43 Videri poterat hiſtoriam de Tantalo exequi velle. Sed abrumpit ſermonem, & in avarum telum hoc vibrat. Tantalus enim (de quo in Indice) avari ſymbolum habet. Petron. *Nec bibit inter aquas; nec poma patentia carpit Tantalus in-*

Fabula[44] narratur. Congeſtis undique[45] ſaccis
Indormis[46] inhians[47], & tanquam parcere ſacris[48]
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis[49].
Neſcis quo valeat nummus, quem præbeat uſum?
Panis ematur, olus, vini ſextarius[50]: adde,
Queis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque dieſque
Formidare malos fures[51], incendia, ſervos,
Ne te compilent, fugientes[52]: hoc juvat? horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit[53] tentatum frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te affixit[54]: habes, qui
Aſſideat[55], fomenta paret, medicum roget, ut te
Suſcitet, ac reddat natis, cariſque propinquis.
Non uxor ſalvum te vult[56], non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.

felix, quem ſua fata premunt. Divitis hæc magni facies erit, omnia late Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem. 44 Apologis ſeu jucundis narrationibus uſi ſunt ſacri & prophani ſcriptores. Ita in libro Jud. c. 9 arbores regem expetunt, & 2 Sam. 12 Nathan de viro cui unicus eripiebatur agnus, & *S.* Paulus de pugna membrorum olim in corpore humano 1 Cor. 12 memorant, uti Menenius Agrippa apud Liv. cum populus a patribus ſeceſſit. 45 Corraſis per fas & nefas. 46 Lucil. de avaro, *Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus, Bulgam & quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe; Cum bulga cænat, dormit, lavit, omnis in una Spes hominis bulga, hac devincta eſt cetera vita.* 47 Ore aperto, ut cupidi & admirabundi ſolent. 48 In jure *Sacrum* eſt, quod rite per pontificem eſt conſecratum. 49 *Tabulæ pictæ* oculis non uſui deſerviunt. 50 Sexta congii pars, continens ſeſquilibram. Hæc Auguſti, cum liberius paulo biberet, menſura erat. 51 Effractores *malos fures* vocat. 52 Conjuncta eſſe ſolent fuga ac furtum. In Cod. Juſtin. titulum de ſerv. fugit. ſequitur ille de furtis. Martial. *A pedibus didicere manus peccare protervæ: Non miror furem qui fugitivus erat.* 53 Avarus loquitur per 4 ſeq. verſus. *Condoluit* pro *doluit.* 54 Al. l. *afflixit.* 55 Sen. epiſt. 9 ait ſapientem non facere ſibi amicos, *ut habeat qui ſibi ægro aſſideat, ſed ut ipſe ægro aſſideat.* 56 Refutatur avarus: qui pecuniam unice caram habet, neceſſe eſt ut omnibus ſit exoſus. Θάνοιμι ἄν, ἵν' μὴ πάντες εὔχονται θανεῖν *Mors mihi, ſi cunctis ſim gravis, una veni.*

Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem?
At ſi cognatos, nullo, natura, labore
Quos tibi dat, retinere velis [57], ſervareque amicos
Infelix operam perdas: ut ſi quis aſellum
In campum doceat parentem currere frenis [58].
Denique ſit finis quærendi: cumque habeas plus,
Pauperiem metuas minus: & finire laborem
Incipias, parto quod avebas: nec facias, quod
Uvidius [59] quidam, non longa eſt fabula [60], dives,
Ut metiretur nummos [61]: ita ſordidus, ut ſe
Non unquam ſervo melius veſtiret: aduſque
Supremum tempus, ne ſe penuria victus
Opprimeret, metuebat: at hunc liberta ſecuri
Diviſit medium, fortiſſima Tyndaridarum [62].
Quid mi igitur ſuades, ut vivam Mænius? aut ſic,
Ut Nomentanus [63]? pergis pugnantia ſecum
Frontibus adverſis componere [64]: non ego avarum
Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem [65].

Eſt

57 Conſtr. *At ſi cognatos, quos natura tibi dat retinere velis nullo labore.* 58 Qui ſine officiis ac benignitate, amicos, quos & natura junxit ſervare ſibi putat, & ad officia promtos paratoſque habere, is perinde facit ac ſi aſellum in campo Martio currentem frænis velit regere. Luciani aſinus dicit quidem, *Frænos argento & auro diſtinctos ore recipiebam*, ſed ad pompam id pertinebat, cum patuit aſinum uſum rationis habere. Al. *Uvidius* per antiphraſin: nam nil eo ſiccius. *Mænius*. 60 *Fabula*, narrationem quoque veram notat. 61 Ita Trimalcionis uxor apud Petron. *Fortunata quæ nummos modio metitur.* 62 *Tyndaridas* vocat mariticidas, quod Tyndari filiæ, Helena Deiphobum, Clytemneſtra Agamemnonem occiderint. 63 *Mænius, L. Caſſius*, ab oppido Nomento, *Nomentanus* dictus, noti fuere prodigi ac decoctores. Ille abliguritis omnibus bonis, domum vendere coactus fuit, una columna excepta, unde ludos ſpectare poſſet. Lucil. in Sat. *Mænius columnam cum exciperet.* Hic H. S. ſeptuagies i. e. ultra centum aureorum millia gula abſumſiſſe dicitur. Hujus coquus a Salluſtio *centum millibus nummum* i. e. ultra mille ducenos aureos conductus eſt. 64 Alibi, *Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt.* Item, *In vitium ducit culpæ fuga ſi caret arte.* 65 *Vappa* prop. vinum corruptum, aceſcens. Nomen

Est inter Tanaim quiddam, socerumque Viselli [66].
Est modus in rebus. sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum [67].
Illuc, unde abii, redeo. Nemon' ut avarus
Se probet, ac potius laudet diversa sequentes [68]?
Quodque aliena capella gerat distentius uber,
Tabescat, neque se majori pauperiorum
Turbæ comparet [69]: hunc, atque hunc superare laboret?
Sic festinanti semper locupletior obstat:
Ut, cum carceribus missos rapit ungula currus,
Instat equis auriga suos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem [70].
Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, uti conviva satur, reperire queamus [71].

probrosum etiam homini cum degeneraverit animus. Plin *Nebulo*, levis ut nebula, qui nullo certo consilio ducitur. Aliter Non. Marc. *Nebulones & tenebriones dicuntur, qui mendaciis & astutiis suis nebulam quandam & astutias objiciunt.* An non, quod nebulæ fures & fraudulentos faciant? Unde Hom. *Nebulas ipsa quoque nocte furibus gratiores esse dicit.* Noctu quippe vigiles metuunt, quos non timent cum sunt nebulæ. 66 Ac si diceret, multum interest inter eunuchum & hernioſum, i e. spadonem & ramicosum. Tanais, libertus Mæcenatis: Socer Vitellii hernioſus erat. *Acro* 67 Philosophi ajunt omnem virtutem in mediocritate consistere. Infra, *Virtus est medium vitiorum & utrimque reductum.* 68 Nemone erit contentus sua conditione, & alienam laudabit, ut avarus nunquam satis dives, alios se beatiores putat. Redit ergo in viam. De inconstantia cœperat dicere. Hanc ab avaritia venire docuit. 69 Contentus foret avarus si consideraret, quod Sen. epist. 15 præcipit, *Subinde itaque, Lucili, quam multa sis consecutus, recordare: quum aspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur.* 79 Avarus facit, ut currentes in stadiis, qui non respicit posteriores, sed præcedentes assequi conatur. 71 Imitatur Lucret. l 3 *Quid tibi tantopere est, mortalis, quid nimis ægris Luctibus indulges? Quid mortem congemis & fles? Cur non ut plenus vitæ conviva recedis..... Sed quia semper aves quod abest, præsentia temnis: Imperfecta tibi elapsa est ingrataque vita: Et nec opinati mors ad caput astitit, ante Quam satur aut plenus possis discedere rerum,* Stob. de Arist. Ἐκ τῦ βίυ κράτιςον ἐςιν ἐξελθεῖν ἢ ὡς ἐν συμποσίῳ μήτε διψᾶντα μήτε μεθύοντα *E vita exire decet ne*

Jam ſatis eſt: ne me Criſpini ſcrinia lippi
Compilaſſe putes [72], *verbum non amplius addam.*

e convivio neque ſitientes neque ebrios. 72 Deſinit poëta de virtutibus plura dicere, ne ex aretalogi illius Criſpini tum temporis hominis notiſſimi ob lippitudinem & loquacitatem maloſque verſus quibus Stoicam philoſophiam complexus erat, ne, inquam ex ejus ſcriniis ſeu arculis deſumta putet Mæcenas.

SATYRA II.

Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt. Itaque modum iterum, ſed enormem ſatis, docet, & in adulteria odium teſtatur ſuum, quæ Romæ ludus jocuſque tantum erant. Hæc autem ſatyra poſt nonam & decimam ſcripta eſt: Tigellius enim qui hic mortuus ponitur, in nona laudatur ab cantum, & in decima jubetur inter cathedras diſcipulorum plorare.

Ambubaiarum collegia [1], *pharmacopolæ* [2],
Mendici [3], *mimæ* [4], *balathrones* [5], *hoc genus omne*
Mœſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli [6].
Quippe benignus erat [7]. *Contra hic* [8], *ne prodigus eſſe*
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo, duramque famem depellere poſſit.
Hunc ſi percunctēris, avi cur, atque parentis

Præ-

1 *Ambubajæ*, teſte Bocharto, a Syriaco *anbub*, pro calamo, ſunt Syræ ἀυλητρίδες ſeu cantatrices. Has inter Nero cœnare audebat. *Collegia* dicit, ſeu totam ſymphoniam. 2 Unguentarii, & qui bona malave pharmaca (nam eſt vox mediæ ſignificationis) vendunt. Nec odores ſolum vendebant, ſed & ad ſpem fœtus extinguendam, partuſque abigendos potiones dabant. Solon civibus Atticis hanc artem interdixit. & Sen. narrat omnes unguentarios Lacedæmone fuiſſe expulſos. 3 Circulatores, phyſiognomi, metoſcopi, chiromantici, Iſidis & Cybeles ſacrificuli, ſomniorum interpretes &c. 4 Joculatrices, geſticulatrices, nutu manuque loquaces, ut Claudian. vocat. 5 *Balatro* a balando, *Een raabbelaer, ſwetſer.* H. Jun. Niſi a βάλλειν, βαλλίζειν *ſaltare* Latina vox *ballare* & inde hodiernum *bal, balet*, facta ſit: atque adeo *ſaltatores* hic notentur. In lingua Hiſp. *balatronis* vox adhuc obtinet. Morhof de Patavin. Liv. p. 82. 6 Tigellius patria Sardus, nobilis muſicus fuit & Auguſto ob artem commendatus. Cætera, ut Sardi tum vulgo audiebant, levis homo ac nequam. 7 Principibus quippe charus, effundere multa in ſocios ſuos poterat. 8 Avarus quiſpiam.

Præclaram ingrata ſtringat malus ingluvie rem 9,
Omnia conductis coëmens obſonia nummis 10:
Sordidus, atque animi quod parvi nolit haberi,
Reſpondet. Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fuſidius 11 *vappæ famam timet, ac nebulonis* 12,
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exſecat 13, *atque*
Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget 14.
Nomina ſectatur modo ſumta veſte virili,
Sub patribus duris tironum 15. *Maxime, quis non,*
Jupiter, exclamat, ſimulatque audivit 16? *At in ſe*
Pro quæſtu ſumtum facit. Heic? vix credere poſſis,
Quam ſibi non ſit amicus 17: *ita ut pater ille, Terenti*
Fabula quem miſerum gnato vixiſſe fugato
Inducit, non ſe pejus cruciaverit, atque hic 18.
Si quis nunc quærat, quo res hæc pertinet: illuc,
Dum vitant ſtulti 19 vitia, in contraria currunt.

Mal-

9 Quare bona avita ac paterna velut unum bolum ſeu pilam deglutiat. Athen. l. 4 c. 18 *Diodorus lurco patrimonium fecit pilam, adeo celeriter omnia abſorpſit, σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν οὕτω συνεσφιγγυλλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ. Ingratam ingluviem*, Callim epigr. 9 *νηδὺν ἀχάριστον ventrem ingratum* dixit. *Ἅπνοα πάντ' ἐγένοντο πεφαγέμ'. Ὅσσατ' ὀδόντων Ἔνδοθι, νηδὺν τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ. Omnia diſperiere cito: quæcunque remorſa Dente, ſub ingrati ventris iere ſinum.* 10 *Conducere nummos* eſt fœnori accipere. 11 Inſignis & mordax fœnerator. 12 n. 65 ſat. 1. 13 E capite, ſeu ſorte quinas emungit, i. e. quinque e centum ſingulis menſibus percipit. V. in f. epod. 2. 14 Quanto quis pauperior eſt, tanto majores uſuras ab eo vult. 15 Quærit tironibus, qui togam virilem modo induerant, pecuniam credere, ſeu nomina eorum libris ſuis inſcribere. Inde *nomen* pro debito. Poſt Senatus conſulto Macedoniano improbi iſti fœneratores exceptione eludi potuerunt, atque ab actione excludi. 16 Quis non Jovis iras tam mordacibus fœneratoribus imprecetur? 17 At, dicat quis, fœnerator iſte in ſe ex quæſtu iſto ſumtum facit. Hic vero? Uri non eſt aliis amicus, ita nec ſibi quicquam amicior eſt. 18 Menedemus ille Terentianus durus, & ad rem nimis attentus non miſerior Clinia filio fugato, quam hic fœnerator. Heautontimorumenos *ſe punientis* comœdia nota eſt. 19 Stoici vitioſos ſtultos, & peccata ſtultitiam vocant.

Malthinus tunicis demiſſis ambulat [20] *: eſt qui*
Inguen ad obſcœnum ſubductis uſque facetus [21].
Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum [22] *:*
Nil medium eſt [23]. *Sunt qui nolint tetigiſſe* [24], *niſi illas,*
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte [25] *:*
30 Contra, alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantem [26].
Quidam notus homo cum exiret fornice, Macte
Virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis [27].
Nam ſimulac venas inflavit tetra libido [28],
Huc juvenes æquum eſt deſcendere [29] *non alienas*
Permolere uxores [30]. *Nolim laudarier, inquit,*

Sic

20 Demiſſis tunicis ambulabant molles, *malthæ*, ut Non. Marc. vocat, qu. μαλακοὶ: Martial. *Malchiones*, Petron. *Trimalciones* περὶς μαλακὸς vocat. Mollitie ſua Mæcenas notus erat. Sed eum hîc ab Horatio uri, credat, qui Horatium omnium nebulonum ingratiſſimum prius dixerit. Juven. poſtea ei non pepercit, cum dixit *Veſtem teneris quoque Mæcenatibus aptam. Malthini* Romæ notum nomen fuiſſe patet ex Juſtini l. 28 c. 3, 4. Non eſt ergo quod Scalig. vel ex hoc poëtæ noſtri loco caniculam eum appellet. 21 Uti demiſſis tunicis incedere ridiculum hoc tempore erat, ita & reſtrictis, teſte Suetonio in Aug. c. 83 & ibi Pitiſcus. Olim tamen lege cautum, *Quisquis dimiſſam ad talos togam in urbe habeto.* 22 *Ruſillus* in cultu immodicus, Gorgonius negligens nimis fuit. Hos non ignobiles fuiſſe, cum id in iis notetur, apparet, uti & ex ſat. 4 v. 93. *Unguento fragrare* tam turpe viſum Flavio in adoleſcente, gratias ſibi agente pro præfectura, ut eam revocaret, cum imperatoria illa voce, *Maluiſſem allium ſuboluiſſes.* Suet. c. 8. *Paſtillus, een Reuk-bal*, ut conficiatur, V. Plin. l. 1 c. 11. De *hirco* p. 282 n. 12. 23 Mediocritatem ubique puſillus homo docet. 24 Contra adulteros jam loquitur. 25 Matronas deſignat, quarum ſtolas purpurea ambibat ora. *Inſtita, een boord, zoom.* 26 Juven. de Meſſalina Claudii uxore ſat. 6 *Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.* 27 Libidinoſus e fornice (*een hoerekot*) veniens defendit ſe, quod Cato, Socratis inſtar, vitiis non iraſci, ſed gravioribus primum mederi cupiens, laudabat virum honeſtum e lupanari venientem, utque idem ſæpe faceret, moneret. At quum videret eum frequentem eodem ire, ait, *Adoleſcens, ego te laudavi quod interdum huc venires, non quod hic habitares. Macte* eſt adverb. per ſe nihil ſignificans niſi affectum gratulantis & probantis alienam virtutem. 28 Σπέρμα. Plaut. *Amiſi omnem libidinem.* 29 Lupanaria erant loca ſubterranea, eoque aptum verbum eſt *deſcendere.* 30 *Molendi* vox ſacris & profanis auctoribus familiaris pro actu

Sic me, mirator cunni Cupiennius albi 31,
Audire est operæ pretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis 32, *ut omni parte laborent:*
Utque illis multo corrupta dolore voluptas 33,
Atque hæc rara, cadat 34 *dura inter sæpe pericla.*
Hic se præcipitem tecto dedit 35: *ille flagellis*
Ad mortem cæsus 36: *fugiens hic decidit acrem*
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones 37. *Quin etiam illud*
Accidit, ut cuidam testes, caudamque salacem
Demeteret ferrum 38: *jure omnes* 39: *Galba negabat* 40.
Tutior at quanto merx est in classe secunda!
Libertinarum dico 41: *Sallustius in quas*

Non

συνουσίας. *Molat alteri uxor mea*, Jobi c. 31. v. 10. Lucil. *Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere tu vis.* Catull. *Patrui perdepsuit ipsam Uxorem.* Ita Theocr. Idyll. 4 μύλλειν *molere*, eodem sensu dixit. 31 Istam laudem non curo, ait. Cupiennius amator pulchrarum matronarum. 32 Notos tum, & graves Ennii versus in re ridicula usurpat, *Audire est operæ pretium procedere recte Qui rem Romanam Latinumque augescere vultis.* 33 Adulteria damnat ut periculosa. Turpia vero si dixisset, apud Romanos, queis ludus erat sacræ connubia fallere tedæ, nihil egisset. Itaque Epicurum hic non sequitur, qui adulterium dissuadebat fugiebatque ob admixtum periculum ac dolorem, non quod per se fœdum esset. 34 Exitum habeat. Tranl. ab alea. Ne in mariti manus veniret, e tecto desiliit. Marito enim adulterum uxoris suæ occidere permittitur, sed vilem. V. l. 24 D. Ad L. Jul. de Adult. 36 Val. Max. l. 6 c. 1. 37 Luto lavandum sit, si omnia hic explicem. Et tamen his locis auctores truncari nolim: nam adolescentes sine magistris hos scopulos non facile evitant. *Calones*, servi qui ligna ferebant, & sequebantur castra. Κάλα, ligna. Lucil. *Scinde puer calam, ut caleam. Permingere* quid sit, præter Priapeia carmina, dicet Val. Max. *Cnæus Fur, Brochum qui deprehendit, familiæ stuprandum objecit.* 38 Martial. l. 2 epigr. 60 *Væ tibi dum ludis, castrabere.* V. p. 117. n. 22. 39 Factum ajebant. Domitian. id vetuit. Suet. c. 7. 40 Serv. Sulpit. Galba notus jurisc. & adulter, adulterorumque patronus. Notus etiam C. Sulpit. Galba, qui dormire se simulans, dum Mæcenas uxorem ejus habebat, servis vinum auferentibus clamabat, *Puer, non omnibus dormio.* 41 Post matronas, de libertinis, & meretricibus dicit. Lex Julia in ingenuas tantum, easque non viles adulterium committi statuebat. Et de illis *mœchandi* verbo mox utitur.

Non minus insanit, quam qui mœchatur 42. *at hic si* 43,
Qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste
Munificum esse licet, vellet bonus, atque benignus
Esse; daret quantum satis esset, nec sibi damno,
Dedecorique foret: verum hoc se amplectitur uno.
Hoc amat, & laudat; matronam nullam ego tango 44,
Ut quondam Marsæus amator Originis 45, *ille*
Qui patrium mimæ donat fundumque, laremque:
Nil fuerit mî, inquit, cum uxoribus unquam alienis;
Verum est cum mimis, est cum meretricibus: unde
Fama malum gravius, quam res, trahit. An tibi abunde
Personam satis est, non illud, quidquid ubique
Officit, evitare 46? *Bonam deperdere famam,*
Rem patris oblimare, malum est ubicunque. Quid inter-
Est, in matrona, ancilla, peccesve togata 47?
Villius in Fausta Sullæ gener (hoc miser uno
Nomine deceptus) pœnas dedit usque, superque
Quam satis est, pugnis cæsus, ferroque petitus,
Excluſus fore, cum Longarenus foret intus 48.

Huic

42 Alius quis dicit, Ohe, de libertinis loqueris, quas Sallustius sectabatur? De eo v. od. 2 l. 2. 43 Respondet Horatius, Sallustium in libertinarum amore quod nullum servet modum, non minus turpem esse ac miserum, quam si in ingenuas peccaret. 44 In hoc serio triumphat, quod a matronis purus sit, & tantum ancillariolus. v. p. 89 n. 1. 45 Origo, Arbuscula, & Cytheris, Gallo Lycoris dicta, potentes Romæ meretrices & mimæ fuere. Marsæus, (extra hunc locum ignotus) extenuat libidinem, quod in matronas non feratur, sed in mimas & meretrices. Sed nonne reponere licet, si hæ injuria ista tua dignæ sint, indignum tamen est te hoc facere. 46 Hor. rogat, satisne tibi videtur, matronas evitare, & interim mimas habere dominas, unde famæ reique tuæ ubique noces? 47 Personæ, in quas peccas, seu quibuscum rem habes, differentiam non faciunt in vitio si in nullis modum servas. Damnum rei & famæ idem tum a mimis, & ancillis, ac a matronis sentis. *Togatam* vocat libertinam: nam toga pulla earum vestis erat, uti stola candida matronarum, Coa vero seu pellucida vestis meretricum. 48 Villius (nobile apud Romanos nomen) in eo maxime cum placeret sibi, quod Faustam Syllæ Dictatoris filiam, tanquam ejus gener, habu-

Huic si mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret hæc animus 49: *quid vis tibi? numquid ego a te*
Magno pronatum deposco consule 50 *cunnum,*
Velatumque stola 51, *mea cum conferbuit ira* 52?
Quid responderet? magno patre nata puella est.
At quanto meliorá monet, pugnantiaque istis
Dives opis natura suæ 53, *tu si modo recte*
Dispensare 54 *velis, ac non fugienda petendis*
Immiscere: tuo vitio, rerumne labores,
Nil referre putas 55? *quare, ne pœniteat te,*
Desine matronas sectarier 56: *unde laboris*
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus 57.
Nec magis huic inter niveos virideque lapillos,
(Sit licet hoc Cerinte tuum 58*) tenerum est femur, aut*
crus

Recti-

isset, plus satis pœnarum dedit pro tam glorioso *nomine* (Marsil. I. *Omine*) cum *Fausta*, præter hunc Villium, Longarenum quoque, nihili hominem amaret, imo jam præ illo admitteret. Habuit & Fullonem & Maculam amatores, unde Fausti fratris illius jocus, *Miror sororem meam habere Maculam cum Fullonem habeat.* 49 Animus, tanquam mutonis seu fascini verbis, intelligibiliter satis loquitur. Ita Homerus Ulyssem cum corde suo loqui facit, & Polyænum cum terribili bipenne, & Ovidius Ajacem cum gladio suo. 50 Sylla, tum consule. 51 Matronalem. 52 Cum in fermento est. 53 Natura satis voluptatis posuit in iis, quæ ipsa profert, uti sunt forma, statura, bona corporis habitudo: ascititiis fortunæ bonis non eget. 54 *Dispensare* est *uti.* Barbari dicunt *dispensare de lege*, pro *remittere.* 55 Nihil differre putas, an quo egeas *vitio tuo* i. e. *cupidine pravo*, an *rerum*? quæ sc. si absint, natura dolitura sit? V. C. Delicatulus quis dolet, quod pavonem rhombumve appositum non viderat: certe vitio suo, culpa sua, dolet. At qui famem ore suo concoquere, & pane ciboque carere cogitur, is rerum vitio laborat. 56 In jure tenetur injuriarum, qui matronam assectatur, seu frequenter sequitur. 57 Si enim, ut Plaut. ait, *amor & melle & felle est fœcundissimus Gustu vix dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit*, quanto magis e re seu Venere matronarum. 58 *Niveos virideque lapillos* i. e. uniones & smaragdos, quos gestabant solum matronæ nobilesque feminæ: Has Cerinthus, formâ egregius, amabat, iisque erat in deliciis: Is tam fortunatus, ut Sulpitia Servii filia ad eum scriberet, *Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus, Atque interfestos fem-*

Rectius 59, *atque etiam melius perſæpe togatæ* 60.
Adde huc, quod mercem 61 *ſine fucis* 62 *geſtat: aperte,*
Quod venale habet, oſtendit: nec, ſi quid honeſti eſt,
Jactat, habetque palam 63: *quærit quo turpia celet* 64.
Regibus hic mos eſt, ubi equos mercantur, opertos
Inſpiciunt: ne, ſi facies, ut ſæpe, decora,
Molli fulta pede eſt, emtorem inducat hiantem,
Quod pulcræ clunes, breve quod caput, ardua cervix 65.
Hoc illi 66 *recte: ne corporis optima lynceis*
Contemplere oculis 67; *Hypſæa cæcior ipſa* 68,
Quæ mala ſunt ſpectes. ô crus, ô brachia 69! *verum*
Depygis 70, *naſuta* 71, *brevi latere* 72, *ac pede longo eſt* 73.
Matronæ, præter faciem, nil cernere poſſis,
Cætera, ni Catia eſt 74, *demiſſa veſte tegentis.*

Si

per habendus erit. Te naſcente novum Parcæ cecinere puellis Servitium, & dederunt regna ſuperba tibi. 59 P. 92 n. 22. 60 Libertinæ. 61 Corpus mercenarium. 62 Sine ornatu auri & lapillorum. 63 Non oſtentat ſe, *ſi quid honeſti* i. e. pulcri habet, cum tanta pompa, *μετὰ πολλῆς φαντασίας* ut de Berenice Act. 25 v. 23. 64 Repete To*nec. Nec quærit* &c. 65 *Reges*, divites (ut pag. 1 not.) *equos opertos* cum tegumento inſpiciunt emuntque: ne avidi emtoris oculi a pedibus, qui maxime in equo ſpectantur, nec molles aut infirmi eſſe debent, aberrent aut fallantur decora clunium, capitis, cervicis ſpecie. Al. *apertos*. Sane parum eſt quin & hoc in textum receperim, uti quod & fide codd. & uſu non improbetur. 66 Reges. 67 Ne acute nimis cernas. *Lynceus* fodinas metallorum reperit: inde nata eſt fabula, eum tam perſpicacem fuiſſe, ut & quæ ſub terra ſunt, & (ut fabulandi nullus finis) quæ ſupra ſidera ſunt, perſpiceret: & ut dicimus, ultra parietem. Val. Flacc. l. 1 *Quumque æthera Jupiter umbra Perdiderat, ſolus tranſibat ſidera Lynceus.* 68 Hypſæa ex illuſtri Plautiorum familia vitioſis oculis fuiſſe dicitur: Niſi forte amatorem deformem habuerit, quem pulcrum putaret. 69 Hor. loquitur, Laudas crus & brachia tuæ amicæ, & quæ deformia ſunt, non ſpectas. 70 Quæ nulla, vel arida habet femora. Venus *Καλλίπυγος*, *pulcra habens genua* dicitur. Adeo homo inde olim exiſtimatus fuit, Pygiaca ſacra pro Venere dixerunt. 71 Nec magnus naſus probatus eſt veteribus, nec parvus. Catull. *Salve nec minimo puella naſo Nec bello pede* &c. Item, *Iſta turpiculo puella naſo* i. e. parvo, vel reſimo. 72 *Femina per longum conſpicienda latus.* 73 *Pes erat exiguus, pedis hæc aptiſſima forma eſt.* Ovid. 74 Hæc, utut nobilis, breviori, quam probæ & honeſtæ convenit, veſte incedebat.

Si interdicta petes vallo circumdata 75 *(nam te*
Hoc facit insanum) multæ tibi tum officient res:
Custodes 76, *lectica* 77, *ciniflones* 78, *parasitæ,*
Ad talos stola demissa, & circumdata palla 79:
Plurima, quæ invideam 80 *pure apparere tibi*
rem 81.
Altera nil obstat: Cois tibi pene videre est,
Ut nudam 82: *ne crure malo, ne sit pede turpi:*
Metiri possis oculo latus. An tibi mavis
Insidias fieri, pretiumque avellier, ante
Quam mercem ostendi? Leporem venator ut alta
In nive sectatur, positum si tangere nolit,
Cantat 83, *& apponit* 84; *meus est amor huic similis:*
nam
Transvolat in medio posita, & fugientia captat 85.

X Hisce-

75 *Valla verecundiæ* Tertull. vocat vestes. 76 Matronis peculiares custodes in famulitiis dabantur, ut Eunuchi apud Ovid. *Hei mihi quod dominam nec vir nec femina servas.* Juven. sat. 6 cautas uxores a custodibus adulteria incipere ait. Eò & feræ naturalibus obductæ. 77 Non intelligit lecticam portatilem, undique clausam, qua portabantur matronæ, sed interius conclave. V. Suet. in Aug. c. 78. 78 Capillaturæ structores, cinerarii. Hi, servi plerumque, instrumentis illis ornatus sæpe impetebantur, si in calamistris calefaciendis peccassent. Plaut. *Nam illæc catapultæ ad me crebro commeant.* Adde p. 94 n. 13. 79 *Palla* super tunica seu stola superindui solebant matronæ, ut viri toga super tunica. Rubenius de re vest. perperam illud de feminis negavit. Varro enim stolam mulierum comparat tunicæ virorum, & pallam togæ. 80 Impediant. 81 V. n. 57. 82 Al. l. *Chlorim tibi* &c. De Cois vestibus, quibus in Oriente quidem potentioribus, sed Romæ meretricibus uti mos erat, V. p. 248 n. 15 & Jesai. 3 v. 19. 83 Amator ille sectatorque matronarum loquitur ut Petronius, *Nolo quod cupio statim tenere Nec victoria mi placet parata.* Horatius a venatu exemplum captare eum facit; *Venator sequitur leporem in alta nive*, amatque longos difficilesque cursus, *positum* vero leporem, seu *appositum nolit tangere. Ponere* enim convivale verbum est: Juven. *Et natalitium cognatis ponere lardum.* Cantilenam illam, *Leporem venator* &c. ex Callim. epigr. inedito huc transfusam indicavit Scal. & plenius hic not. D. Heinf. 84 Amator ille, ait Horatius, *apponit* seu pergit cantare, *Meus est amor* &c. 85 Claudian. *Accenditque magis quæ refugit Venus.*

Hiſcene verſiculis ſperas tibi poſſe dolores
Atque æſtus, curaſque graves e pectore pelli[86]?
Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum, quem,
Quid latura, ſibi quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt[87], & inane abſcindere ſoldo[88]?
Num, tibi cum fauces urit ſitis, aurea quæris
Pocula[89]? num eſuriens faſtidis omnia, præter
Pavonem[90], rhombumque[91]: *tument tibi cum inguina, num, ſi*
Ancilla, aut verna eſt præſto puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis tentigine rumpi[92]?
Non ego: namque parabilem amo Venerem, facilemque:
Illam, poſt paullo, ſed pluris, ſi exierit vir[93].
Gallis[94] *hanc, Philodemus*[95] *ait: ſibi, quæ neque magno*
Stet pretio, neque cunctetur, cum eſt juſſa, venire[96],

Candi-

86 Horatius rogat amatorem, an dolores & curas illicito matronarum amore diſpungere poſſit tali cantilena, quæ tum, pro fama Callimachi, ex eo nota fuiſſe videtur. 87 Nonne natura præſcripſit modum, quem inveſtigare præſtat, quid illa negatum, ſeu ſi negetur ſibi, ferre aut dolere poſſit? 88 I. e. inanem opinionem detrahere a ſolido rei uſu, quem natura parabilem fecit. 89 Sen. epiſt. 120 *Egregie itaque Hor. negat ad ſitim pertinere quo poculo aqua, aut quam eleganti manu miniſtretur.* Jam dixerat, *Illa hoc unum jubet, ſitim extingui. Utrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an vitreum, an Tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert.* 90 *Hunc cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius aditiali cœna ſacerdotii. Et M. Auſidius Lurco ex ſaginatu pavonum reditum ſeſtertium ſexaginta habuit.* Plin. l. 10 c. 20. 91 *Turbot.* 92 Vehementem Veneris impotentiam Satyriaſin vocant: hâc nequis rumpatur, libidinem evomi vult, quo *dicere nolim.* Damnatum hoc Platoni non ſolum, ſed & L. Julia. Execrabiles hic Horatius, & ejus exemplo quaſi Juvenalis, & maxime Martialis l. 11 epig. 23 & jam ante Virgil. V. auct. in ejus vita. 93 Matrona, non facile parabilis, tres difficultates dicit, *poſt paulo*, morare pauliſper: *ſed pluris*, mercem enim ſuam magni facit: ac denique, *ſi maritus exierit.* 94 Cybeles ſacrificulis, caſtratis, eoque tentiginem non patientibus. Ridiculi, qui de Gallica natione hîc ſomniant. 95 Nomen ab amore popularium rerum ductum, eoque fictum. Otio abundant, qui ultra in re obſcura, nihilique quæritant. 96 Martial.

Candida, rectaque sit: munda hactenus, ut neque longa,
Nec magis alba velit, quam det natura, videri 97.
Hæc ubi suppositit dextro corpus mihi lævum 98,
Ilia, & Egeria est 99: *do nomen quodlibet illi.*
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat:
Janua frangatur: latret canis: undique magno
Pulsa domus strepitu resonet: vel pallida 100 *lecto*
130 Desiliat mulier: miseram se conscia clamet:
Cruribus hæc metuat 1, *doti deprensa* 2, *egomet mi.*
Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo:
Ne nummi pereant 3, *aut pyga* 4, *aut denique fama.*
Deprendi miserum est: Fabio vel judice vincam 5.

Negare jussi, pernegare non jussi. 97 Ut non cothurnis staturam, nec quæsito colore formam adjuvet. 98 Ovid. 3 de art. *Mille modi Veneris, simplex minimique laboris Cum jacet in dextrum semisupina latus.* 99 Ilia Romuli mater, Egeria, a qua Numa leges accipere fingebat, Nympha fuit. Duæ splendidæ, ut puto, meretrices. 100 Al. l. *vepallida*, ut *vegrandis* apud Pers. *Ve* valet tum valde: aliter est *sine*, ut in *vecors*, q. sine corde. *Conscia*, seu conciliatrix crurifragium, seu crucem metuit. 2 Adulteræ deprensæ dos viro cedit ex l. Jul. nisi eo animo impudicam duxerit, ut doti insidiaretur, ut exemplum est in Val. Max. l. 8 c. 2. 3 Vers. 43 *dedit hic pro corpore nummos*, marito sc. 4 Not. 37 Nam inter adulterii pœnas stuprum fuit: & Lucil. tales pathicos *mœchicinædos* vocat. 5 Expertus fuerat Fabius nobilis ejus temporis juris consultus quam miserum sit in adulterio deprehendi. In hoc desinit ac fugit, infixo aculeo.

SATYRA III. AD MÆCENATEM.

Hac satyra Virgilium tuetur, sed non aperte. Erant qui vellicabant Virgilium apud Aug. & Mæcen. ob leves quosdam defectus. Ea occasione Stoicos aggeditur, qui vitia omnia paria esse dicebant, & pari severitate volebant puniri.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati:
Injussi nunquam desistant 1, *Sardus habebat*

1 Nihil morosius ac difficilius Musicis, nam se ipsos amant, ut qui maxime.

Ille Tigellius hoc [2]*: Cæsar qui cogere posset* 3*,*
Si peteret per amicitiam patris [4]*, atque suam, non*
Quicquam proficeret: si collibuisset, ab ovo
Usque ad mala [5] *citaret, io Bacche* [6]*, modo summa*
Voce, modo hac resonat quæ chordis quatuor ima [7]*.*
Nil æquale homini fuit illi [8]*: sæpe velut qui*
Currebat fugiens hostem [9]*: persæpe velut qui*
Junonis sacra ferret [10]*: habebat sæpe ducentos,*
Sæpe decem servos [11]*. Modo reges, atque tetrarchas,*
Omnia magna loquens [12]*. Modo, sit mihi mensa tripes, &* [13]

Concha

2 Sat. 2 n. 6. 3 Augustus qui potuisset cogere. Ita Ter. in adelp. Mitio dicit Demeæ, *Si esset unde id fieret Faceremus* i. e. si fuisset. 4 Julii, adoptivi patris, qui Tigellio bene fecerat. 5 A principio cœnæ usque ad finem. Incipiebant cœnam ab esu ovorum. Cic. *integram famem ad ova affero.* Finiebant cum pomis. Lips. l. 3 Ant. lect. 6 Cantaret carmen notum, cujus initium, Io Bacche. 7 Modo alta voce seu acuta, modo ima seu gravi voce, ut instrumento tetrachordo, canebat. *Chordas* pro tibiis sæpe dici, artemque tibicinum, uti & totius veterum Musicæ deperditam esse, V. apud Is. Voss. de cantu &c. 8 Non constabat sibi, levis erat, ut Musici solent. 9 Idem de Catilina, de Juliano, narrant. Lucret. comparatione alia lepida utitur, *Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans.* Incessum ordinat bene Plaut. in Pœn. a. 3 sc. *Ita me di* &c. *Liberos homines per urbem modico magis par est gradu ire, Servile esse duco festinantem currere.* Optimus tamen incessus est *speciosus, sed immeditatus*, ut Apul. ait. & Petron. in corruptela reip. ponit, *fractique enervi corpore gressus.* Aristænetus l. 1 epist. 1 vult βάδισμα τεταγμένον, βραχὺ δὲ, ὥσπερ κυπάρισσος ὑπὸ φοίνικι, σειόμενον ἡσυχῆ. *Incessus compositus, sed brevis, cupressi aut palmæ in modum agitatæ modico flamine.* 10 Sacrificuli tarde incedentes statuas & fercula pomparum ac ornamenta trahebant per urbes pagosque, in imaginibus sæpe latentes, ut salutatas nutu favere facerent. Prudent. *Fertur per medias ut publica pompa plateas Pilento residens molli.* Plaut. mil. *Quæ me ambæ obsecraverint, Ut te hodie quasi pompam illuc præterducerem.* Junonis sacra ita tarde ferri conveniebat, ut quæ incessu suo deam se profitetur. Ita Virg. Æn. l. 1. Inde Ἥρωος βαδίζων *Junonis instar incedere.* 11 Servorum fere justos exercitus, ad novem decemve millia Romani aluere, ut noto ad orat. pro Mil. 12 Modo nihil crepabat nisi de regibus, & tetrarchis, qui Romæ subinde erant. Hi proprie quartæ regionis partis rectores erant: post id nomen communius fuit. Ita Gallograeciam primum 12, dein 3, tum 2 tetrarchæ administrarunt, ut noto ad orat. pro Dejot. c. 9. 13 Modo regie vivebat, modo tenuiter. In mensis Romanorum

Concha ſalis puri [14], *& toga, quæ defendere frigus,*
Quamvis craſſa, queat. Decies centena [15] *dediſſes* —
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis [16]. *noctes vigilabat ad ipſum*
Mane [17]: *diem totum ſtertebat* [18]. *nil fuit unquam*
Sic impar ſibi. Nunc aliquis dicat mihi, quid tu? —
20 Nullane habes vitia? immo alia, haud fortaſſe minora.
Mænius [19] *abſentem Novium cum carperet* [20]: *heus tu*
Quidam ait, ignoras te? ut ignotum, dare nobis —
Verba putas? egomet mi ignoſco, Mænius inquit.
Stultus, & improbus hic amor eſt [21] *dignuſque notari.*
Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis [22],

luxus oſtenſus fuit. Tripes menſa tenuiorum erat: divitibus maxime placebat *citrea menſa*, ut Petron. in mutat. reip. notat. Hæc erat ſuffulta uno eoque pretioſo pede. 14 Mart. beatum ait inter cætera, *Cui ſplendet in menſa tenui ſalinum.* Salem vult lingere Tigellius, ut eſt in proverbio, i. e. parce victitare. Sal pro ſtipendio dabatur, ut Eſdræ c. 4 v. 12 apparet: inde *ſalarium* dici, certum eſt. V. p. 125 n. 14. 15 Scil. millia ſeſtertium. Sæpe & decies ſcribunt, i. e. centena millia ſeſtertium, ſeu viginti quinque millia aureorum. Seſtertius quaſi ſeſquitertius i. e. duo aſſes & ſemis. Seſtertium gen. neutro, ſunt mille ſeſtertii. 16 Tigellius muſicus muſice ergo vivebat, ut eſt in proverb. i. e. laute, ſed alieno ſumtu. Græci ajunt quoque cantores & poëtas ſacrificare ſine fumo: Huc ſpectat apologus de cicadis & formicis. Cicadæ æſtate canunt, duro vero tempore eſuriunt, ſecus quam in formicis v. n. 24 Sat. 1. 17 Cic. Aſotorum hunc morem eſſe dicit, & Sen. epiſt. 122 hos vocat antipodes, qui *nec orientem unquam ſolem viderunt, nec occidentem. . . . iſti vero mihi defunctorum loco ſunt. Quantulum enim a funere abſunt, & quidem acerbo, qui ad faces & cereos vivunt.* 18 Sen. ibid. de Atilio Buta poſt patrimonium ingens conſumtum refert Tiberium paupertatem confitenti dixiſſe, *Sera experrectus es.* 19 V. Sat. 2 v. 101. 20 Mævius notus erat maledicentia. v. epiſt. 15 v. 26. Hanc ut odio habeat Hor. v. Sat. 4 v. 81. 21 Publ. Syr. *Ignoſcito ſæpe alteri, nunquam tibi.* 22 Notari hic philautiam, quæ ad ſua vitia cæcutit, aliena perſpicaciſſime intuetur, cuivis manifeſtum eſt: At verba non perinde. Si pro *mala*, legas *male*, ſenſus eſt, *lippus male pervides tua vitia.* Et ſic *pervidere* eſt valde videre. Adverbia autem in e & o ancipitia eſſe, docet Sciop. in priap. Aliter *pervidere* eſt perfunctorie, tranſitorie videre, ut lippi ſolent. Ita *percurrere*, *perlegere*, accipi ſolent. Tertio ὀξύμωρον hic poſſit eſſe, *Pervides*, penitus noſcis, ſed *lippus*, qui oculos ungit. Ita Ter. *Quod ſcis, neſcis.*

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila [23], aut ſerpens Epidaurius? at tibi contra [24]
Evenit, inquirant vitia ut tua rurſus & illi.
Iracundior eſt paullo [25], *minus aptus acutis*
Naribus horum hominum [26]: *rideri poſſit, eò quod*
Ruſticius tonſo toga deſluit [27], *& male laxus*
In pede calceus hæret [28]: *at eſt bonus, ut melior vir*
Non alius quiſquam [29]: *at tibi amicus* [30]: *at ingenium ingens*
Inculto latet hoc ſub corpore [31]. denique te ipſum
Concute [32]: num qua tibi vitiorum inſeverit [33] olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala [34]. Namque
Neglectis urenda filix innaſcitur agris.
Illuc prævertamur [35]. amatorem quod amicæ
Turpia

23 Aquilâ nullum perſpicacius animal eſt: inde Arabice dictam ait Bochart. v. p. 223 n. 1. 24 Serpens Epidauri, Peloponneſi civitate, Æſculapio medicinæ deo erat conſecratus: animal tam boni viſus, ut & draco, a δέρκειν, δράκων dicatur. 24 Acro ait hic pulſari Virgilium, qui indecori corporis & habitus fuit. Adde quod iracundior, moroſiorque eſſet. Auctor vitæ ejus ait, grandem eum fuiſſe & facie ruſticana, additque, *Si quando Romæ, quo rariſſime commeabat, viſeretur, in publico ſectantes, demonſtranteſque, ſe ſuffugere in proximum tectum.* Horatius hic amicum ſuum defendit. Quærit Muretus an non ingratus fuerit Virg. cum Homeri aut Ciceronis nuſquam meminerit: at quanto magis quærat cur non Horatii laudes ſcripſerit? 26 Male conveniens cum ridentibus, ut ſunt aulici. Pro acutis naribus Martial. dicit, *Juveneſque ſeneſque Et pueri naſum rhinocerotis habent.* 27 Cum Virgilio commune hoc habuit Horatius, Epiſt. 1 *Si curtatus inæquali tonſore capillos Occurri, rides* &c. *Vel ſi toga diſſidet impar.* Ovid. melius docet, *Sit bene conveniens & ſine labe toga. Nec male deformet rigidos tonſura capillos: Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.* 28 *Nec malus in laxa pes tibi pelle natet.* 29 Niſi quod . . Sed v. n. 92 Sat. 2. 30 Amicis fidus. 31 Cicero de Virgilio, *Magnæ ſpes altera Romæ.* Et Propert. de Æneide, *Neſcio quid majus naſcitur Iliade.* 32 Examen conſcientiæ ubivis commendari videas. Epicuri vox fuit, *initium eſt ſalutis, notitia peccati.* V. Sat. 4 v. 134 33 Ita, *Præcipitat nox. Prora avertit,* pro paſſivis. 34 Publ. Syrus, *Graviſſimum eſt imperium conſuetudinis.* Ita legitur de puella, quæ araneorum eſui ſic aſſuefacta tandem fuit, ut nulla alia re victitaret. 35 Eo ante omnia veniamus, quod amatores faciunt.

Turpia decipiunt [36] cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
[40] Delectant: veluti Balbinum polypus Agnæ [37].
Vellem in amicitia sic erraremus [38]: & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum [39].
At, pater ut gnati, sic nos debemus amici,
Si quod sit vitium, non fastidire [40]. Strabonem
Appellat pætum [41] pater: & pullum [42], malè parvus
Si cui filius est [43]; ut abortivus fuit olim
Sisyphus [44], hunc varum, distortis cruribus [45], illum
Balbutit scaurum, pravis fultum malè talis [46].
Parcius hic vivit: frugi dicatur. Ineptus,
[50] Et jactantior hic paullò est [47]: concinnus amicis
Postulat ut videatur [48]. at est truculentior, atque
Plus æquo liber, simplex, fortisque habeatur.
Caldior est [49]: acres inter numeretur: opinor.
Hæc res & jungit, junctos & servat amicos.
At nos virtutes ipsas invertimus [50], atque

36 Lucret. l. 4 *Nam divinitus interdum Veneriſque ſagittis Deteriore fit ut forma mulierecula ametur .... Quod ſupereſt conſuetudo concinnat amorem. ... Pravas turpesque videmus Eſſe in deliciis.* 37 Agna amica cum polypo ſuo non diſplicet Balbino. Epod. 12 v. 5. 38 Tegentes vitia amicorum. 39 Ut v. c. temerarius fortis, prodigus liberalis vocatur. 40 Si non ut amatores, certe ut patres excuſare amici vitia debemus. Publ. Syr. *Amici mores noveris non oderis.* 41 *Strabo*, qui detortos oculos habet. *Pætus* qui leviter obliquat oculos cum venuſtate. *Ionck oogh.* Ita Venus pingitur. 42 Ita Caligulam Tiberio ſuccedentem ſidus, & pullum, & puppum & alumnum vocant Romani. Suet. in Cal. c. 13. Heinſ. l. *putum* pro *pullum*. *Putus* enim parvum quoque notat. 43 Nanus. 44 Siſyphus M. Antonii fil. bipedalis homuncio, ſed ingenti ingenio, non minus ac fabuloſus ille Siſyphus, fuiſſe dicitur. Proverb. eſt *Siſyphi artes*. 45 Pater filium, diſtortos plane pedes habentem, vocat varum. 46 Cui tali extantiores ſunt, pater balbutiendo vocat eum ſcaulum, quod diminutivum magis eſt & ſuavius, quam ſi diceret ſcaurum, qui olim quoque *talax* dictus eſt. Ita Ariſtoph. imitans Alcibiadis linguæ fragmen, ait, ὀλᾶς pro ἰᾶς, θιωλὸς pro θεωρὸς, κόλακος pro κορακὸς. 47 Inſolentior, rationem non habens loci, temporis, & perſonarum. 48 Amicis ſe accommodans. 49 Facile in fermento, ſeu ad iram pronior. 50 Tantum abeſt, ut vitia extenuemus, ut virtutes in-

Sincerum cupimus vas incruſtare 51. Probus quis
Nobiſcum vivit, multum eſt demiſſus homo. illi
Tardo, cognomen pinguis damus 53, hic fugit omnes
Inſidias, nullique malo latus obdit apertum:
Cum genus hoc inter vitæ verſetur, ubi acris
Invidia, atque vigent ubi crimina: pro bene ſano,
Ac non incauto, fictum, aſtutumque vocamus 54.
Simplicior ſi quis, qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi, Mæcenas, ut forte legentem,
Aut tacitum impellat, quovis ſermone moleſtus 55:
Communi ſenſu plane caret, inquimus. Eheu!
Quam temere in noſmet legem ſancimus iniquam!
Nam vitiis nemo ſine naſcitur 56: optimus ille eſt,
Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut æquum eſt,
Cum mea compenſet vitiis bona 57, pluribus hiſce,
Si modo plura mihi bona ſunt, inclinet 58, amari
Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Poſtulat, ignoſcat verrucis illius 59. Æquum eſt,

Peccatis

vertamus in vitia. Uti nihil eſt quod male interpretando non poſſit depravarier. 51 Similes ſumus eis qui vas purum & integrum tectorio vel cruſta inducimus. 52 Probus ſi quis vivit, abjectus habetur. 53 Qui tardior in deliberando, illum pinguem vocamus, vel ſtupidum. Cic. *vide quam ſit cautus is, quem iſti tardum vocant.* 54 Tranſl. a gladiatoribus. *Obdere, oſtendere latus,* ſeu credere alicui qui non vult (ut in aulis neceſſe eſt, ibi, ut Sall. ait, *ad reprehendenda aliena dicta & facta ardet omnibus animus, vix ſatis apertum os aut lingua promta videtur*) is cautus & fictus appellatur. Heſiod. πίστις δ' ἀφα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ἄλεσεν ἄνδρας, *Credulitas pariter & incredulitas perdiderunt homines.* 55 Si quis *commoda fandi tempora* non ſervet. 56 Terent. *Aliis fortaſſe aliud vitium.* Demoſth. Μηδὲν ἀμαρτάνειν ἐστὶ θεῖον. Propert. *Unicuique dedit vitium natura creato.* Juv. Sat. 14 *Mitem animum & mores modicis erroribus æquos Præcipit.* 57 Publ. Syrus, *Amici mores noveris non oderis.* 58 *Compenſare, inclinare,* ad bilancem pertinet. 59 Simile fere adagium ex uſu vulgi eſt de feſtuca & trabe in oculis noſtris & alienis Matth. c. 23 v. 24.

Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.
Denique [60], quatenus excidi penitus vitium iræ,
Cetera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Ponderibus, moduliſque ſuis ratio utitur, ac res
Ut quæque eſt, ita ſuppliciis delicta coërcet?
So Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus,
Semeſos piſces, tepidumque ligurierit jus,
In cruce ſuffigat [61]; Labeone inſanior [62] inter
Sanos [63] dicatur: quanto hoc [64] furioſius, atque
Majus peccatum eſt: paullum deliquit amicus:
Quod niſi concedas, habeare inſuavis, acerbus?
Odiſti, & fugis [65], *ut Druſonem* [66], *debitor æris:*
Qui niſi, cum triſtes miſero venere Kalendæ [67]:
Mercedem, aut nummos [68] *unde unde* [69] *extricat: amaras*

60 Aggreditur eos, qui nullam vitiorum differentiam admittunt, & ſtultitiam vocant vel minima vitia, ut Stoici ſolebant. 61 Jus vitæ & necis in ſervos olim competiit. Auguſtus id moderatus eſt. Crux ſervorum ſepulcrum, ibi majores mei ſiti ſunt, ait ſervus in Mil. glor. Seneca narrat, ſervum, quod vas aliquod fregiſſet, murenis objectum fuiſſe a Vedio Pollione, niſi Auguſtus ſupervenisſet. *Ligurire* alibi vocat *Tangere ſingula dente ſuperbo.* 62 Inſanum vocat Labeonem, ut qui priſci juris gnarus & defenſor acerrimus Auguſto obloqui, & Lepidum hujus inimicum ſenatorem nominare audebat, *nihilque ratum penſumque habebat: niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Hinc in aula placere hoc ingenium non potuit. 63 Sanos vocat, qui tempori ſe aptant. Cato, *Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.* 64 Homine. 65 Pythag. Μὴ δ' ἐχθαίρειν φίλον σου ἁμαρτάδα· ἔστι γὰρ μικρῆς *Parvi peccati cauſa amicum ne inimica.* Chriſtiani inimicos bene facere quoque edocemur. 66 Al. *Riſſonem.* Druſo notus fœnerator & ineptus hiſtoricus fuit, qui debitores, ſi non ſolvebant, ſe legentem hiſtorias a ſe compoſitas audire *porrecto jugulo*, ut avide audientes ſolent, cogebat. Ita Philoſtr. meminit Polemonis, fœneratoris, qui ſemper adjiciebat contractibus, Τὸ καὶ μελετῶντος ἀκροᾶσθαι, ut audire cogerentur declamantem. Romani ſolebant ubivis, & in viis quoque ſcripta ſua recitare amicis aut notis ſibi hominibus. Ita in f. art. poët. *Indoctum doctumque fugat recitator acerbus: Quem vero arripuit tenet occiditque legendo.* 67 Epod. 2 in. f. 68 Sortem, vel uſuras. 69 Suet. in Claud. *Velletque juſti triumphi decus unde unde extricare.* Apul. l. 5 *Nec tamen vindicta ſolatium*

Porrecto jugulo hiſtorias, captivus ut, audit.
Comminxit lectum 70 *potus, menſave catillum*
Euandri manibus tritum dejecit 71 *: ob hanc rem,*
Aut poſitum ante mea quia pullum in parte catini
Suſtulit eſuriens 72, *minus hoc jucundus amicus*
Sit mihi? quid faciam, ſi furtum fecerit, aut ſi
Prodiderit commiſſa fide 73, *ſponſumve negarit?*
Queis paria eſſe fere placuit peccata 74, *laborant,*
Cum ventum ad verum 75 *eſt: ſenſus, moreſque repugnant,*
Atque ipſa utilitas, juſti prope mater, & æqui 76.
Cum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum, & turpe pecus 77 *glandem, atque cubilia propter*
Unguibus, & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus 78,

Donec

unde unde ſpernendum. 70 Si amicus urina conſpurcaverit lectum meum diſcubitorium. 71 Acro hic Euandrum plaſten & cœlatorem Athenienſem, a *M.* Antonio Romam adductum, intelligit: Sic verba, *catinum Euandri manibus tritum* recta ſunt & Latina. Alii dicunt, *catinum tritum*, i. e. antiqui operis, manibus dejecit. Certe Euandri, matriſque ejus tempore, h. e. initio Romæ, quæ fuere, pro antiquitate obſoletis habuere. Ut, *loqui quaſi cum Euandri matre.* 72 Stoïci ſeveras quoque menſarias leges habebant. Inexcuſabile iis rapere e patinis, quæ ante alios jacent. 73 *Fide* pro *fidei.* Saluſt. *Vix decima parte die.* Virg. *Libra die ſomnique pares ubi fecerat horas.* 74 Ut Stoïci ſolent. 75 *Verum* antiqui pro juſto dixere. Infra, *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.* 76 Senſus communis, mos, & utilitas, peccata eſſe inæqualia, docent. Nulli juſtum ex utilitate plus æſtimant, quam potentes, cætera, an a natura ſit, ſcholis potius diſputanda relinquunt. Ita Traſymachus apud Plat. defendit id demum jus eſſe, quod utile foret potenti. 77 Mundi hominumque initium agnoſcunt multi priſci ſcriptores, in cæteris hariolantur; ut cum *animalia* i. e. homines (ita in Satyris loqui ſolent) e terra prorepſiſſe, & pecudum inſtar fuiſſe credunt. Cic. 1 inv. *fuit quondam tempus, cum in agris paſſim homines beſtiarum more vagabantur, & ſibi victu ferino vitam propagabant.* Horatius hæc expreſſit ex Iſocr. in Nicocl. 78 Lucret. *Arma antiqua, manus, ungues, dentesque fuerunt, Et lapides, & item ſylvarum fragmina rami. At flammæ atque ignes poſtquam ſunt cognita primum Poſterius ferri vis eſt æriſque reperta.* Ovid. contra ſuem prima

Donec verba, quibus voces, ſenſusque notarent,
Nominaque invenere 79: *dehinc abſiſtere bello,*
Oppida cœperunt munire, & ponere leges,
Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſſa 80: *ſed ignotis perierunt mortibus illi,*
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus editior cædebat 81, *ut in grege taurus.*
Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt,
Tempora ſi, faſtoſque velis evolvere mundi, —
Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum,
Dividit ut bona diverſis, fugienda petendis 82:
Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet, idemque
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus Divum ſacra legerit 83. Adſit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello 84.

Nam

arma inventa putat, *Quia ſemina pando Eruerit roſtro.* S. Scriptura Tubalcainum primum fabrum ferrarium facit, quem gentes Vulcanum dixere. 79 Lucret. *Utilitas expreſſit nomina rerum.* Cic. philoſophiæ hæc aſcribit Nos primum hominem mox a creatione melius ornatum fuiſſe novimus. 80 *Stoïce* nulla utitur circuitione ubi quod res eſt dicere vult. Feminas præter Helenam quamplurimas belli cauſas fuiſſe, ex Athen. l. 13 c. 1 & Geneſ. c. 34 Judic. c. 19 & 20 conſtat. V. Feitii antiq. Hom. l. 4 c. 7. 81 *Conciliabat enim vel mutua quamque voluptas Vel violenta viri vis.* Lucret. l. 5. 82 Juſtum a lege, non a natura eſſe, ut Archelaus, Ariſtippus, & Theodorus ille atheus voluere, peſtilens opinio eſt. Recte vero Stoicos aggreditur Horatius, quod natura æquum non perinde diſcernat ab iniquo, uti quidem diſcernit bona a malis, & evitanda ab exoptandis, eoque legibus ad varias pœnas opus eſſe. 83 Draco hujuſmodi leges ſanguine ſcriptas ſanxerat, Solon abrogaverat, Zeno & Stoici refoderunt. Sed ridiculi habiti ſunt. Cic. pro Mur. *Non minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum qui patrem ſuffocavit.* 84 *Scutica* (a σκύτος corium) flagellum levius, quali in ſcholis utebantur, *flagellum* ad ſervos, damnatoſque a Triumviris puniendos, eoque gravius erat, S. Paulo 2 Cor. 12 σκόλοψ. Κόλα-

Nam ut [85] *ferula cædas meritum majora ſubire*
Verbera, non vereor cum dicas eſſe pares res,
Furta latrociniis, & magnis parva mineris
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
Permittant homines [86]. *Si dives, qui ſapiens eſt* [87],
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt rex,
Cur optas, quod habes? non noſti, quid pater, inquit,
Chryſippus dicat [88]: *ſapiens crepidas ſibi nunquam,*
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens [89]. *Quo?*
Ut, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator [90]: *ut Alfenus vafer* [91], *omni*
Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna,
Sutor erat: ſapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex: ſic rex ſolus. Vellunt tibi barbam
Laſcivi pueri [92]: *quos tu niſi fuſte* [93] *coërces,*
Urgeris,

eſt corium bubulum. E crinibus quoque fuiſſe, certum eſt: eoque in vet. cod. Rom. Suetonii locus, qui eſt in Ner. c. 45 legitur *cirrum* Neronis capiti appoſitum fuiſſe. V. p. 94 n. 13 Mart. l. 10 ep. 62. 85 *Ut*, hic pro quomodo. 86 *Et mineris te reciſurum parva peccata falce ſimili magnis.* 87 Ridet aliud paradoxum Stoicum, *Solum ſapientem eſſe regem & omnia:* idque occaſione quod dicerent Stoici, *ſi ſibi regnum permittant homines*, pares omnibus peccatis pœnas irrogaturos. Aliis locis virtus ſupra omnem fortunam ab Hor. collocatur. V. od. 2 l. 2 & od. 9 l. 4. 88 Stoicus ait, non capis mentem Chryſippi ſectæ noſtræ principis. Is, Zenonis diſcipulus, craſſe, ut fit, hujus dogmata explicuit. 89 Zeno dixerat ſapientem eſſe omnia, i. e. ſapientiam loco omnium æſtimari oportere. Chryſippus ſtulta collectione explicuerat, ſapiens ſutor eſt & omnia, theoretice ſcilicet: praxin, ſi velit, exercere poteſt. 90 Hermogenes Tigellius etiam cum tacet, bene cantare & modulari, ſeu numeros ſervare poteſt 91 Alfenus Varus prius ſutor Cremonæ, Servii Sulpicii diſcipulus, & celebris juris conſultus, & tandem conſul factus eſt. Linguæ Latinæ omnium, qui in corpore juris apparent, elegantiſſimus auctor adhuc cenſetur. V. Virg. ecl. 3. 92 Stoici & Cynici cum ſe Reges & regibus feliciores, cunctiſque exemtos malis jactarent, paſſim illudebantur a pueris aliiſque, unde Arrian. in Epict. philoſophum vocat ζῷον γελοῖον, *animal ridiculum.* Poſt tamen moderatius loquebantur, ut patet ex Epicteto & Simplicio. Riſum quis teneat qui Crucquium hic legerit, *per pueros*, ait, *Epicureos intelligit Horatius; quia Romani olim Epicureos ex urbe ejecerunt. Eugepæ!* Faber. 93 Barba, pallio, & fuſte

Urgeris, turba circum te ſtante, miſerque
Rumperis, & latras, magnorum maxime regum.
Ne longum faciam: dum tu quadrante lavatum 94
Rexibis, neque te quiſquam ſtipator 95, *ineptum*
Præter Criſpinum 96, *ſectabitur: & mihi dulces*
Ignoſcent, ſi quid peccavero ſtultus, amici:
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
Privatuſque magis vivam te rege beatus 97.

philoſophi Athenis inſignes erant. 94 Quamdiu quarta aſſis parte in balneo publico, quod vilium ſolum fuit, lavas. Balnea enim quiſque paulo ditior domi ſuæ habebat, vel honeſtiores ad publica Cæſarum balnea, quæ Romæ 12 erant, gratis admittebantur. Balneorum ante vel poſt cœnam uſum noto ad Cic. pro Dejot. 95 Hodie *ſuite, guarde.* 96 V. v. 120 Sat. 1. 97 Ait ſe regibus iſtis philoſophis beatiorem fore, ſi amici ſibi quid peccanti ignoſcant, & ipſe eos vicisſim ferat. V. Plin. epiſt. 12 l. 1. Sublimius Cic. 3 Fin. in. f. *Rectius enim ſapiens appellabitur rex quam Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit: rectius magiſter populi (is enim eſt Dictator) quam Sylla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis, magiſter fuit: rectius dives quam Craſſus, qui niſi equiſſet, nunquam Euphratem nulla belli cauſa tranſire voluiſſet. Recte ejus omnia dicentur, qui ſcit uti ſolus omnibus. Recte pulcher etiam appellabitur: animi enim lineamenta ſunt pulcriora quam corporis: recte liber, non obediens cupiditati: recte invictus, cujus etiamſi corpus conſtringatur, animo tamen vincula injici nulla poſſunt, &c.*

SATYRA IIII.

Reſpondet eis qui maledicos vocant poëtas a quibus jure notantur. Lucilii Satyrici & ſui characterem ſimul tradit: additque ideo ſe in vitioſos ſcribere, ut ipſis & ſibimet horrorem incutiat vitiorum.

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque 1 *poëtæ,*
Atque alii 2, *quorum comœdia priſca* 3 *virorum eſt:*
Si

1 Tres æquales fere poëtæ, comici & æmuli. Hic Eupolin accuſabat, ex Equitibus ſuis multa eum ſurripuiſſe, hic contra ſibi deberi Equites ajebat. Utrumque nobilem fuiſſe neceſſe eſt. Cratinum enim in prælio contra Lacedæmonios cæſum Athenienſes ita luxerunt, ut edixerint ne deinceps ullus poëta militaret. In Ariſtophanis corde Gratias templum ſibi ſtruxiſſe, ait Plato: Atticos enim lepores optime expreſſit. Quare & Chryſoſtomo fuit in deliciis, ut Plautus Hieronymo. Cratinus ut adulter & bibax ab Ariſtoph. ſæpe traducitur. 2 Qui jam non extant. 3 *Comœdia* eſt vel *Vetus*, in qua res &

Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius 4, *aut alioqui*
Famosus 5: *multa cum libertate* 6 *notabant.*
Hinc omnis pendet Lucilius 7, *hosce secutus,*
Mutatis tantum pedibus, numerisque facetus,
Emunctæ naris, durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora sæpe ducentos 9,
10 Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno:
Cum flueret lutulentus 10, *erat quod tollere velles* 11.
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem,
Scribendi recte: nam ut multum, nil moror. Ecce
Crispinus minimo me provocat 12: *accipe, si vis,*
Accipe jam tabulas, detur nobis locus, hora,
Custodes 13: *videamus uter plus scribere possit* 14.

Di

personæ veræapparent, *Media*, in qua res sunt veræ, personæ fictæ, *Novæ*, quæ res & personas fingit. 4 *Sicam*, laminam ensis in baculo, Italisque in usu esse, refert Isidorus, similemque *Vidubio*, credo, quasi *Visudubio*. 5 V. Indic. 6 Nimia, & Ciceroni & Horatio damnata. Cratinus non Pericli, Aristophanes Socrati populoque Athenienſi non pepercit. 7 Lucilius veteres illos comicos in Satyris suis imitatur. 8 Hexametros versus scripsit, illi vero jambicos. 9 Mart. l. 8 ep. 20 *Cum facias versus nulla non luce ducenos, Vive, nihil recitas; non sapis atque sapis.* 10 Transl. a flumine, quod limum trahit, ut de Euphrate Callim. canit. Quintil. l. 10 c. 1 Ab Horatio dissentit, aitque, *Eruditio*, in Lucilio *mira & libertas, atque inde acerbitas & abunde salis.* Mecum quivis cum Horatio faciet, qui legerit Sat. 10, & duo Lucilii fragmenta, & quod palmarium, Cicero & Varro mediocri eum doctrina, & gracilitatis exemplum dixerunt. *Stare in uno pede*, transl. de securitate animi, operaque & nixu. Nam uno pede qui stat adversarium non timet: contra *omni pede standum.* Quint. l. 12 c. 9 Scal. poët. l. 3 c. 109. 11 Transl. a liberis suscipiendis, quosque pater exponi nolebat. 12 Celeritatem illam scribendi adeo non probat, ut & a Crispino, inepto sane poëta, fateatur se provocari minimo scil. digito, ut gladiator aut luctator paulo insolentior solebat. Digiti vero elatio in ipsa pugna signum erat quem succumbere. 13 Custodes qui prohibeant e libris aliquid furripi. 14 Quam diu poëtæ fuerunt, disputatum est, an præferendi qui plura, an qui meliora producerent. Hac ratione Apollonius Rhodius Callimachum, Papin. Statius Martialem provocavit. Reges & Principes poëtas & oratores extemporaneos amant, nam hi nisi extemporanea dicendi facultate polleant renunciare debent

Di bene fecerunt, inopis me, quodque puſilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis [15].
At tu concluſas hircinis follibus auras
Uſque laborantes, dum ferrum molliat ignis,
Ut mavis, imitare [16]. *Beatus Fannius, ultro*
Delatis capſis, & imagine [17], *cum mea nemo*
Scripta legat [18], *vulgo recitare timentis, ob hanc rem,*
Quod ſunt, quos genus hoc [19] *minime juvat: utpote plures*
Culpari dignos. Quemvis media erue turba:
Aut ob avaritiam [20], aut miſera ambitione laborat.
Hic nuptarum inſanit amoribus, hic puerorum:
Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius ære [21]:
Hic mutat merces [22] *ſurgente à Sole, ad eum, quo*
Veſpertina tepet regio: quin per mala [23] *præceps*
Fertur, uti pulvis collectus turbine [24], *ne quid*

Summâ

officiis, ut ait Quintil. Facili ergo verſuum compoſitione Statius ab Hadriano præ Homero, & Antimachus Platoni & Longino quoque cari fuere. Sed ſi hoc nomine, dum vivunt, æſtimentur, haud tamen major ab exequiis nomen in ora venit, uti quidem eorum qui carmina ad rigidum ſæpe examen vocarunt, & non quantum, ſed quam recte quid ſcriberent, attenderunt. Itaque ſi Statius miro quodam fato ſervatus ſit, ex Antimachi vaſto opere vix 10 verſus evaſerunt. 15 Provocatori iſti & bucconi modeſte reſpondet Horatius. 16 Criſpini faſtum & carmina, folli, ex hircinis pellibus fieri ſolito, comparat, qui nullo labore ventum mox periturum emittit, 17 Fannius quadratus, malus iſtius temporis poëta, videtur arte quadam id conſecutus, ut carmina & imaginem ſuam in Bibliothecam Palatinam ipſe deferret, cum tamen aliter publica auctoritate nobilis poëtæ opera & imago ibi conſecrarentur. 18 Horatius paucis & per ſe notus eſſe maluit, quam multis, iiſque ubique recitandis, & diſſeminandis nomen quærere, ut Fannius: eoque multos ſibi paratos amicos habebat V. Sat. 10. 19 Satyrarum. Nam *rubet auditor cui frigida mens eſt Criminibus, tacita ſudant præcordia culpa.* Juven. 20 Marcil. & Faber l. *ab avaritia*, quod Latinius eſt. 21 Vaſis Corinthiacis. 22 Emit vendit merces domeſticas & exoticas ſeu peregrinas maxime. Crucquius, more ſuo inſaniens, *ſolidi diei deſcriptionem* hic videt. Antiquo more loquitur Horatius, cum permutatio tantum in uſu fuit. v. l. 1 Dig. de contrah. emt. 23 Pericula. 24 Comparatio S. Scripturæ familiaris, ait Dacier. At quærenti unus tantum locus conſi-

Summâ deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt versus: odere poëtas.
Fœnum habet in cornu [25], *longe fuge: dum modo risum*
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico [26],
Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes
Gestiet à furno redeuntes scire, lacuque,
Et pueros, & anus [27]. *Agedum pauca accipe contra.*
Primum ego me illorum, dederim quibus esse poëtas,
Excerpam numero [28]. Neque enim concludere versum [29]
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, uti nos,
Sermoni propiora [30], putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit [31], cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum [32], des nominis hujus honorem.
Idcirco quidam, comœdia, necne poëma
Esset, quæsivere [33]: *quod acer spiritus, ac vis*
Nec verbis, nec rebus inest: nisi quod pede certo
Differt sermoni sermo merus. At pater ardens

Sævit

milis inventus est, Psalmo 18 v. 43 *Contundo eos tanquam pulverem coram vento.* 25 Transl. a bove cornupeta, cujus cornua circumligari debent jure Rom. ut caverent sibi homines. Aliter ex l. XII Tab. *Si quadrupes pauperiem faxit, dominus sarcito, noxæve dedito.* Lex Mosaica dominum ejusque bovem lapidibus obrui jubet, si bos, quem cornupetam noverat & non recluserat, aliquem occiderit. Exodi c. 21 v. 29 Ad hominem transl. *fœnum habet in cornu* superbum notat, quique irritari impune nequit. V. epod. 6. 26 Amicum quam dictum perdere, & voces per jugulum forte redituras spargere, quam tacere, & proscribi potius quam non scribere, malunt Satyrici. 27 In singulis regionibus fontes & furni hauriendis aquis erant, quo viliores ire & redire solebant, & si quid novæ cantilenæ erat, in via cantillare. 28 In Satyris poëtam se non profitetur. 29 *Pedibus instruere*, ait Petron. Rythmus nunc apud omnes gentes usitatus, veteribus notus quoque fuit. Varro ὄν & λύρας, *Et ortophallica attulit psalteria Quibus sonant in Græcia dicteria Qui fabularum collocant exordia.* 30 Ita in Comicis *vix numerus & versus intelligi potest.* Cic. 31 Descriptionem poëtæ (qualem demonstrat in odis suis) egregiam dat Eumolpus apud Petron. 32 Pro subjecta tamen materia. 33 *Sermones* habent aliquid de comœdia, ob neglectos numeros, & de poëmate, nam certis decurrunt pedibus. Poëmatum enim uti & orationum

Sævit 34, *quod meretrice nepos* 35 *insanit amica*
50 Filius, uxorem grandi cum dote recusat
Ebrius, & magnum quod dedecus, ambulet ante
Noctem cum facibus 36. *Numquid Pomponius istis*
Audiret leviora, pater si viveret 37? *Ergo*
Non satis est puris versum perscribere verbis:
Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem,
Quo personatus pacto pater 38. *His, ego quæ nunc,*
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa, modosque 39, *& quod prius ordine verbum est,*
Posterius facias, præponens ultima primis 40:
60 Non, ut si solvas, POSTQUAM *Discordia tetra*
Belli ferratos postes, portasque refregit,
Invenias etiam disjecti membra poëtæ 41.
Hactenus hæc: alias justum sit, necne poëma 42.
Nunc illud tantum quæram: meritone tibi sit
Suspectum genus hoc scribendi 43. *Sulcius acer*
Ambulat, & Caprius 44, *rauci male* 45, *cumque libellis* 46,

stili ac genera sunt varia. 34 Objectio. At, inquies, persona comica interdum assurgit, ut Demea & Chremes cum irascuntur. V. vers. 93 art. poët. 35 P. 257 n. 20. 36 Cum facibus noctu fores oppugnare & grassari moris erat, sed ante noctem id facere summæ impudentiæ: Accius poëta vet. *Neque unquam vidit ebrium ire interdiu, Neque turbam facere, neque fores exurere.* V. od. 26 l. 3. 37 Respondet Horatius, Non si in Comœdia iratus pater assurgit, magis poëma sit. An Pomponius, si viveret, minus contra luxuriam filii, & extra comœdiam, insurgeret? Dum aliud agit, hunc nepotem satis urit. 38 Fictus pater. 39 Quantitatem & pedes. 40 Construens ordine Grammatico. 41 In meis Luciliique carminibus non invenias membra disjecti poëtæ, uti si solvas Ennii versus, *Postquam Discordia* &c. *Discordia* hîc & apud Virg. pro dea ponitur, quæ Jani templum, ut in bello fit, aperit. 42 Adhuc debet nobis Horatius quid sit justum poëma, neque enim in arte poët. defunctus est hoc labore. Sermones poëma sunt, sed sine fictione, aut majestate. Illam Plato, hanc ipse Hor. requirit. 43 Satyricum. 44 Sulcius & Caprius ambo delatores acerrimi. 45 Assidua accusatione. 46 Informationis. Hos Prætori aut judici signatos exhibebant. In his

Magnus uterque timor latronibus : at bene si quis,
Et vivat puris manibus : contemnat utrumque.
Ut sis tu similis Cæli, Byrrhique[47] *latronum,*
Non ego sim Capri, neque Sulci[48] *: cur metuas me?*
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,[49]
Queis manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigelli[50]?
Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus :
Non ubivis, coramve quibuslibet[51]. *In medio qui*
Scripta foro recitent, sunt multi, quique lavantes
Suave locus voci resonat conclusus[52]. *Inanes*
Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno. Lædere gaudes,
Inquis, & hoc studio pravus facis[53]. *Unde petitum*
Hoc in me jacis? Est auctor quis denique eorum,
Vixi cum quibus[54]? Absentem qui rodit amicum[55].
Qui non defendit alio culpante[56] : solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis :
Fingere qui non visa potest : commissa tacere

Qui

nomina & crimina accusatorum erant, & sæpe pœnas quos deprecebantur. Ita duo libelli in secretis Caji inventi sunt, quorum alter *Gladius*, alteri *Pugio* index erat. 47 Duo perditi juvenes. 48 *Sauricus* quidem, sed delator non erat Horat. 49 Non legantur satyræ meæ in tabernis, nec prostent apud bipliopolas, qui ad pilas publicorum ædificorum sedebant. Scripta ergo nondum ediderat; premebatque in nonum annum, vel parce, & in manibus magnatum versari ea volebat : unde majus iis pretium accessit. 50 Vulgo accensebat Hermogenem, qui eximius volebat haberi. 51 Augusto recitationes istæ graves erant. 52 Balnea erant camerata, conclusa, & subobscura, ubi legenti vox sua sonora placere poterat. Mart. l. 3 epig. 44 *Et stanti legis & legis sedenti, In thermas fugio, sonas ad aurem.* 53 Respondet eis, qui mordacem se velle esse, si non poëtam, ajebant. 54 Unde, reponit Horatius, nosti me maledicum? An ab aliquo contubernali meo id audisti? 55 Definit maledicum Theophr. in charact. *qui de amicis de domesticis, mortuisque male loquitur* : Et latius, Ἐστι δὲ κακολογία ἄλογον τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις *maledicentia est contentio animi ad id quod pejus est in sermonibus.* 56 Ita Virgilium defendit Sat. 3.

Qui nequit : hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto [57].

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos [58] :
E quibus unus avet quavis adſpergere cunctos,
Præter eum, qui præbet aquam [59] : poſt, hunc quoque potus [60],
Condita cum verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & urbanus, liberque videtur
Infeſto nigris [61]. *Ego ſi riſi quod ineptus*
Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum [62] :
Lividus, & mordax videor tibi? Mentio ſi qua
De Capitolini furtis injecta Petilli [63]
Me coram fuerit : defendas, ut tuus eſt mos [64].
Te Capitolinus convictore uſus, amicoque
A puero eſt, cauſſaque mea permulta rogatus
Fecit, & incolumis lætor quod vivit in urbe.
Sed tamen [65] *admiror, quo pacto judicium illud*

57 *Niger* pro malo, malique ominis. Albus contra. Inde prov. *Albus an ater ſit neſcio.* 58 Monſtrat vel inter 2 convivas plus maledicentiæ audiri, quam in ſatyris. Olim menſis aſſidere, poſt accumbere ſolebant. Tres fere circa menſam lecti erant, & in ſingulis terni, aut quaterni homines, quorum ſitum V. in Lipſ. ant. lect. l. 3. 59 *Adſpergere aqua*, *ſuffundere frigida*, ut Plaut. ait, idem quod Belgice *lavare alicui caput*. *Præbere aquam*, perinde ut l. 2 ſat. 2 v. 68 pro convivio excipere : *Aquam* ſc. ad balneum ante vel poſt cœnam, ad vinum temperandum, ad manus, vel pedes lavandos, ut in S. Scriptura hunc morem videmus Judæis fuiſſe in uſu. 60 Conviva jam ebrius factus magiſtro convivii tandem non parcit. 61 Hic tibi, qui inimicum te maledicis profiteris, ut urbanus & feſtivus laudatur. 62 Dixerat illum verſum ſat. 2 v. 27 Hoc vero quoſdam male habuerat. Stoici certe & ab his M. Anton. nolunt rideri ἡδύσωνα ſeu βίγ'ον, h. e. alarum vitio laborantem, nec cui triſtis eſt oris anhelitus : Nam inquiunt, tales alas, tale os habet, unde odor iſte exire debet, Scilicet! 63 *Petilii Capitolini* nomina vel ex numiſmatis adhuc nota ſunt. Sed an fuerit Capitolii præfectus & rapta jovis Capitolini corona aurea ſacrilegus : ab Auguſto abſolutus, ut Acro notat, an alia furta fecerit, haud ce tum. 64 Maledici mos eſt præmittere laudem ejus cui vult nocere, idque intempeſtive ſatis. Inde prov. Ἔυνοι ἄκαιρ& ὀδὲν διαφέρ, *intempeſtiva benevolentia nihil differt ab inimitia.* 65 Habes hic execrabile illud, *Sed tamen*, unde hodieque

Fugerit. Hic nigræ ſuccus loliginis [66], *hæc eſt*
Ærugo mera [67]: *quod vitium procul abſore chartis,*
Atque animo prius, ut ſi quid [68] *promittere de me*
Poſſum aliud, vere promitto. Liberius ſi
Dixero quid, ſi forte jocoſius: hoc mihi juris
Cum venia dabis. Inſuevit pater optimus hoc [69] *me,*
Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque [70] *notando,*
Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:
Nonne vides, Albi ut male vivat filius [71], *utque*
Barrus inops [72]*? Magnum documentum, ne patriam rem*
Perdere quis velit. A turpi meretricis amore
Cum deterreret, Sectani [73] *diſſimilis ſis.*
Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere [74] *uti*
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni [75],
Ajebat. Sapiens, vitatu, quidque petitu
Sit melius, cauſſas reddet tibi: mi ſatis eſt, ſi

Tra-

maledicum fere, ut ex ungue leonem, noſcas. Præſtat aperte, & ſine circuitione ipſam rem dicere, ut Hor. facit. 66 *Latet anguis in herba. Loligo* piſcis, humoris atri, quæ quod externe alba intus nigra ſit, invidum & blandiloquum refert. 67 Venenum. 68 Tam ſancte promitto, quam quicquam poſſim. 69 *Hoc* in ablativo. *Inſuescere juvencum plaustro aut aratro, inſuescere pecus amurca*, Colum. dixit. 70 *Vitiorum quæque, quævis vitia* exemplis notare, brevis ad virtutem ſuadendam via eſt, per præcepta vero longa. Illa Demea utitur in Adelph. a. 3 ſc. 3 *Nihil prætermitto, conſuefacio. Denique tanquam in ſpeculum in vitas omnium Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi: Hoc fugito &c.* Hoc agit in Characteribus Theophraſtus. 71 *Male vivere* pro anguſte, tenuiter. Ovid. *Si genus eſt mortis male vivere.* Errant qui Albium Tibullum intelligunt, uti qui ultra 20 annos Horatio minor natu erat, quique anno ætatis ſuæ quarto & viceſimo mortuus eſt. Ni tempus repugnaret, vita ejus hîc bene convenirer. 72 *Titius Veturius Barrus*, ex luxu inops, & tandem damnatus quod Veſtalem corruperat. 73 Is, ut & Salluſtius, amare ſolebat aut mœchari. 74 Conceſſam quoque Venerem intelligit: ego, *quam nec dicere nolim.* V. Sat. 2. 75 Adulter Trebonius expertus forte, quod *deprendi miſerum eſt*, d. Sat.

Traditum ab antiquis morem ſervare, tuamque,
Dum cuſtodis eges, vitam, famamque tueri
Incolumen poſſim [76]: ſimulac duraverit ætas
Membra, animumque tuum: nabis ſine cortice [77]. *Sic me*
Formabat puerum dictis, &, ſive jubebat,
Ut facerem quid: habes auctorem, quo facias hoc,
Unum ex judicibus ſelectis objiciebat [78]:
Sive vetabat, An hoc inhoneſtum, & inutile [79] *factu*
Necne ſit, addubites, flagret rumore malo cum
Hic, atque ille? Avidos vicinum funus ut ægros
Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit [80]:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis. *Ex hoc* [81] *ego ſanus ab illis,*
Perniciem quæcunque ferunt, mediocribus, & queis
Ignoſcas, vitiis teneor [82]. *Fortaſſis & iſtinc*
Largiter abſtulerit longa ætas [83], *liber amicus* [84],
Conſilium proprium. Neque enim, cum lectulus [85]: aut me

76 Horatii pater, homo plebejus, Horatio filio dicit, Sapiens, ſeu philoſophus, qui te formabit, honeſti ac turpis rationes te docebit: ego, quam educationem accepi, te docebo, donec a corruptelis juventutis ſalvus ſis. 77 Simulac corpore & animo corroboratus eris, tuo vives conſilio. Tranſl. a pueris qui natare diſcunt ſuberi incumbentes, vel, ut nunc, veſicis, faſcibus junceis, aut cucurbitis, vulgo *Kalebaſſen*. 78 Nominabat mihi aliquem ex ſelectis judicibus, virtis ex omni ordine graviſſimis, qui feliciter eadem ratione filium ſuum rexerat. Tales in cauſa Milonis aliorumque ſelecti viri erant. 79 Nocivum. Cic. *Inutilis ſeu pernicioſus patræ civis alitur* 80 Ægri ſibi temperant, cum ex intemperie mortem audiunt. 81 More agendi. 82 Obnoxius vitiis mediocribus. Ita de ſe Sat. 6 v. 65. 83 Antiquum ſemper obtinere non vult, ſed & a mediocribus vitiis liberari: melior, quam mulos audias paſſim ac videas Chriſtianos, qui faciem prius, quam mores mutant. 84 Ingenui amici monitis corrigi vult. Hic vero non ſpernendus in ſanctimonia quoque Chriſtiana profectus haberi ſolet. Antiſthenes non ſolum amicis, ſed & acribus inimicis opus eſſe ajebat, qui conviciando a vitiis avertant. 85 Examen conſcientiæ in gentibus fuit exactius forte, quam nunc

Porticus [86] excepit, desum mihi. Rectius hoc est:
Hoc faciens, vivam melius: sic dulcis amicis
Occurram: hoc quidam non belle: numquid ego illi
Imprudens olim faciam simile [87]? *Hæc ego mecum*
Compressis agito labris: ubi quid datur oti,
Illudo chartis. Hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum: cui si concedere nolis,
Multa poëtarum veniat manus, auxilio quæ
Sit mihi: nam multo plures sumus [88]: *ac veluti te*
Judæi cogemus in hanc concedere turbam [89].

de multis Christianis ausis credere. Pythagoras id valde præcepit, & Virg seu alius quis non male complexus est his versibus, *Nec prius in dulcem declinent lumina somnum, Omnia quam longi reputaveris acta diei.* Egregie Sen. l. 3 de ira c. 36. 86 Porticus Romæ erant complures publicæ privatæque, ambulationi accommodæ. 87 *Multa aliis, sibi nihil condonat*, ut Cleob. præcepit. Infra *Vineta egomet cædam mea* l. 2 epist. 1 v. 220. 88 Exceperat se poëtarum numero. Nunc frequentiam eorum & scribendi cacoëthen carpit. Taceret nunc quicumque dixerit, *Consules fiunt quotannis & novi proconsules, Solus aut rex aut poëta non quatannis nascitur.* Non enim tot fungi nascuntur æstiva pluvia, quam nunc poëtæ, si diis placet, quotannis prodeunt. 89 Faciemus te quoque poëtam, vel poëmatum approbatorem. Judæi omnium gentium maxime rideri soliti, persecutionis nomine hic traducuntur, ut qui nihil non etiam inter Romanos faciebant, ut proselytum facerent, uti Matth. c. 23 v. 15, & Ambros. suo tempore eos fecisse testantur. Vi autem sacra protulisse Judæos, non legas, nisi sub Hircano, instigatu Pharizæorum, C fere annos ante C. N. Tum Idumæi victi & compulsi sunt in Judæorum turbam concedere: Sed magno horum & maxime Pharisæorum cum malo. Brevi enim post graves ex ea gente dominos sensere. V. Juv. Sat. 3 & 14.

SATYRA V.

Iter suum ab urbe Roma usque ad Brundusium describit, exemplo Lucilii, qui iter quod Capuam, indeque ad Siculum fretum obierat, descripserat. Horatius Mæcenatem, Coccejum & Capitonem sequebatur, qui cum Antonio, Brundusium tum obsidente, fœdus fecerunt, & Octaviam Augusti sororem ei desponderunt, A. V. C. DCCXIII & Hor. æt. XXVI.

Egressum magna me excepit Aricia [1] *Roma*
Hos-

1 Oppidulum in via Appia, Roma distans 16 pass. millia. Hod.

Hoſpitio modico [2] *: rhetor comes Heliodorus* [3]
Græcorum longe doctiſſimus : inde forum Appi [4]
Differtum nautis, cauponibus atque malignis [5].
Hoc iter ignavi diviſimus, altius ac nos
Præcinctis, unum [6]. *Minus eſt gravis Appia tardis* [7].
Hîc ego propter aquam, quod erat deterrima [8], *ventri*
Indico bellum [9], *cœnantes haud animo æquo*
Exſpectans comites. Jam nox inducere terris
Umbras, & cœlo diffundere ſigna parabat [10].
Tum pueri [11] *nautis, pueris convicia* [12] *nautæ*
Ingerere : Huc appelle : trecentos inſeris? ohe
Jam ſatis eſt [13]. *Dum æs* [14] *exigitur, dum mula liga-*
tur [15],
Tota abit hora. Mali culices, ranæque paluſtres
Avertunt ſomnos. Abſentem cantat amicam
Multa prolutus vappa [16] *nauta, atque viator*
Incipit, ac miſſæ paſtum retinacula mulæ
Nauta piger ſaxo religat [17], *ſtertitque ſupinus.*
Jamque dies aderat, cum nil procedere lintrem
Sentimus : donec cerebroſus proſilit unus,
Ac mulæ, nautæque caput, lumboſque ſaligno

ducatus *La Riccia.* 2 Mediocritatis mirum amatorem ſæpe jam monſtravi. 3 Cum ἀμούσοις haud conveniſſet Horatio, qui Græcam quoque linguam amabat. 4 Oppidulum prope Paludes Pomptinas, ubi nautæ & caupones verſabantur & habitabant. 5 V. Sat. 1 v. 29. 6 Biduum conſumſimus in iter uſque ad Forum Appii, quod expediti magis quam nos, uno die confeciſſent. 7 Ob multa ad eam diverſoria. 8 Omnis enim iſta regio paluſtris eſt. 9 Non cœnabat, quod fœtentem aquam nollet, & vinum non auderet bibere ob lippitudinem. Martial. de lippiente ebrioſo ait, *Vinum Phryxe, oculus bibit venenum.* l. 6 epigr. 78. 10 Noctu, ait Strabo l. 5, a foro Appii Feroniam navigabatur. 11 Famuli. 12 *Convicia* quaſi *convocia.* 13 Recipis trecentos, ohe, linter ſidet. 14 Naulum, de *vragt.* 15 Tractura lintrem. 16 *Bibendo profuſus*, Serv. in Æn. 1 *pleno ſe proluit auro.* 17 *Piger nauta religat ſaxo retinacula mulæ miſſæ paſtum.* Alligatur ergo mula, non linter. Is enim ſponte nil procedit in illa

Fuſte dolat [18]. *Quarta vix demum exponimur hora* [19].
Ora, manuſque tua lavimus Feronia lympha [20].
Millia tum pranſi tria repſimus [21], *atque ſubimus*
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur [22].
Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque
Cocceius [23], *miſſi magnis de rebus* [24] *uterque*
Legati, averſos ſoliti componere amicos. [25]
30 Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere [26]. *Interea Mæcenas advenit, atque*
Cocceius, Capitoque ſimul Fonteius, ad unguem
Factus homo, Antoni, non ut magis alter, amicus [27].
Fundos [28] *Aufidio Luſco prætore* [29] *libenter*
Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ [30],
Prætextam [31], *& latum clavum* [32], *prunæque batillum* [33].

In

foſſa. 18 Concitatior aliquis viator fuſte e ſalicibus ripæ appoſitis ſciſſo nautam & mulam dolat ſeu contundit. 19 Hora noſtra decima demum egrediuntur, ubi oriente ſole poterant. 20 Cum joco alloquitur Junonem Feroniam, quæ Feroniæ templum, lucum, fonteſque habebat. His ſe Horatius lavat. Hîc illius numine afflati ardentes prunas nudis pedibus illæſi calcant; hic nemus cum arſiſſet, ſubito reviruit, cum deæ ſimulacrum auferre inde pararent, Strabo l. 5. 21 Narrat ſe prandiſſe, nec cœnam exſpectaſſe, ut qui iter faceret. 22 *Anxur*, unde Jupiter Anxurius, oppidum Latii, ſaxis impoſitum. Inde poſt Tarracina dicta, quaſi τραχὶνη *aſpera*. 23 Coccejus juris conſultus proavus Nervæ Cæſaris, Auguſto & Antonio gratus. 24 V. Argum. 25 Sæpe Auguſtum cum Antonio, viro parum honeſto fidelique, reconciliaverant, V. Suet. c. 17. 26 Inunxi oculos lippientes. Egregium legationis comitem, niſi ingenium ingens ſub fædo aſpectu latuiſſet! 27 Fontejus Capito pro Antonio aderat. Hunc ut conſummatæ virtutis virum laudat, utens metaphora a marmorariis, qui ungue explorant an marmor ſatis leve politumque ſit. Græci id vocant ἐξονυχίζειν. 28 Oppidum in via Appia 20 milliaria a Tarracina. 29 Aufidii Fundis orti, indeque Livia. Suet. in Cajo c. 23. Hic Aufidius prætor, ſic dictus quod præerat juri dicundo, legatos ſalutaſſe, & adventum eorum in municipium ſuum incolumem gratulatus fuiſſe videtur. 30 Hi tanti viri rident pompam ac faſtum, quo prætoriam dignitatem in municipio tuebatur Aufidius, quam ſcribatus Romæ obiti mercedem ac præmium acceperat. Scribæ Romæ viles erant, & ex ſcribarum ordine nemo in Senatum legi poterat. 31 Togam albam cum limbo purpureo, quam *ſupra tunicam honorati quique induebant*, Non. Marc. & in coloniis mu-

In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus 34,
Murena præbente domum, Capitone culinam 35.
Postera lux oritur multo gratissima: namque
Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliusque
Occurrunt 36: *animæ, quales neque candidiores*
Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter.
O, qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim jucundo sanus amico.
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit, & parochi quæ debent ligna salemque 37.
Hinc muli Capuæ 38 *clitellas tempore ponunt.*
Lusum it Mæcenas, dormitum ego, Virgiliusque;
Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis 39.
Hinc nos Cocceii recipit plenissima villa,
Quæ super est Caudi cauponas 40. *Nunc mihi paucis*

nicipiisque magistratus, Liv. l. 34. V. epod. 5 n. 3. 32 *Latus clavus* vestis interior sub prætexta, cum aureis seu purpureis decorata clavis, seu, ut alii, limbis latioribus in senatore, in equite angustioribus, unde *angusti clavium.* Cujac. obs. l. 12 c. 39 cum Acrone *latum clavum* & *colobium* pro eodem accipit. 33 Ignem in batillo præferri jubebat summæ potestatis insigne, ut imperatores solebant. Bœcl. in Herod. Commodo. 34 Pernoctamus Formiis, quas Mamurrarum vocat, vel quod Mamurra Augusti intimus & potens homo earum dominus esset, vel familia sua inde oriunda. 34 Murena frater Liciniæ, quæ post Mæcenati nupsit, & Capito Formiis domos habebant. Ille domum, hic cœnam dabat. 36 Sequenti die Sinuessæ, urbe campaniæ, ad ostia Liris fluvii, ubi nunc *Rocca di Mondragore*, occurunt Plotius & Varius & Virgilius magni poëtæ. 37 Villula quæ proxima ponti Vulturno Campaniæ flumini impositio, legatis domum, ligna & salem præbuerunt. *Parochi*, a παρέχειν, *præbitores*, Belg. *Fouriers*, sunt curatores qui reip. aut Cæsaris nomine ex l. *Jul. de provinc.* eorum legatis, aut militibus exigebant hospitium, jumenta, fœnum, palearn, salem, ligna, aliaque, quæ municipiis aut pagis certo descripta aut imperata erant. V. Suet. in Aug. c. 36. 38 Eo die Capuam, Campaniæ metropolin, vecti sumus. Hæc duo M. passuum sita fuit supra Capuam, quæ nunc est. 39 Horatii oculis lippientibus & Virgilio debili seu crudo stomacho, pilæ lusus nimiusque ille motus non conveniebat. In hoc tamen disputari v. apud Muret. Var. lect. l. 1 c. 11. 40 Hinc rebus omnibus affluens villa Cocceii, quæ est super *cauponas Claudii*, al. l. *Caudi*, nos excipit. Certe *Caudium* oppidum, hod. *Arpaia*, & Furcæ Caudinæ sunt inter Capuam & Be-

Sarmenti scurræ pugnam, Messique Cicerri 41,
Musa, velim memores 42, *& quo patre natus uterque*
Contulerit lites. Messi clarum genus Osci 43,
Sarmenti domina exstat 44. *Ab his majoribus orti*
Ad pugnam venere. Prior Sarmentus, equi te
Esse feri similem dico. Ridemus: & ipse
Messius, accipio 45: *capat & movet* 46. *O, tua cornu*
Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres? cum
60 Sic mutilus minitaris? At illi fœda cicatrix
Setosam lævi frontem turpaverat oris 47.
Campanum in morbum, in faciem 48 *permulta jocatus,*
Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis 49.
Multa Cicerrus ad hæc: donasset jamne catenam
Ex voto Laribus 50, *quærebat: scriba quod esset,*
Deterius nihilo dominæ jus esse 51: *rogabat*

Deni-

neventum: notæ satis, quod Romani hic aliquando sub jugum missi erant, Liv. l. 9. 41 Sarmentus & Messius Cicerrus Augusti Scurræ, seu festivitatis servuli, par nobile scilicet. 42 Quasi rem gravem narraturus, Musas implorat. 43 Ironice Messi genus clarum dicit, quod Oscus esset. Osci prius Opsci, Campaniæ maritimæ populi, & in his Capuenses, libidinibus infames erant. Ab illis forte *Obscœnus* dicitur. 34 Sarmentus a domina aufugit: hæc persequi apud Augustum, scurram non ausit. 45 Quasi ad duellum provocatus. 46 Ut leo cum irascitur. Ov. met. 1 v. 179. 47 Sarmentus, quod fædam cicatricem in fronte Messii videret, exprobrat ei, quam cornu moveres, si non exsectum foret? 48 Campani luxu perditi, & ore morigeri, & facie fædi erant. Auson. *Et quam Campanis Capitalis luxus inusit.* Plaut. Trin. A. 2 S. 4 *Sed Campas genus Multo Syrorum jam antidit patientiæ*, i. e. Campani Syris adhuc patientiores sunt. 49 Messius cicatrice illa frontis & mole corporis Cyclopem, (de quo p. 13 n. 9) Polyphemum repræsentare poterat. 50 Sarmentum servum adhuc dicit. Servi, maxime ostiarii, qui erant in catenis (perinde ut qui arti alicui renunciarent deo ejus præsidi instrumenta) manumissi catenas consecrabant. *Lares* præ aliis deis, Mart. vero v. 3 epig. 23 Saturnum, dicit, forte ut Sarmento exprobraret, hos foci deos, toties a se purgatos, optime nosse: Seu id deberi Laribus, cum pelle & cane ad iter semper quasi paratis, unde *succincti* vocantur. De donariis v. p. 16 n. 12 Christiani quinto sæculo eadem suspenderunt in templis. Bochart. 2 Hier. l. 2 c. 36. 51 Servi amanuenses in domo herili noti fuere. Hic scriba

Denique, cur unquam fugisset: cui satis una
Farris libra foret, gracili sic, tamque pusillo 52.
Prorsus jucunde cœnam produximus illam 53.
Tendimus hinc recta Beneventum 54. *Ubi sedulus hospes*
Pene macros 55 *arsit dum turdos versat in igne.*
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, summum properabat lambere tectum.
Convivas avidos cœnam, servosque timentes
Tum rapere, atque omnes restinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Appulia notos
Ostentare mihi 56, *quos torret Atabulus* 57, *& quos*
Nunquam erepsemus 58, *nisi nos vicina Trevici* 59
Villa recepisset lacrymoso non sine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.
Hic ego mendacem stultissimus usque puellam
Ad mediam noctem expecto: somnus tamen auferт
Intentum Veneri 60: *tum immundo somnia visu*
Nocturnam vestem maculant, ventremque supinum.
Quatuor hinc rapimur viginti & millia rhedis,

Man-

scil. publicus factus, operas dominæ se debere, vel pretium sui exsolvere melius posse, ait. 52 Sarmentum fugitivum ait sine causa, cum gracili ejus corpori demensum, quod ex l. 12 tab. libra farris erat, sufficeret. 53 Jucunda & ridicula legatis, eorumque comitibus, viris elegantissimis, hæc scurrarum pugna visa est, non venusta. Nam inter γελοῖον καὶ ἰυχαῖον *ridiculum* & *venustum* distinguitur, uti inter Thersiten, quem & Hom. ridiculum exhibet, & Cupidinem. 54 Urbs Hispanorum 28 passuum M. a Capua, sic dicta cum Romani eo coloniam deduxissent, cum ante esset *Maleventum*. 55 Suave est quod dicit *hospitem sedulum in macris turdis*, ejusque cum tota domo & cœna periculum. 55 In medio tecto olim apertura erat, quam capnodochen, seu fumi receptaculum vocabant. 56 Extra Beneventum montes Apuliæ sibi notæ, patriæ suæ, cernit. 57 Ventus Appulus, Iapyx, sic dictus a Græcis Apuliæ incolis qu. αἴτην ϑάλλων *damnum ferens*. V. Gell. l. 2 c. 22. 58 Uno sc. die. *Erepsemus*, Virg. *extinxem*, per syncopæ. 59 Trevicum urbs in Campaniæ finibus. De iis qui libidinem in proprio corpore frangunt prov. usitatum videtur, *ipsa olera olla legit*. Sed v. Catul. epigr. in Mamurram 95 & epigr. 33. 60 *Tamen* pro *tandem*.

Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est 61:
Signis perfacile est: venit vilissima rerum 62
Hic aqua: sed panis longe pulcherrimus, ultra
90 Callidus ut soleat humeris portare viator:
Nam Canusi 63 *lapidosus, aquæ non ditior urna* 64,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim 65.
Flentibus hinc Varius discedit mœstus amicis.
Inde Rubos 66 *fessi pervenimus, utpote longum*
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior: via pejor, adusque
Bari mœnia piscosi 67. *dehinc Gnatia* 68 *Lymphis*
Iratis extructa 69 *dedit risusque jocosque,*
Dum flamma sine, tura liquescere limine sacro
100 Persuadere cupit 70. *Credat Judæus Apella*
Non ego 71: *namque deos didici securum agere ævum* 72:

Nec,

61 Equotutico, Hod. *Ariano*, aliis *Foggia*, oppidulum Apuliæ Dauniæ. 62 At Pind. incipit opus suum, Ἄριστον μὲν τὸ ὕδωρ. 63 *Canusium*, olim magna urbs Apuliæ ad Aufidum, sæpe magnam partem siccum, a Cannis 3 pass. M. diffita. Nunc *Canosa*. 64 Non ditior aqua, quam Equotuticum. 65 Diomedes Dux Græcorum contra Trojam nobilissimus, præter alia egregia facinora, Martem & Venerem quoque vulneravit. Hæc in vicem tantæ injuriæ, uxore illius Ægiale libidine corrupta, solum vertere coëgit, isque venit in Apuliam, ubi varia oppida condidit. 66 Urbem Apuliæ, ubi nunc *Ruvo*. 67 *Barium* Apuliæ oppidum, nunc ducatus *Bari*, ad mare Adriaticum, & inde *piscosum*. 68 Gnatia, Egnatia, urbs ad mare quoque, Barium inter & Brundusium, sita. 69 Ob salsam aquam, vel quod Gnatia sit lymphatica i. e. stulta, eoque exemplum mox servit. *Lympha* pro Nympha. *Lymphati* dicuntur furiosi: creditum enim a Nymphis, si conspicerentur, furorem immitti. Fest 70 Plin. l. 2 c. 107 *In* Sallentino *oppido* Egnatia, *imposito ligno in saxum quoddam, protinus flammam existere*, & Solin. c. 5 de Vulcanio Siciliæ colle idem scribit. Cives Gnatiæ persuadere id cupiebant, sed Hor. lymphatos dicit, ridetque hoc ut fictum miraculum. Ignem cælitus delapsum ad preces Eliæ absumpsisse holocausta, & reliqua sacrificia, scimus ex 1 Paral. c. 21. Diaboli vero virtute, ut qui est simia dei, ignem cœlitus lapsum a Vestalibus Romæ, a Brachmanibus in India, a Persis quoque servatum fuisse, & alias in sacrificia descendisse, tam multis testibus denegare difficile docet Bochart. 1 Hieroz. l. 2 c. 35 & Huet. ex vera Eliæ historia fabulam venisse. 71 Judæus Apella, nomen proprium Judæi, est apud Cic. Laërt. Clem. Alex. Aristidem

Nec, si quid miri faciat natura 73, *Deos id*
Triſtes 74 *ex alto cœli demittere tecto.*
Brunduſium 75 *longæ finis chartæque, viæque.*

alioſque. V. Huet. ibid. in f. propoſ. 4 Demonſtr. Euang. & Menag. in Laërt. *Apella* pro recutito, ſine pelle (ut Judæi omnes circumciſi ſunt) dici nequit: nam A privativa litera foret longa. Cæterum nihil enorme aut abſonum, quin jocum in Judæos, gentibus contrarios, faceret. Ita Mart. de bene vaſato, *Judæum nulla ſub cute pondus habet*, & l. 12 epig. 57. 72 Hor. certe juvenis cum eſſet *Epicuri de grege porcus* vocari poteſt. Epicurus omne negotium active & paſſive, ut vulgo dici ſolet, a deo amovit. 73 Credit arte quadam ignem ſubito arſiſſe, uti Varro Hirpinenſes narrat nudis pedibus inceſſiſſe ſuper ignem ſacrificii, quod quotannis Apollini faciebant, inunctis ſcilicet unguento aliquo pedum plantis. 74 Serios. Gentes de deo loquebantur, ut infantes de lumine. 75 *Brenteſion*, vox Cretica, notat caput cervi, cujus imaginem referebat cum portu ſuo Brunduſium, Hod. *Brindes*, urbs regni Neapolitani. Româ abeſt trecenta & ſexaginta paſſ. M. Hæc 15 diebus confecit Horatius.

SATYRA VI.

Veram in hac Satyra docet nobilitatem haud conſiſtere familia veteri, aut ampla dignitate, ſed virtute, morumque & opinionum rectitudine. Arguit eos qui ſe majora cupiunt. Et humilem originem bonamque ſui educationem dum recenſet, patris optime meminit.

Non, quia, Mæcenas, Lydorum quicquid Etruſcos
Incoluit fines, nemo generoſior eſt te 1:
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus 2 *imperitarint:*
Ut plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco 3
Ignotos 4, *ut me libertino patre* 5 *natum.*

Cum

1 Non quia omnium Lydorum, (qui duce Tyrrheno Etruriam ſe contuliſſe dicuntur) nobiliſſimus es, alios humiliores contemnis. V. p. 1 n. 1. 2 Exercitibus. Proprie enim legio ad Romanos pertinebat, continens fere ſex M. Singulis millibus Tribunus præerat tempore C. Marii, qui primus legionem e quatuor millibus ad ſex millia auxit. V. Veget. l. 2. 3 Narium attractione irriſionem notari norunt omnes: nam, *Juvenesque ſenesque Et pueri naſum rhinocerotis habent*, Martial. licet Brodæus a Græcis Latinos id accepiſſe velit. Miſc. l. 4 c. 32. 4 Novos, vix vicinæ ſuæ notos, terræ filios. 5 Patre manumiſſo. *Libertinum* dicit pro liberto. V. tamen Caſtal. Var. lect.

Cum referre negas, quali ſit quiſque parente
Natus, dum ingenuus [6]: *perſuades hoc tibi vere,*
Ante poteſtatem Tulli, atque ignobile regnum [7],
Multos ſæpe viros nullis majoribus ortos,
Et vixiſſe probos, amplis & honoribus auctos.
Contra Lævinum Valeri genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulſus fuit [8], *unius aſſis*
Non unquam pretio pluris licuiſſe [9], *notante*
Judice, quem noſti, populo: qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis [10], & famæ ſervit ineptus [11]:
Qui ſtupet in titulis, & imaginibus [12]. *Quid oportet*
Nos facere à vulgo longe lateque remotos [13]?
Namque eſto, populus Lævino mallet honorem,
Quam Decio mandare novo [14], *cenſorque moveret*

Appi-

c. 13. Originis ſuæ Horat. nihil pudet: in quo Socratem imitatus, qui ſe ſæpe obſtetricis filium vocat. 6 Ingenuitatem illam ad animum, more que, non ad naſcendi conditionem refer. 7 Exemplis utitur, ut probet nobilitatem non natalibus cenſendam: Lævinum illuſtri natum genere nihili habitum, Servium Tullium autem Servi filium ad regnum fuiſſe evectum. Ita ex vulgi opinione. Vere enim pater Corniculi, patria ſua, nobiliſſimus fuit, ſed in bello contra Rom. occiſus eſt: matrem Romæ captivam Tanaquil Tarquinii Priſci uxor facillime habuit, & liberam eſſe juſſit, & Serv. Tullium, ut proprium filium, educavit. 8 P. Val. Lævinus ignaviæ deditus in poſteris Valerii Publicolæ fuit, qui Coſ. ſuffectus Collatino, cum Bruto collega Tarquinium expulit. 9 Tranſl. ab auctionibus, in quibus & ſervi vendebantur, nec emtorem inveniebant, uti id accidit, cum Sardi venirent. 10 Populus ante Cæſares dabat *Imperium, faſces, legiones, omnia*, Juven. 11 Ex fama, non virtute æſtimat omnia. 12 Cic. in Piſ. *Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione furioſarum imaginum, quarum nihil habes ſimile præter colorem.* Nota, imagines ſine titulis olim fuiſſe, poſt vero titulos acceſſiſſe, V. Periſſ. obſ. hiſt. c. 7. 13 Si & populus Lævinum deſpexerit, licet illuſtri genere natum, quid nos facere decet, qui non ut populus falſis vocibus utimur? v. od 2 l. 2. 14 Stet hoc firmum ac ratum, licet populus de Lævino recte ſemel judicarit, mallet tamen præferre nequam hominem, ſi modo ſit illuſtri natus genere, quam probum virum, ſi is novus ſit. P. Decius Mus primus e ſuis Coſ. cum filio & nepote pro patria ſe devoverunt, Val. Max.

Appius, ingenuo si non essem patre natus [15]:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem [16].
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis [17]. *Quo tibi, Tulli,*
Sumere depositum clavum, fierique tribunum [18]?
Invidia accrevit, privato quæ minor esset.
Nam ut quisque insanus nigris medium impedit crus
Pellibus [19], *& latum demisit pectore clavum* [20]:
Audit continuo: Quis homo hic est? Quo patre natus?
Ut si qui ægrotet, quo morbo Barrus, haberi
Et cupiat formosus: eat quacumque, puellis
Injiciat curam quærendi singula [21], *quali*
Sit facie [22], *sura quali, pede, dente, capillo:*
Sic qui promittit, cives, urbem sibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra Deorum [23]:
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare, & quærere cogit.
Tune Syri, Damæ, aut Dionysi filius [24], *audes*
Deji-

15 Appius Cl. Cæcus severus Censor primus libertorum filios in Senatum allegit. Libertini vero tum erant ingenui ex manumissis procreati. Horatius ergo ad senatum non venisset, ut qui lege censoria libertinus tantum, non vero libertini filius esset. V. Suet. in Claud. c. 16 & 24. 16 Quod conditione mea non essem contentus. Alludit ad fabulam asini leonina pelle se induentis, cum non esset contentus sua sorte. Sed vulpes mox eum detexit. In pellibus dormire Germani solebant, unde *Bernhaulter*. 17 Excusatione uti possem, gloria in sui communionem admittit nobiles & ignobiles. Transl. a triumphis, 18 Acro, *Tullius hic senatu motus est a Cæsare quasi Pompejanus: occiso vero Cæsare recepit latum clavum, & Tribunus militum factus est.* 19 Postquam in senatum allectus est, & jus habet induendi ocreas ex aluta nigri coloris, pedes adusque mediam tibiam tegentes. 20 V. Sat. 5 n. 32. 21 Helena ad Paridem, *Et nobis omnia de te Quærere, si nescis, maxima cura fuit.* 22 Donat. in Ter. *Non partem corporis dicit, sed totam speciem quæ apparet & cernitur.* 23 Senatores jurabant se cives, urbem, imperium &c. curatoros. Cic. vocat Senatum *Principem Salutis publicæque mentis.* 24 Hor. rogat Tullium, servuli alicujus filium. Servi multi erant Syri, inde *Syrus* pro servo passim sumitur. *Damas* pro *Demetrio*, illiusque appellatio sordidissima erat. V. Sen. præf. l. 3 controv.

Dejicere e ſaxo cives [25], *aut tradere Cadmo* [26]?
At Novius collega gradu poſt me ſedet uno [27].
Namque eſt ille [28], *pater quod erat meus. Hoc tibi Paulus,*
Et Meſſala videris [29]. *At hic, ſi plauſtra ducenta,*
Concurrantque foro tria funera, magna ſonabit,
Cornua quod vincatque tubas [30]. *Saltem tenet hoc nos* [31].
Nunc ad me redeo libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc, quia Mæcenas tibi ſim convictor [32]: *at olim:*
Quod mihi pareret legio Romana tribuno [33].
Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſan honorem
Jure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum [34]:
Præſertim cautum dignos aſſumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc
Me poſſunt caſu [35], *quod te ſortitus amicum.*
Nulla etenim mihi te fors obtulit. Optimus olim
Virgilius, poſt hunc Varius [36] *dixere quid eſſem.*
Ut veni coram, ſingultim pauca locutus:
Infans

25 Tribunorum, vel e Senatu lectorum erat, damnatos de Tarpeja rupe dejicere. 26 Cadmus notus erat id temporis lictor. 27 Tullius reſpondet, In Senatu mecum ſedet Novius uno me inferior gradu. 28 Libertus ſcil. 29 Reponit Hor. quia uno gradu magis diſtas a ſervili conditione quam Novius, videris nobilis eſſe Paulus, aut Meſſala Corvinus. 30 Novius ſenator cum Stentoria voce ſua ducenta plauſtra, vel tria concurrentia funera, quæ in foro ſubſiſtere ſolebant, ſiſtere poſſet, adeoque præco eſſe, & vincere cornua & tubas, quæ in funeribus adhibebantur. 31 Hoc non leve eſt. 32 Paraſitus Mæcenatis. Auguſtus inde ad Regiam menſam & ad epiſtolas ſcribendas eum vocavit, ſed recuſavit. V. Hor. vitam. 33 In Bruti caſtris Tribunus, fugerat. L. 2 od. 7. 34 Si ego dignus ſim cujus honoribus invideant, tu, Mæcenas, ſupra invidiam es, & judicio tuo ac præſidio ſat dignum facis. 35 Cum certo judicio amicos legas, caſu me tibi conciliatum non poſſunt dicere. 36 Hi duo nobiliſſimi poëtæ jam mortui erant.

Infans namque pudor prohibebat plura profari 37 :
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo 38,
Sed, quod eram, narro. Respondes, ut tuus est mos,
Pauca. Abeo, & revocas nono post mense, jubesque
Esse in amicorum numero 39. *Magnum hoc ego duco,*
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre præclaro, sed vita, & pectore puro.
Atqui si vitiis mediocribus, ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta : velut si
Egregio inspersos reprendas corpore nævos :
Si neque avaritiam, neque sordes, ac mala lustra 40
Objiciet vere quisquam mihi : purus, & insons,
Ut me collaudem, si & vivo charus amicis,
Causa fuit pater his 41, *qui macro pauper agello*
Noluit in Flavi ludum 42 *me mittere : magni*
Quo pueri magnis è centurionibus orti 43,
Lævo suspensi loculos, tabulamque lacerto 44,

37 Natura timidus erat Horatius. Id vero cum magnis oratoribus, Cic. Demosth. &c. commune habuit. V. quæ noto ad init. orat. pro Dej. Sup. p. 99. 7. 38 Ingenuam modestiam, non jactantiam amant principes. Hac Hor. se Mæcenati commendavit. Non ego, ait, narro me tantum agri possidere, ut id pedibus non possim circuire, sed cogar vectari circum rura mea equo Satureiano i. e. optimo, quales alebantur in agris Satureianis fertilissimis, in Apulia. *Saturum* olim urbs, nunc vicus amænus, v. *Saturo*. Delicias istas crepat Gripus in Rud. Plaut. a. 4 s. 2 *Post animi causa mihi navem faciam, atque imitabor Stratonicum; Oppida circumvectabor.* 39 Interim tam longo tempore Hor. ei gravis non est, & Macenas explorat, num dignus sit amicitia. Dissimilis Philippo Mæcedoni, qui facilius parabat amicitias, quam retinebat. 40 *Sordes* vocat insignia vitia. *Lustra* sunt proprie ferarum sub terra cubilia. Inde pro lupanaribus & caveis plerumque subterraneis sumuntur : illic enim degentes Ulyssis sociis similes fiunt, & in porcos transformantur. 41 Q. d. dicant patrem fuisse libertum, at ita pater me educavit, &c. 42 Flavius arithmeticæ ludum seu scholam habuit, forte Venusii, in patria Horatii. Ad hunc pueri mittebantur ab iis qui fœnori studebant & avaritiæ. In art. poët. v. 325 *Romani pueri longis rationibus assem Discunt in partes centum diducere* &c. 43 Loquitur de primopilis, qui Tribunis fere pares erant. Hi filios non ad egregias artes, sed lucri quæstusque studia ducebant. 44 Notat avaritiam magno-

Ibant octonis referentes Idibus æra 45.
Sed puerum est ausus Romam portare, docendum
Artes, quas doceat quivis eques, atque senator
Semet prognatos: vestem, servosque sequentes
In magno ut populo si quis vidisset: avita
Ex re præberi sumptus mihi crederet illos 46.
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat 47. *Quid multa? Pudicum* 48,
Qui primus virtutis honos, servavit ab omni
Non solùm facto, verùm opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor
Mercedes sequerer 49, *neque ego essem questus. Ob hoc nunc*
Laus illi debetur, & a me gratia major.
Nil me pœniteat sanum patris hujus, eoque
Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
Quod non ingenuos habeat, claroque parentes,
Sic me defendam. Longè mea discrepat istis
Et vox, & ratio. Nam, si natura juberet
A certis annis ævum remeare peractum,
Atque alios legere ad fastum quoscunque parentes,
Optaret sibi quisque: meis contentus, honestos
Fasci-

rum istorum centurionum, qui ipsi sua gestabant, lævo, ut fit, brachio. 45 Ibant in scholam referentes pensum ipsis datum, scil. supputationem quanta *æra* seu usura per mensem, & dimidium mensis, ex certa sorte rediret. Nam de Minervali menstruo hæc non accipio, ut Loensis epiph. l. 2 c. 13, aliique perperam. 46 Liberaliter Horatium educabat pater, vestibus ornabat & servos ei dabat, acsi e nobili ac divite esset familia. 47 Roma tam vitiis perdita erat, ut *custos*, *rector* filiis prodeuntibus daretur. Horatii pater nec magistris satis fidens filium comitabatur. 48 Vides hic τὸ *Pudicum* poni sine oppositione ad *impudicum* κατ' ἐξοχήν. 49 Voluit me quovis sumtu egregios ingenii cultus capessere, licet vix majorem conditionem sperare mihi posset, quam ut præco in auctionibus, aut coactor, seu collector essem, qualis ipse erat.

Fascibus, & sellis 50 *nolim mihi sumere: demens*
Judicio vulgi, sanus fortasse tuo: quòd
Nollem onus haud unquam solitus portare molestum 51.
Nam mihi continuò major quærenda foret res,
Atque salutandi plures 52: *ducendus & unus,*
Et comes alter, uti ne solus, rusve, peregrè 53
Exirem: plures calones atque caballi
Pascendi: ducenda petorrita 54. *nunc mihi curto*
Ire licet mulo 55, *vel, si libet, usque Tarentum* 56.
Mantica cui lumbos onere ulceret 57, *atque eques armos* 58.
Objiciet nemo sordes mihi, quas tibi Tulli,
Cum Tiburte via prætorem quinque sequuntur
Te pueri, lasanum portantes, œnophorumque 59.

50 Consules, Prætores, Ædiles &c. qui fasces, & curules sellas, honorum insignia habebant. Gell. l. 3 c. 18 *Senatores qui curulem magistratum gessissent, curru vehebantur in curiam, honoris gratia: in eo vero curru sella erat, super quam considerent, quæ ob eam causam curulis appellata. Senatores autem majoribus honoribus nondum perfuncti, pedibus itabant in curiam, unde & pedarii nominabantur.* Alii aliter de sella curuli loquuntur. V. epist. 1. Porro e contemtu sui, ut nec si optio detur, alios sibi legeret parentes, Christianis si non majorem, certe parem hic virtutem videas in poëta nostro. 51 Honos ipsi onus. 52 *Petorritum*, genus carri 4 rotarum. πέτορες Æol. pro τέσσαρες, vel ab Osca voce, *petora*, similiter quatuor significante. Gallicum vehiculum dicitur, forte quod Galli a Massilienſibus colonis Ætolum acceperunt. Bochartus. Sed Menag. in Amæn. juris ex H. Vales. scribit, Massilienses ab Ionibus potius oriundos. v. c. 3. 55 Vili mulo, cui decurtata est cauda. Cic. ad Pæt. l. 9 epist. 18 *Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quum Canterium* (equum) *comedisti, Romam pervehi.* Ditiores enim equo vehebantur. 56 Ad ultimos Italiæ fines. 57 Ait mulum suum premi sarcinis impositis. Laudatur hoc nomine Cato Sen. epist. 88 *O quantum erat seculi decus, imperatorem, triumphalem, censorium, & quod super omnia hæc est, Catonem uno caballo esse contentum, ac ne toto quidem: partem enim sarcinæ ab utroque latere pendentes occupabant!* 58 Jocatur Horat. secum: Aut quod parvus, aut quod malus esset eques. 59 Dixerat honorem onus esse, se privatum sine pompa contentum vivere, & conditioni suæ convenienter. At objici sibi avaritiam non posse, uti Tullio Prætori, quem in Tiburte via frequentissima 5 servi sequuntur, portantes lasanum seu lebetem, ollam & vas vinarium, ne ullibi in diversorio expendere

Hoc ego commodius [60], *quam tu, præclare Senator,*
Millibus atque aliis vivo. Quacunque libido eſt,
Incedo ſolus: percurrior quanti olus, ac far:
Fallacem circum [61], *veſpertinumque pererro*
Sæpe forum [62]: *aſſiſto divinis* [63]: *inde domum me,*
Ad porri, & ciceris refero, laganique [64] *catinum.*
Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet [65]: *aſtat echinus* [66]
Vilis, cum patera [67] *guttus* [68], *Campana ſupellex* [69].
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quod cras
Surgendum ſit mane: obeundus Marſya [70], *qui ſe*
Vultum ferre negat Noviorum poſſe minoris [71].

Ad

quicquam cogatur. 60 *Divitias operoſiores* ubique contemnit. 61 *Circus maximus*, a Tarquinio Priſco ſpectaculis deſignatus, Palatinum inter & Aventinum montem, 3 ſtadia longus, 4 jugera latus. *Fallacem* vocat circum; nam illic circulatores, aſtrologi, ſomniorum interpretes, & ejus farinæ homines. 62 Veſperi ait forum ejuſque porticus ſæpe pererrare non meditandi cauſa, ſed ſe oblectandi mercatu illo rerum furtivarum, qui ibi inſtitui tum ſolebat. Hinc Plauti prov. in mil. glor. *Veſpere ſuo vivere*, i. e furtis ſuis vitam tueri. Petron. *Veniebamus in forum deficiente jam die, in quo notavimus frequentiam verum venalium, non quidem pretioſarum, ſed tamen quarum fidem male ambulantem obſcuritas temporis facillime tegeret.* 63 Divinatoribus. 64 Lamb. l. *lachanum*, *olus*, *beta*. Id ad cœnam facilem & parabilem pertinet. 65 Menſa, abacus ex albo lapide ſeu marmore ſuſtinet *duo pocula*, unum vini, aquæ alterum, item *cyathum*, quo vinum ac aqua haurirentur. Hinc intelligitur jocus Marcelli, qui cum Syracuſas obſideret, ejuſque naves Archimedes ſublevaret, & rurſus mari illideret ac ſubmergeret, ut depreſſa puppi vel prora plurimum aquæ acciperent, ajebat, Archimedem ſuis navibus pro cyathis uti. Plut. 66 Salinum echini formam habens, vel pollubrum ſeu malluvium. 67 Unde vinum aut ciborum primitiæ in epulis ſolebant diis libari ſeu effundi. V. od. 16 l. 2. 68 Vas guttatim effundens, forte unguentum, vel condimentum olei aut aceti. 69 Fictilia vaſa. 70 Seu ad vadimonium, lites enim non amat, ſeu ad ſumendam a fœneratoribus pecuniam, aut uſuras ſolvendas, a quibus abhorret. In prima autem fori parte erat Marſyæ ſtatua, qui, quod cum Apolline contendiſſet, excoriatus eſt. Apud illam vadimonia ſiſtebantur, cauſidici & forenſes aderant: Ibi quoque fœneratores ſedebant. 71 Ex geſtu Marſyæ, dicit poëta, eum averſari Novium minorem ſc. fratrem, vilem hominem & lucro ſolum deditum, eo quo-

Ad quartam jaceo: post hanc vagor, aut ego lecto,
Aut scripto 72*, quod me tacitum juvet. Ungor olivo,*
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis 73*.*
Ast, ubi me fessum Sol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio rabiosi tempora signi 74*.*
Pransus non avidè 75*, quantum interpellet inani*
Ventre diem durare 76*, domesticus otior* 77*. Hæc est*
Vita solutorum misera ambitione, gravique:
His me consolor 78*, victurum suavius, ac si*
Quæstor 79 *avus, pater atque meus, patruusque fuissent.*

que venire inter iudices & Senatores. 72 Lectito, scriptito. 73 Optimo olivo se inungit, non lampadibus detracto, uti Natta sordium & avaritiæ nomine notus. Pers. Sat. 3 v. 31 *Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ.* 74 Æstate, diebus Caniculatibus balnei refrigerium quæro. Aliis enim tempestatibus oleo, vel modico balneo uti mos fuit. Sen. epist. 86 *Imo si scias non quotidie lavabatur: nam, ut ajunt, qui priscos mores urbis tradiderunt, brachia & crura quotidie abluebant, quæ scilicet sordes opere collegerant, cæterum toti nundinis lavabantur.* Festis & ad epulas ituri lavare se quoque solebant. 75 Olim modico prandio usos fuisse, ut ad opus toto die essent idonei, vespera vero cœnasse, & noctem corpori curando impendisse, notum. v. p. 1. 76 Tantum prandebat, quanto opus esset, ne stomachus esset inanis. 77 Domi se suæ laxat, non lassat, Secum habitat, nec se quæsiverit extra. 78 Dicant me libertinæ conditionis ut velint, his me solari possum. 79 Sub Augusto Quæstura plus valuit, quam ante.

SATYRA VII.

Rixam Rupilii cum Græculo Persio describit. Videtur hanc Satyram in castris Bruti, cum juvenis admodum esset, composuisse & quidem contra commilitonem Rupilium, quod sibi tribuno ignobilitatem generis objecerit.

Proscripti Regis Rupili 1 *pus, atque venenum* 2

1 Publ. Rupilius Rex Prænesti oriundus, qui Triumviratus tempore ab Augusto esset proscriptus, in castra Bruti se contulit. 2 *Pus & venenum* pro maledicentia dicit, vel Rutilium plenum puris & veneni. Lucil. *In numero quorum nunc primum Trebellius multum Lucius mavolebat febris senium, vomitus, pus.*

Hybrida [3] *quo pacto ſit Perſius ultus, opinor,*
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus [4] *eſſe.*
Perſius hic permagna negotia dives habebat [5]
Clazomenis [6], *etiam lites cum Rege moleſtas:*
Durus homo, atque odio [7] *qui poſſet vincere Regem:*
Confidens [8], *tumiduſque: adeo ſermonis amari,*
Siſennas, Barros [9] *ut equis præcurreret albis* [10].
Ad Regem redeo. Poſtquam nihil inter utrumque
Convenit [11] *(hoc etenim ſunt omnes jure moleſti* [12],
Quo fortes, quibus adverſum bellum incidit. Inter
Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem [13]
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors [14]:
Non aliam ob cauſam, niſi quod virtus in utroque
*Summa fuit. Duo * ſi diſcordia vexat inertes,*
Aut ſi diſparibus bellum incidat, ut Diomedi

Cum

3 *Hybridæ ſunt canes, qui ex imparibus nati ſunt, ut ex venatico & gregario.* Transfertur & ad homines diverſæ nationis parentes habentes, ut hic P. Rupilius Rex patre Græco, matre Romana, quem mordacem ac maledicum dicit. 4 Faber vult legi, *Omnibus haud lippis* &c. Sed quæ lippis & tonſoribus, ut eſt in proverbio, nota erant, aliis multis non perinde nota eſſe poterant, ecque recte ab Horatio perſcribi. 5 Serv. in 4 Æn. legit *permagna negotia dives agebat.* 6 *Clazomenæ* urbs Aſiæ Minoris, Apollinis Grynæi templo vicina. 7 *Odio* pro inſolentia, importunitate. Ter. in Hec. *Tundendo atque odio denique effecit.* In Phorm. *nunquam tu odio me tuo vinces.* 8 *Confidens* in malam partem plerumque ſumitur. Virg. de Sinone, *Fidens animi.* 9 Barri, Siſennæ, dicacitate noti. Dio l. 54 meminit Corn. Siſennæ, qui de uxoris vita in Senatu cenſitus, reſpondit, ſe eam ſciente & ſuadente Auguſto duxiſſe. Quo Auguſti cum ea conſuetudinem notavit. 10 Equi albi creduntur celerrimi. In Plut. Sylla habuit *album equum, animoſum, & pernicisſimum.* Pind. Pyth. 4 Jaſon Jolcenſes compellat. λευκίππτων δὲ δόμως πατέρων Κιδνοὶ πολῖται, *Domos albis equis inſidentium parentum.* Bochart. Inde prov. *albis equis quem prævertere.* Plaut. in Caſ. a. 2 *quadrigis albis* dixit. 11 Poſtquam Rupilius & Perſius ad concordiam redigi non poterant. 12 Æmuli & dicaces, perinde ut viri fortes, cedere neſciunt, & invicem perſequuntur. *Jure* hic pro licentia. Ita & Hebræi jus pro agendi impunitate uſurpant. V. H. Grot. l. 1 de B. & P. c. 4. 13 L. 1 od. 6 *gravem Pelidæ ſtomachum cedere neſcii.* 14 Inveteratum odium morte ſanari tantum poteſt. Soph. θυμῶ ἴηρας οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ πλὴν θανεῖν. * V. Indic. in *Ambo.*

Cum Lycio Glauco [15] : *discedet pigrior, ultro*
Muneribus missis) Bruto prætore tenente
Ditem Asiam [16], *Rupili, & Persi par* [17] *pugnat, uti non*
20 Compositus melius cum Bitho Bacchius [18]. *In jus*
Acres procurrunt [19], *magnum spectaculum uterque.*
Persius exponit causam, ridetur ab omni
Conventu, laudat Brutum, laudatque cohortem.
Solem Asiæ [20] *Brutum appellat, stellasque salubres*
Appellat comites, excepto Rege : Canem illum,
Invisum agricolis sidus, venisse [21] : *ruebat,*
Flumen ut hybernum, fertur quo rara securis [22].
Tum Prænestinus salso, multumque fluenti
Expressa arbusto regerit convicia [23], *durus*

15 *Glaucus*, ignavus juvenis, e Lycia Trojanos opitulaturus, Diomedem Græcorum fortissimum obvium habens, de genere utriusque & parentum familiaritate multa quæsivit, & adeo nocere non sustinuit, ut & aurea sua arma pro æneis Diomedi dederit. Unde Hom. 6 Il. bellam hanc historiam narrans mentem Glauco ablatam scribit. 16 Brutus, Romæ prætor cum esset cum Cassio, a morte Cæsaris Asiam contra Augustum tenuit. *Ditem* vocat Asiam, uti & Cic. in Manil. init. 17 Transl. a gladiatoribus. 18 *Bithus* & *Bacchius*, par gladiatorum fuit nobile, & bene comparatum. 19 Ad Prætorem Brutum. 20 Ridiculum in eo est, quod Brutum appellet Solem, & quidem Solem Asiæ: Quasi Asia solem habeat peculiarem. Dacier jure mirari se ait, quod, post notatam bene ab Horatio stultam illam laudem, Reges tamen soles dicere hodieque velint. Ingenuum sane, & sub Ludov. XIV rarum judicium. Sentiunt quidem Solem illum jam diu eos exurere, sed diris devovere, ut gentes quasdam olim fecisse Strabo refert, non ausint. Diratum tamen formulam cogitare, *Abeas nunquam rediturus*, quis dubitet? 21 Comites Bruti stellas salubres, Rupilium vero Canem vocat h. e. sidus infame. Ita apud Homerum Priamus Achillem primus sensit ut astrum quod Canem dicimus, surgens Autumno, cunctisque quos collustrat mortem adferens. 22 Persii oratio fluebat ut torrens, ubi nemo unquam venit ob rapiditatem. Alludit forte ad fabulam Æsopi de lignatore, qui amittebat ad fluvium securim. V. l. 4 od. 2. 23 Rupilius oriundus Prænesti (quæ Latii civ. hod. *Palestrina*) salso multumque fluenti (sc. Persio) regerit convicia expressa ex arbusto, seu vite arbustiva, in qua vindemiator prætereuntibus in via, eorumque scommatis expositus commode reponit convicia, tanto magis, quod in vineis laborantes parum sobrii sæpe sint: eoque Heins. l. *musloque fluenti*.

30 Vindemiator [24], *& invictus* [25], *cui ſæpe viator*
Ceßiſſet [26], *magna compellans voce cucullum* [27].
At Græcus, poſtquam eſt Italo perfuſus aceto [28],
Perſius, exclamat: Per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui reges conſueris tollere [29]: *cur non*
Hunc Regem [30] *jugulas? operum hoc, mihi crede*
tuorum eſt [31].

24 Rupilium exhibet ut durum ruſticum, qui certare conviciis poteſt. *Vindemiator* quadriſyllabica hic per Synæreſin vox eſt. 25 *Invictus* pro eo quod barbari dicunt invincibilis. 26 Mos viatorum bene maleve dicendi cultoribus notus eſt. Auſon. eid. 10 v. 165. *Inde viator Riparum ſubjecta terens, hunc navita labens Probra canunt ſeris cultoribus.* V. & Pſalm. 129. 27 Deſidem, timidum: Nam coccyx ſemper parit in alienis nidis & alii avi relinquit ova fovenda, quæ ipſe deberet fovere. Tum eadem ſemper canendo ingrata avis eſt, 28 Italica dicacitate. *Acetum* pro acumine & prudentia: Prov. *Non eſt acetum in pectore.* 29 Brutus J. Cæſarem occiderat: Junius Brutus unus e majoribus Tarquinium expulerat. Videtur Auguſto nondum reconciliatus & Bruto placere voluiſſe Horatius, cum hæc ſcribit. 30 Rupilium Regem. Luſus in voce Regis. 31 Hoc, Brute, te dignum eſt.

SATYRA VIII.

Occaſione quod Mæcenas hortos condiderat in Eſquiliis, ubi *puticulæ* fuerant ſeu *puticuli* i. e. putei, in quibus promiſcuæ plebis, tum & pauperculorum damnatorumque cadavera projici ante ſolebant, ut putiſcerent, & in iis Priapi jam ſacellum haberet, in cujus parietibus poëtæ jocoſos notabant verſiculos, ut ex luſu Priap. 41 conſtat, Horatius, Socratico plane more, i. e. per abſurda, vanitatem idolorum. quæ Romani colebant ut veros deos, notat ac ridet. Interim & contra Canidiam & Saganam, notas Romæ ſagas, eo ſæpe commeantes, ſcribit.

Olim truncus eram ficulnus [1], inutile lignum:
Cum

1 Priapus, idem deus qui in S. S. literis *Baalpeor*, i. e. *nudatus dominus*. *Pria* enim apud Hebræos pelliculæ pudendæ denudationem notat, & *Apis*, bos Ægyptius, per Lampſacum & Helleſpontum notus quoque fuit: e quibus locis *Priapi* cultus & vox dimanavit, cujus & natura ſemper aperta fuit. Is in hortis Mæcenatianis poſitus, per totam ſatyram loquitur. Ita & Theocr. Priapum ficulneum ſeu e ficu, ligno valde inutili, loqui facit. Quin trunco non extirpato, vel quovis ligno rudis ille deus, hortorum cuſtos fiebat, unde

Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum,
Maluit eſſe Deum [2]. *Deus inde ego, furum, aviumque*
Maxima formido [3]. *Nam fures dextra coërcet,*
Obſcænoque ruber porrectus ab inguine palus [4]:
Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa [5]: *vetatque novis conſidere in hortis* [6].
Huc prius angustis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum [7],
Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti [8].
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, hæredes monumentum ne ſequeretur [9].
Nunc licet Æſquiliis habitare ſalubribus [10], *atque*

jure veretur ne hyeme in ignem rapiatur, uti, ſi aureus marmoreuſve eſſet, furto ſæpe ſurreptus eſt. Mart. l. 6 epigr. 49, 73 & l 14 epig. 69. Luſ. Priap. 87 2 Nuſquam melius rideri legas deos illos ob originem ſuam, quam apud Jeſai. c. 44. 3 Ab officio a es fureſque arcendi non parvus deo honos accedit. 4 *Ruber palus ab inguine porrectus* non leviem ab aliis deis differentiam facit. Quin conſpicuus maxime fuit Priapus inſtrumento, quod in Priapeis & alibi vocatur trabs, columna, faſcinus, muto, mutinus, cuſpis coleata, ſceptrum, pars, vena, peculium, pyramis, nota virilis, pſoleon, nervus, contus, thyrſus &c. 5 Priapus in capite arundinem ad avium terriculamentum habebat, n. 30. 6 In hortis Mæcenatianis, v. arg. 7 Hic vetpillones, ſeu ſandapilarii cadavera pauperum & ſervorum ejecta magis e cellis, quam elata deportabant in vili loculo, ſeu ſandapila communi, non in lecto, uti honeſtiorum, qui refertus materie combuſtibili in pyram ferebatur. Adhæc divites in hortis ſuis familiaria habebant ſepulchra, iiſque Libitinarii deſerviebant. 8 *Mallius Pantolabus* & *Caſſius Nomentanus*, duo inſignes decoctores. 9 Hîc in communi hoc ſepulchro, titulus ſeu cippus aſſignabat agri mille pedes *in fronte* ſeu in latitudinem, trecentos vero *in agro* ſeu longitudinem, vetabatque, ne ſepulchrum ad hæredes pertineret. Qui enim legatum relinquebat communis ſepulchri, in cippo ſeu lapide in fronte ſeu ad viam erecto definiebat, quanta agri pars in longum, & *in agro* ſeu in latum ſepulturæ eſſet dicata, ſeu religioſa, cum literis H. M. H. N. S. i. e. *Hoc monumentum hæredes non ſequitur* h. e. ad hæredes non pertinet. Aliter alii. Loens. ephiphyll. l. 6. c. 4. 10 Auguſtus qui aërem emendari cuperet, *S. P. Q. R.* conſenſu locum illum Mæcenati conceſſerat, ut hortos ibi conderet, eoque & ipſe æger conceſſit, Suet. c. 20.

Aggere in aprico [11] *ſpatiari: quomodo triſtes*
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum [12].
Cum mihi non tantum fureſque feræque ſuetæ
Hunc vexare locum, curæ ſunt, atque labori:
Quantum, carminibus quæ verſant, atque veneno
Humanos animos. Has nullo perdere poſſum,
Nec prohibere modo [13], *ſimulac vaga Luna decorum*
Protulit os [14]: *quin oſſa legant* [15], *herbaſque nocentes.*
Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla [16]
Canidiam pedibus nudis, paſſoque capillo,
Cum Sagana majore [17] *ululantem. Pallor utraſque*
Fecerat horrendas aſpectu. Scalpere terram
Unguibus [18], *& pullam divellere mordicus agnam*
Cœperunt [19]. *Cruor in foſſam confuſus, ut inde*
Manes elicerent, animas reſponſa daturas [20].
Lanea & effigies erat, altera cerea [21]: *major*
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem [22].

Cerea

11 Locus ille erat editus. 12 Ibi prius oſſa damnatorum, aliorumque ſemiruta deformem dabant aſpectum. Argum. 13 Priapus adhuc, uti in tota Sat. loquitur. Mihi ſcilicet non fures & feræ adeo moleſtæ ſunt, quam ſagæ illæ, quæ homines conturbant. Has perdere non poſſum uti indignas pœna, qua fures alioſque afficere ſoleo. Ita luſ. Priap. 51 *Nimirum apertam convolatis ad pœnam, Et vos hoc ipſum, quod minamur, invitat.* 14 Luna plena ſagis ad veneficia placebat. 15 Prope hortos adhuc ſepulcra quædam erant, oſſaque erui ibi poterant: nec enim totæ Eſquiliæ hortis occupatæ erant. 16 Epod. 5 *Expedita Sagana.* 17 *Sagana*, liberta Pomponii Senatoris, ſororem ſe natu minorem habebat. 18 Sagæ alebant ungues, ut magicam foſſam ſanguini fundendo facerent. 19 Pullam victimam, qualis inferis immolari ſolebat, dentibus (quod rarum) diſcerptam eſſe, dicit, ut majus iis odium conflet. 20 *Manes* ſeu *animas* a morte elici poſſe, & futura dicere, antiqua fides fuit, & jam in Saule nota. Sic & Erichtone Theſſala veneſica, rogatu Cic. Pompeji militem tecens occiſum in vitam revocavit, ut eventum belli Pharſalici ex eo cognoſceret: Lucan. l. 6. 21 V. epod. 5 n. 37. 22 *Lanea* figura ſagis caram referebat perſonam, quæ minorem illam ceream affligere & perdere debebat. Ita Ovid. epiſt. Hypſipilæ *Per tumulos errat paſſis diſcincta capillis, Certaque de tepido colligit oſſa rogo. Devovet abſentes, ſimulacraque cerea fingit, Et miſerum*

Cerea ſuppliciter ſtabat[23], *ſervilibus, utque*
Jam peritura, modis. Hecaten vocat altera[24], *ſævam*
Altera Tiſiphonem[25]. *Serpentes, atque videres*
Infernas errare canes[26], *Lunamque rubentem*[27],
Ne foret his teſtis, poſt magna latere ſepulcra[28].
Mentior at ſi quid[29] *merdis caput inquiner albis*[30]
Corvorum, atque in me veniant mictum, atque cacatum[31]
Julius[32], *& fragilis Pedatia*[33], *furque Voranus*[34].
Singula quid memorem: quo pacto alterna loquentes
Umbræ cum Sagana reſonarent triſte, & acutum[35]?
Utque lupi barbam[36] *variæ*[37] *cum dente colubræ*
Abdiderint furtim terris, & imagine cerea
Largior arſerit ignis[38], *& ut non teſtis inultus*[39]

Horru-

tenues in jecur urget acus. 23 *Cerea* figura referebat eum, quem perditum ſagæ cupiebant. 24 Canidia invocat Hecaten ſeu Dianam. V. p. 193 n. 3 epod. 5. 25 *Sagana* vocat Tiſiphonem, unam e furiis. 26 Serpentes adventum Tiſiphones, canes Hecates prænotabant. 27 Pudore ſuffuſam ob iſta flagitia & veneficia. 28 V. n. 15. 29 Hoc in ore dei Priapi quam decorum! 30 Μάντικοι ſtatuis imponebantur, ait Scal. ad Iuſt. Priap. 83, ne ab avibus conſpurcarentur. n. 5. At hic falſe ridet deum a merda vix tutum. Ita paſſim ineptias deorum ſuorum rideri a ſcriptoribus legas, & maxime ab Euripide, Ariſtophane. Epicuro, e cujus hortis hæc jure tranſtulit Horat. ad hortos Mæcenatis. 31 Hinc patet ſtatuas Priapi fuiſſe exiguas. 32 Luxurioſus aliquis. 33 *Pedatia* ob effeminatam vitam pro Pedatio, qui eques Rom. fuiſſe dicitur. Ita Ariſtoph. in Nub. Cleonymum vocat Cleonymam, Soſtratum Soſtratam. Ita Cic. in joco quodam Ægidium dixit Ægidiam. Porro quid obſcæni in τὸ *fragilis*, dicet fere Sciopp. ad Iuſt. Priap. 88. 34 *Voranus* libertus Catuli furax, qui abreptos menſario nummos calceis inſeruit: deprehenſis vero, ad calceos alludens quiſpiam, inquit, belle, ſi te non ἐγχαλκίνει i. e. *tundat ac vecudat ut æs*. Hi tres ut nebulonum nequiſſimi, inexpectato, eoque gratius deſcribuntur. 35 Umbræ & Ulyſſes viciſſim quoque confabulantur apud Hom. qui tamen Odyſſ. ult. in init. umbras veſpertilionum inſtar, τριζούσας ſeu ut Lucan. *ſtridentes*, & Virg. *hiantes* dicit. Ita 6 Æn. v. 492 *Pars tollere vocem Exiguam, inceptus clamor fruſtratur hiantes.* 36 Barba lupi veneficium: at roſtrum lupi veneficiis reſiſtit, quod villarum portis ideo præfigi ait Plin. l. 28 c. 10 *En offucias artis magicæ!* Marcil. 37 Diſcolores. Ita Theogn. ποικίλον ὄφιν dicit. 38 Imaginem ceream ſponte arſiſſe notat. Ita & Virg. ecl. 8 *Aſpice corripuit tremulis*

Horruerim voces Furiarum, & facta duarum 40 ?
Nam, diſploſa 41 *ſonat quantum veſica, pepedi*
Diffiſſa nate ficus 42. *At illæ currere in urbem* 43.
Candidæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere 44, *atque herbas, atque incantata lacertis*
Vincula 45, *cum magno riſuque jocoque videres.*

altaria flammis ſponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe, bonum ſit. 39 Quis hic non exſpectet Priapum Deum ultorem? Sed in crepitum ventris omnis ira abibit. *Hac ſe præſentem formidine comprobavit.* ait Arnob. At quantum deum Priapus ſe oſtendit, cum & alium deum *Peditum* ſcilicet obſequentem ſibi habeat! Nam *Peditum* Ægyptiis deſcriptum adoratumque, e Baudelotto probant Menagiana, p. m. 333. 41 Tranſl. a nubium fragore. 42 Priapus totus ficus, ficulneus. 43 Nihil magis ridiculum. Sagæ cunctis terribiles peditu Priapi fugantur. 44 Sic conſternantur, ut Canidiæ edentulæ dentes appoſititii (de his v. Mart. l. 1 ep. 73) & Saganæ *caliendrum altum*, adoptiva coma, exciderint. Petron. *caliendrum* vocat *corymbion*, quaſi turritam præbens ſpeciem. Hoc notat Juven. Sat. 6 v. 501 *Tot premit ordinibus & adhuc compagibus altum Ædificat caput.* Idem verò, uti & ſuppoſititios habere aut vendere crines turpe. Ovid. 3 Artis *Femina proceſſit denſiſſima crinibus emtis, Proque ſuis alios efficit ære ſuos. Nec pudor eſt emiſſe palam. venire videmus Herculis ante oculos virgineumque chorum*, i. e. ad templum Herculis & Camænarum. Eoque beata Magdalena, prius ornatrix, ad bonam converſa mentem, cum cirris ſuis venalitiis (non vero capitis ſui coma) Domini pedes abſterſiſſe exiſtimatur. 45 Sagæ vinculis animos hominum illigare poſſe videri volebant. Morem v. apud Virg. d. l. *Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore Licia circumdo*, &c. *Nectetribus nodis ternos, Amarylli, colores.*

SATYRA IX.

Importunum ſibi obvium Horatius dum deſcribit, ſimul vivum garrulitatis characterem exprimit, qualem fere dat Theophraſtus in χαρακτ. ἠθικ. c. 3. Hanc docendi rationem vere dicas φιλοσοφίας ἄκρον ἄωτον, *inſelibatum philoſophiæ florem.* Sunt qui Satyræ huic titulum dederunt Ἐπαφρόδιτος, ἔκτακτος, adventitius, qui aliunde acceſſit, & alteri invito velut impactus ſit. Quod vero punctis magis, quam ſermone hic loquitur, Stoicorum more facit.

IBam forte via Sacra 1, *ſicut meus eſt mos,*
Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis 2.

Occur-

1 Hæc ducebat ad Capitolium. 2 Meditans carmina, quæ modeſti poëtæ *nugas* vocant. Catull. *Namque tu ſolebas Meas eſſe aliquid*

Occurrit quidam, notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu [3], *quid agis dulcissime rerum* [4]?
Suaviter, ut nunc est, inquam: & cupio omnia, quæ vis [5].
Cum assectaretur: Nunquid vis [6]? *occupo. At ille,*
Noris nos [7], *inquit: docti sumus.* [8] *Hîc ego, pluris*
Hoc, inquam, mihi eris. Misere discedere quærens,
Ire modo ocyus, interdum consistere [9], *in aurem*
[10] *Dicere nescio quid puero* [10], *cum sudor ad imos*
Manaret talos [11]. *O te, Bollane, cerebri*
Felicem, ajebam tacitus [12]. *Cum quidlibet ille*
Garriret [13], *vicos* [14], *urbem laudaret, ut illi*
Nil respondebam: misere cupis, inquit, abire,
Jamdudum video: sed nil agis [15]: *usque tenebo,*
Persequar: hinc quo nunc iter est tibi? Nil opus est te
Circumagi [16]: *quendam volo visere, non tibi notum:*

Trans

putare nugas. Aliter *nugæ* de rebus Veneris etiam dicuntur. 3 Theophr. d. c. de garrulo Οὗτος ἂν μὴ σιγήσαι πέντε παραλαβὼν μέν &c. At nesciebat Horatius eum tam familiarem: neque recipit importuni manum, ex præcepto Pythagoræ, *Dextram cuivis ne porrigito.* 4 Ovid. in ep. Phædræ, *O utinam nocitura tibi, pulcerrime rerum, In medio nixu viscera rupta forent.* Nil ergo opus construi, *Quid rerum, o dulcissime agis?* 5 En benignam Horatii indolem, qui importunum quoque adeo non repellit, ut & officio ei paratum se ejicat. 6 Hor. ait, *Numquid vis?* Nam *abituri ne id dure facerent* Numquid vis *dicebant his, quibuscum constitissent.* Donat. in Eun. a. 2 sc. 3 *Dum hæc dicit, abiit hora. Rogo numquid velit. Recte, inquit, abeo.* 7 *Nos* ait, pro *me.* 8 Poëtæ, quos & Cicero per excellentiam *doctissimos homines dixit*, pro Mil. c. 31. 9 Horatius gressu inæquali quærit a latere suo avellere hominem. At mirum, cum duobus instructus esset pedibus, eum importunum illum expectasse, ut Aristot. in simili casu ajebat. 10 Servulo modo in aurem quid dicit. 11 Præ animi corporisque molestia, dum sic ab importuno circumageretur. 12 Bollanum prædicat felicem ab istiusmodi ingenio, quo sibi molestos rejicere a se quavis gratia poterat. *Cerebrum* enim pro bili & stomacho, ut *cerebrosus* pro iracundo sumitur, sup. sat. 5 v. 21. 13 *Quicquid in buccam venit*, Cic. ad Att. Gr. ἀδολεσχεῖν. 14 Belg. *Wijken.* Ita in Theoph. d. c. 15 Importunus hic & impudens est. 16 Horatii summa erga importunum humanitas, Noli a via tua, inquit, deflectere, aut circumagi.

Trans Tiberim longe cubat [17] *is, prope Cæſaris hortos* [18].
Nil habeo, quod agam, & non ſum piger: uſque ſequar te.
Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus,
Cum gravius dorſo ſubiit onus [19]. *Incipit ille.*
Si bene me novi [20], *non Viſcum pluris amicum,*
Non Varium facies [21]. *Nam quis me ſcribere plures,*
Aut citius poſſit verſus [22]? *quis membra movere*
Mollius, invideat quod & Hermogenes, ego canto [23].
Interpellandi locus hic erat: Eſt tibi mater?
Cognati, queis te ſalvo eſt opus [24]? *Haud mihi quiſquam:*
Omnes compoſui [25]. *Felices. Nunc ego reſto:*
Confice [26]: *namque inſtat fatum mihi triſte* [27], *Sabella*
Quod puero cecinit, divina mota anus urna [28].

Hunc

17 *Cubare* pro *ægrotare*, ut l. 2 ſat. 3 *Mater ait pueri menſes jam quinque cubantis*, vel ſimpliciter pro *manere*, vel ſitum notat qualem Uſticæ eſſe dixit lib. 1 od. 17 v. 11. 18 Abigere muſcam vult longinquitate loci. *Hortos Cæſaris* dicit qui erant trans Tiberim, populo dati, de quibus Suet. c. 83. 19 Inter jumenta aſini maxime, cum laſſi gravatique nimis excutere onus velint, aures demittunt. Plin. l. 11 c. 37 *Aures in equis & omnium jumentorum genere, indicia animi præferunt; feſſis marcidæ, micantes pavidis, ſubrectæ fwentibus, reſolutæ ægris.* 20 Qui importuni, iidem impudentes, garruli, ſuique amantes ſunt. defectus, qui, ut de tribus Gratiis dixit, *Segneſque nodum ſolvere.* 21 Cum Viſco & Vario, duobus eximiis id temporis poëtis, quaſi Triumviratum conſtituit ſtultus. 22 P. 334. 12, 14. 23 Garrulus ille non ſolum poëta, ſed ſaltator, & cantor egregius eſt. Sat. 3. 24 Prout populares ſolent, Hor. quærit de familia, an mater & cognati ipſi ſint, quibus ſe ſcilicet tanti hominem ſervet. Eoque ne ſe defatiget ſubmonet. 25 *Componere* ſcil. ſudario, pro omni funeris apparatu dicit. 26 A verſu 28 *Felices*, &c. ad 35 Hor. ſecum loquitur. Felices, ait, qui a tam garrulo ſint liberati. Ita Liban. declamat. habet mariti, qui a garrula uxore petit ſeparari. 27 Fingit a ſaga prædictum, fore, ut a garrulo enecaretur. 28 Horatii forte nutrix Sabella natione, cujuſmodi feminæ vaticinandi peritæ credebantur. V. epod. 17. *Urna* utebantur, in qua literæ dictioneſque erant permultæ, quæ permixtæ & eductæ, ſi quid exprimerent caſu & forte conjunctæ, id eſſe in fatis ac divinitus præmonſtrari credebatur. *Sortes Præneſtinæ*, jam Ciceronis ætate exploſæ, nobiles olim fuerant, ut & aliæ in Græcia. Patet ex urna Dodonæ a ſimia cum ſortibus verſa, quod Lacedæmones ut peſſimum accepere omen.

Hunc [29] *neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,*
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra.
Garrulus hunc quando conſumet cunque [30]*: loquaces,*
Si ſapiat, vitet [31]*, ſimulac adoleverit ætas.*
Ventum erat ad Veſtæ [32]*, quarta jam parte diei*
Præterita [33]*, & caſu tunc reſpondere vadato*
Debebat [34]*: quod ni feciſſet, perdere litem.*
Si me amas, inquit, paulum hic ades [35]*. Inteream, ſi*
Aut valeo ſtare [36]*, aut novi civilia jura:*
Et propero, quo ſcis. Dubius ſum, quid faciam, inquit:
Tene relinquam, an rem [37]*. me, ſodes* [38]*. Non faciam, ille;*
Et præcedere cœpit. Ego, ut contendere durum eſt
Cum victore [39]*, ſequor. Mæcenas quomodo tecum?*
Hinc repetit [40]*. Paucorum hominum, & mentis bene ſanæ.*
Nemo dexterius fortuna eſt uſus [41]*. Haberes*
Magnum adjutorem [42]*, poſſet qui ferre ſecundas* [43]*,*
Hunc

29 Quatuor verſus prædicit anus. 30 *Quandocunque.* 31 Plut. de garrulit. ait eam morbum eſſe curatu difficilem, ab eaque fugam præcipit Theophr. ei, qui febri corripi nolit. 32 Hujus ædes ad clivum Capitolinum inter palatium & Capitolium. 33 Noſtra nona. 34 Debebat reſpondere alicui, qui eum vadatus fuerat, ſeu cautionibus exactis cogebat ut judicio ſe ſiſteret. 35 Defenſorem cauſæ ſeu advocatum vult Horatium. 36 Hor. *Stare nequit* i. e. advocatus eſſe. 37 Hoc abſurdum forte in ore inſolentis foret, niſi ſperaret ſe ad Mæcenatem introductum iri. 38 Hor. ait, me magis, quam cauſam tuam relinque. 39 Cum pertinaci. 40 Paucos admittit in familiaritatem. Thraſo de Rege Perſarum, in Eun. *Sic hanc eſt perpaucorum hominum.* Macrob. *Paucorum hominum eſt iſte accipenſer,* i. e paucis ſufficiet. 41 Inſolens ait, nemo te felicior. Horatius enim Mæcenatis erat paraſitus. 42 *Adjutor*, eſt is qui actores voce geſtuve juvabat. Suet. Illuſt. gram. de Craſſitio, *Hic initio circa ſcenam verſatus eſt dum mimographos adjuvat.* Phæd. l. 5 fab. 5 *In ſcena vero poſtquam ſolus conſtitit. Sine apparatu, nullis adjutoribus.* 43 Tranſl. a ſcena. Ibi, ut fere Cic. Div. in Verr. n. 48 ait, cui primæ agendi partes erant, ei ſecundarum aut tertiarum partium actor, licet clarius dicere poſſet ſe ſummittebat, minuſque aliquanto contendebat quam poſſet, ut ille princeps quam maxime excelleret. Ita hic inſolens Horatio primas dabit. Epiſt. 18 id vocat, *Iterare voces & verba cadentia*

Hunc hominem ſi velles tradere 44. *Diſpeream, ni*
Summoſſes omnes. Non iſto vivimus illic,
Quo tu rere, modo 45. *Domus hac nec purior ulla eſt,*
50 Nec magis his aliena malis. Nec mî officit unquam,
Ditior hic, aut eſt quia doctior. Eſt locus uni-
Cuique ſuus. Magnum narras, vix credibile. Atqui
Sic habet. Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus eſſe 46. *Velis tantummodo* 47: *quæ tua virtus,*
Expugnabis: & eſt qui vinci poſſit 48: *eoque*
Difficiles aditus primos habet 49. *Haud mihi deero* 50:
Muneribus ſervos corrumpam 51: *non, hodie ſi*
Excluſus fuero, deſiſtam: tempora quæram 52:
Occurram in triviis: deducam. NIL ſine magno
60 Vita labore dedit mortalibus. *Hæc dum agit:*
ecce:
Fuſcus Ariſtius 53 *occurrit mihi charus, & illum*
Qui pulchre noſſet. Conſiſtimus. Unde venis, &
Quo tendis? rogat, & reſpondet. Vellere cœpi,
Et prenſare manu lentiſſima brachia 54, *nutans,*
Diſtorquens oculos, ut me eriperet. Male ſalſus 55
Ridens diſſimulare: meum jecur urere bilis.
Certe neſcio quid ſecreto velle loqui te
Ajebas mecum 56: *memini bene: ſed meliori*

Tempore

tollere. 44 Laudari vult ac introduci apud Mæcenatem. 45 Horatius dicit, a Mæcenatis domo abeſſe ſolita aularum vitia, ambitionem, invidiam, ſupplantationes &c. Sat. 6 *cautum dignos aſſumere, prava Ambitione procul* 46 Amicus. 47 Ironia Socratica. Quam ex animo Horatius loquatur v. Sat. 6. 48 Pro virtute tua, vinces ac tibi habebis Mæcenatem amicum. 49 Ter. *Prima coitio eſt acerrima.* 50 Ironice loquitur. 51 Nam *Maxima quæque domus ſervis eſt plena ſuperbis.* Et *Quid das ut Coſſum aliquando ſalutes.* 52 Virg. *Illa viri molles aditus & tempora norat.* Sed in aulis *Audaces fortuna juvat.* Magnates multis ſtipati clientibus incedebant. 53 Nobilis Grammaticus, ad quem od. 22 l. 1 & ep. 10 ſcripſit. 54 Auxilium a Fuſco ſperans, ejus manus & brachia prenſat, ut ſupplices ſolent. *Lenta brachia*, parere recuſantia. Sed v. p. 287 n. 5. 55 *Multum ſalſus.* 56 Horatius ſtat rurſus, ut Fuſcus opem ei ferat.

Tempore dicam: hodie triceſima ſabbata 57. *Vin' tu*
70 Curtis Judæis oppedere 58? *Nulla mihi, inquam,*
Religio eſt 59. *At mî* 60: *ſum paulo infirmior, unus*
Multorum 61: *ignoſces: alias loquar. Hunccine Solem*
Tam nigrum ſurrexe mihi! fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit 62. *Caſu venit obvius illi*
Adverſarius 63: *&, Quo tu turpiſſime? magna*
Exclamat voce: &, licet anteſtari? Ego vero
Oppono auriculam. Rapit in jus 64. *Clamor utrimque:*
Undique concurſus. Sic me ſervavit Apollo 65.

57 Fuſcus hic notatur, ut Judæis in cultu Sabbati favens. Certe is feſtum hoc celebrare velle videtur. Sed quale feſtum hoc ſit, vix ſatis liquet. An Neomeniæ, quod ſingulis menſibus celebrabatur? Tum feſtum dixerit *Sabbata*, minus quidem proprie, at ferendum in non Judæo. Adhæc Romani feſta in plur. num. efferunt, ut Saturnalia, Floralia, Palilia &c. Alii hic intelligunt maximum Sabbatum & vetus Phaſe, quo agno rite veſcebantur: nam id ſi ab initio anni Judæi numeres, 30 hebdomades intercedunt, i. e. a Tiſri ſeu Septembri, ad Niſan ſeu medium Aprilis. Non quadrat vero hic *Sabbatum nigrum*, ut in Jud. rituali Ebræo-Germanico vidit, & huic loco explicando attulit inſignis theol. J. Cloppenburg tract. de Sabbato. 58 *Curtis*, circumciſis. *Oppedere*, contemnere. 59 Sine religione ritus Judæos violarit. 60 Ariſtius, ut Judæus, loquitur. 61 Ait ſe, uti e vulgo homines ſolent, vel ut multi a Judaicis ritibus non alieni, infirmiorem, quam ut feſto ſolenni ſecus quid agat, quam otiari. Multos Romanos ſacra Judæorum coluiſſe, & proſeuchas eorum ſeu domos precibus deſtinatas frequentaſſe, V. in Juven. Sat. 3 v 297 & Sat. 14 v. 96 & Suet. in Tib. c. 36. 62 *Sub cultro relinquere*, proverb. pro quo Græci ἐπὶ ξυρῷ, *ſub novacula*. 63 Vadatus, v. 36. 64 Converſus ad me, ait, vis anteſtari, cui annui, ac de more aurem obtuli tangendam. Si quis olim adverſarium traxiſſet in jus ſine teſte, injuriari videbatur. Ideo præſente aliquo id faciebant, eorumque aurem tangebant, quo memores eſſent, interrogantes, *Licet anteſtari*, qu. *anteteſtari*. Quod ſi reſpondiſſet, *Licet*, porrigebant aurem. Qua tacta impune adverſarium trahebant in judicium. L. Gyrald. dial. 9. 65 Apollo ἀλεξίκακος, ἀποτροπαῖος, *propitius*; *averruncus*, & in inſcript. *Servator*. Poëtarum vero deus maxime fuit. Sunt qui per Apollinem intelligunt forum, in quo eburnea Apollinis ſtatua erat.

SATYRA X.

Apologetica hac Satyra aſtruit, quæ in quarta de Lucilio dixerat, contra ignorantes quoſdam ejus defenſores, ſimulque leges quas-

dam Satyræ tradit. Inter Lucilii admiratores erant, qui funibus & flagellis quoque coërcerent eos, qui Lucilio priſcisque Poëtis obtrectarent. Mendis tamen eum non caruiſſe, Cato oſtendit, cum emendare eum pararet. Et hæc conſtant e verſibus, quos Canterus & Gyraldus initio Satyræ deſiderant, qui licet Horatii non ſint, & a Torrentio merito rejiciantur, non tamen ſpernendi ſunt, eoque hic aſcribendi. *Lucili, quam ſis mendoſus, teſte Catone Defenſore tuo, pervincam, qui male factos Emendare parat verſus. Hoc lenius ille Eſt quo vir melior. Longe ſubtilior ille, Qui multum puer, & loris & funibus udis Exornatus, ut eſſet opem qui ferre poëtis Antiquis poſſet contra faſtidia noſtra, Grammaticorum equitum doctiſſimus. Ut redeam illuc Nempe incompoſito, &c.*

Nempe [1] *incompoſito dixi pede currere verſus*
Lucili [2]*: quis tam Lucili fautor inepte eſt,*
Ut non hoc fateatur [3]*? At idem, quod ſale multo*
Urbem defricuit, charta laudatur eadem [4].
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cætera [5].
Nam ſic
Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata, mirer [6].
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris: & eſt quædam tamen hîc quoque virtus.
Eſt brevitate opus, ut currat ſententia [7]*, neu ſe*
Impediat verbis laſſas onerantibus aures.

Et

1 *Nempe* adverb. aſſentientis, *Dixi ergo* &c. 2 Sat. 4 de Lucilio, *Duros componere verſus.* 3 Placere ſibi ſales leporeſque Lucilii dixerat, ſed ineptos jure vocat, qui verſus ejus faciles ſuaveſque dicerent V. d. Sat. n. 10. 4 Objiciebant ii qui mediocre nihil ſapiebant, At eadem Satyra laudaſti eum ut facetum, emunctæque naris, ut qui *Primores populi arripuit, populumque tributim.* Perſ. Sat. 1 *Secuit Lucilius urbem: Te, Lupe, te, Muti* &c. 5 Perfecti ſcilicet poëtæ dotes. 6 Si, quod dicax & ſalſus ſit Lucil. & ridere faciat, poëta erit, mirandus quoque eſt Laberius mimus nobilis & facetus. Diſtinguit Hor. uti & Plato, inter τὸ ἡδὺ *ſuave*, & τὸ καλὸν *pulcrum*. *Mimi* erant fabulæ geſtibus & dicacitate ac obſcœnitate riſum facientes. His Laberius Cæſari ſic placuit aliquando, ut *donatus quingentis ſeſtertiis, & annulo aureo, ſeſſum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiret.* Cicero hunc tranſitum indignatus Laberio ſedile quærenti ait, *Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem*, ſimul eum rejiciens, & in auctum nimis ſenatum jocatus. Laberius adhæc, *Mirum ſi anguſte ſedes, qui ſoles duabus ſellis ſedere*, i. e. duarum eſſe partium. V. Macrob. & Gell. 7 Nimia brevitas, prolixitas, & perturbatus ordo in vitio ergo deputanda

Et ſermone opus eſt modo triſti, ſæpe jocoſo,
Defendente vicem modo rhetoris, atque poëtæ,
Interdum urbani [8], *parcentis viribus, atque*
Extenuantis eas conſulto [9]. Ridiculum acri
Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res [10].
Illi, ſcripta quibus Comœdia priſca viris eſt,
Hoc ſtabant [11], *hoc ſunt imitandi: quos neque pulcher*
Hermogenes [12] *unquam legit, neque Simius* [13] *iſte,*
Nil præter Calvum & doctus cantare Catullum [14].
At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miſcuit [15]. *O ſeri ſtudiorum* [16]! *quive* [17] *putetis*

ſunt, ut quibus ſententia impedita eſt, evagatur, ac perplexa moleſtiam parit. 8 Stilus Lucilii ſerius erat magis, quam ſuavis, ut patet e fragmentis apud Gell. l. 18 c. 8. Horatius in Satyrico requirit rationes ad perſuadendum validas, quales ſunt rhetoris, tum & ſolertiam ac luſus ingenii ad eludendas objectiones, a quibus parati ſunt *poëtæ*, ac denique ut condiantur gravia quoque ſalibus ac jocis, ut *urbani* ſolent. Cic. 1 de orat. *Accedat lepos quidam facetiæque & eruditio libero digna, celeritaſque & brevitas reſpondendi & laceſſendi, ſubtili venuſtate & urbanitate conjuncta.* 9 Satyrici virtus quoque eſt, aculeum quaſi inhibere, & quæ urere vult, jocularibus prius verbis emollire. Lucil. paſſim *enſe velut ſtricto ardens infremit*, Juv. Sat. 1 v. 165. 10 Quod de Satyra Hor. ait, & ipſe feliciter præſtitit, (ubi Perſius triſtis, & Juvenalis petulans eſt) hoc ad communem in vita uſum apprime pertinet, ut facili quodam improviſoque riſu ac joco plus ſæpe conficiatur, quam gravibus rationum momentis. Ita enim *Solvuntur riſu tabulæ, tu miſſus abibis*, ut Sat. 1 l. 2 ait. Ita Cic. ſæpe contra adverſarios pervicit: & Sertorius effecit ne Luſitani cum univerſa Romanorum acie confligerent. V. Val. Max. l. 7 c. 3 de vafre dictis ac factis. 11 Ariſtophanes, aliique, (de quibus Sat. 4) *Hoc ſtabant*, his excellebant dotibus. 12 Hermogenes Tigellius, Muſicus Auguſto gratus, Lucilii fautor: v. Sat. 3. 13 Demetrius, deformis corpore, & ineptus mimus. 14 Ineptos indoctoſque Lucilii admiratores vocat Hermogenem & Demetrium, ut qui nihil niſi Calvi & Catulli ſcripta amatoria pleraque legant, non vero eximios veteres Comicos, unde melius diſcerent de vera Satyræ virtute judicare. Calvum jambicis præſtantem poëtam laudat Cicero, Sen. & Quintil. eloquentiâ cum Cic. de principatu contendiſſe ajunt. Catullus quanti fuerit vel ex vulgato diſticho notum, *Tantum parvæ ſuo debet Verona Catullo, Quantum magna ſuo Mantua Virgilio.* 15 Inſulſi Lucilii admiratores magni faciebant, quod *verbis Græca Latinis Miſcuit.* 16 Ὀψιμαθεῖς, ſero ad ſtudia venientes, quos & inſolentes Cicero in epiſt. & Gell. l. 15 c. 13 in litera-

Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit [18]. *At ſermo lingua concinnus utraque*
Suavior [19]: *ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt* [20].
Cum verſus facias, te ipſum percontor: an & cum
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petilli [21],
Scilicet oblitus patriæque patriſque Latini,
Cum Pedius cauſas exſudet Poplicola, atque
Corvinus, patriis intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis [21]?
Atque ego cum Græcos facerem [22], *natus mare citra* [23].
Verſiculos: vetuit me tali voce Quirinus
Poſt mediam noctem viſus [24], *cum ſomnia vera* [25]:

In

rum oſtentatione ineptos ac frivolos vocat, hiſque opponit παιδεμαθεῖς. 17 Οἶγε, *qui utique.* 18 Pitholeon Rhodo oriundus, ineptus epigrammatum ſcriptor, quæ Græci Latinique ſermonis mixtura conſpurcabat. 19 Objectio altera. Stulti Lucilii admiratores cum non pervincerent magni quid eſſe Græca Latinis miſcere, jam ſuave id eſſe contendunt. Sed fruſtra. Cicero quoque cum Horatio, & quivis ſanæ mentis, id damnabant. *Dicam*, inquit, *ſi potero Latine: Scio enim me Græce loqui in Latino ſermone non plus ſolere, quam in Græco Latine.* 20 *Falernum*, uti auſterius, cum Chio dulci vino miſceri ſolebat. De *nota* p. 86 n. 6. 21 Si, inquit Horatius, contra Lucilii propugnatorem, Petilius ſacrilegus defendendus tibi ſit, an oblitus Romanum te eſſe Græco Latinis uteris verbis, ut Canuſii, Apuliæ, ſeu magnæ Græciæ urbis, cives ſolent, cum Pedius Poplicola & Corvinus, magna contentione quæ ad ipſam cauſam pertinent, perorent. De *Petilio* p. 339 n. 69. 22 Ut cacozeliam illam Græco-latinitatis porro exagiret, per quietem fingit Romulum ſibi viſum, cum faceret verſus non miſtos ex Græcis & Latinis, ſed pure Græcos, &c. 23 Ratio, cur Romulus appareret Horatio, dehortareturque a ſcribendis Græcis verſibus, erat, quod Horatius cis mare natus eſſet, non verò eſſet Græcus. Decuit ſcilicet Romanos non ſolum rerum dominos eſſe, ſed & doctrinæ ac poëſios principatum excipere. Deſideret quantum volet hoc maxime exemplo majorem linguæ ſuæ cultum Dacier; at quod populares ſuos uti Latinitatis nimios admiratores hîc tangat, quid aliud eſt, quam ſolidam eruditionem plus ſatis jam inclinatam, aperta vi porro everſum ire? 24 Ita Ennius finxerat in Annal. *Viſus Homerus adeſſe Poëta.* 25 Philoſt. l. 2 ait ſomniorum interpretes non aliud explicare quam quod mane incidit, animo jam poſt cibi potuſque coctionem defecato. Hero ad Leandrum apud Ovid. *Jamque ſub Aurora jam dormitante lucerna, Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent.* Ita Tertull. de anima c. 22 *certiora & collatiora ſomniari*

In ſylvam non ligna feras [26] *inſanius ac ſi*
Magnas Græcorum malis implere catervas [27].
Turgidus Alpinus, jugulat dum Memnona [28], *dumque*
Diffingit Rheni luteum caput [29]: *hæc ego ludo,*
Quæ nec in æde ſonent certantia [30], *judice Tarpa* [31].
Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda theatris [32].

Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Unus vivorum, Fundani [33]. *Pollio regum*
Facta canit, pede ter percuſſo [34]: *Forte epos acer,*
Ut nemo, Varius [35]. *ductu molle, atque facetum*

affirmant ſub extremis noctibus, quaſi jam emergente animarum vigore. Et Theocr. Europæ ſomnium tertia noctis vigilia immiſſum ſcribit. 26 Verba Romuli, *Non inſanius in ſylvam feras ligna ac ſi* vel *quam ſi* &c. 27 Horatii tempore multi Græcorum poëtarum extabant libri, quos nunc deſideramus. 28 Alpinus Tragædiam fecerat, cui titulus *Memnon*, ad imitationem Æſchyli, ſed tam turgidus duruſque ſtilus erat, ut manu poëtæ jam configeretur, antequam Achillis manum ſentiret. Ita Auguſtus ait, *Ajacem in ſpongiam incubuiſſe*, cum tragædiam de Ajace ex voto non ſuccedentem deleret. Suet. in Aug. c. 86. 29 Alpinus quoque carmine Heroïco bellum Germanicum, ibique Rheni flumen tam putide deſcribebat, ut jure caput ejus luteum dicat Horatius. Flumina ut deos & ſub humana forma pingi & Numen habere, notum. V. p. 97, 11, & 177, 1. Notanda tamen Heinſii lectio, *Diffingit Rhœci luteum caput*, i. e. terræ filios, Gigantomachiam ſcribit. V. Mart. l. 9 epig. 51. 30 Hæc, ait, ſcribo ludens, non vero vulganda in commiſſionibus ſeu certaminibus poëtarum in templo Apollinis, ubi ſcripta ſua legebant, quæ Auguſto tam inviſa erant, ut in iis nomen ſuum uſurpari vetaret, Suet. c. 89. 31 Sp. Metius Tarpa unus e quinque judicibus, qui de poematis, & quæ in ſcenam produci digna eſſent, judicabant. V. Art. Poet. v. 387. 32 Hor. dramata non fecit in ſcenam producenda. 33 O Fundani, ſolus es qui feſtive garris comœdias, in quibus *arguta meretrix* & Davus emungunt ſenem. Nota. 1 *Fundanius*, ut Comicus conſummatus, et ex nummis, quos Torrent. habuit, tantum notus eſt. 2 *Garrire*, in bonam partem hîc ſumtum, ſtilum Comicum liberum ſane & nativum refert. 3 *Libelli*, pro quovis ſcripto, at hic pro Comœdia, quod alibi haud reperias, uſurpantur. 34 Pollio tragœdiographus jambis trimetris canit. V. l. 2 od. 1. 35 Varius pro acri ingenio ſuo

Virgilio annumerant gaudentes rure Camœnæ 36.
Hoc 37 *erat, experto frustra Varrone Atacino* 38,
Atque quibusdam aliis 39, *melius quod scribere possem,*
Inventore minor 40: *neque ego illi detrahere ausim*
Hærentem capiti multa cum laude coronam 41.
50 *At dixi fluere hunc lutulentum, sæpe ferentem*
Plura quidem tollenda relinquendis 42. *Age, quæso,*
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero 43?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci 44?
Non ridet versus Ennî gravitate minores 45,
Cum de se 46 *loquitur, non ut majore reprensis?*
Quid vetat, & nosmet Lucilî scripta legentes

Quæ-

strenuum condit epos, seu Heroïcum carmen. V L. 1 od. 6. 36 Musæ, loca sola amantes & libera, Virgilio tribuunt laudem scribendi Bucolica & Georgica, (Æneis tunc nondum apparebat) in quibus tener facetusque (i.e. excultus et elagans, ut Quintil. l. 6 c. 3 explicat) stilus elucet. *Ductu, molle*, transl. a lana, quæ ducitur seu trahitur. 37 Carmen Satyricum Horatius suum facit. 38 Pub. Ter. Varro Atace Galliæ vico oriundus (alius certe quam M. Ter. Varro Romanorum doctissimus) frustra voluit Satyras scribere, licet in aliis excelleret. *Non omnia possumus omnes.* 39 Multi Lucilium imitati sunt in Satyra, ut Sævius Nicanor, Lenæus Pompeji libertus &c. Sed frustra. 40 Lucilio, ob inventionem Satyræ, se minorem dicit: at Quintil. ait, Horatius *tersior multo ac purus magis, & ad notandos mores præcipuus.* 41 Alludit ad morem, quo Poëtarum statuæ, in Bibliothecis publicis consecratæ, coronabantur. Pers. in Prol. *Quorum imagines lambunt ederæ sequaces.* 42 Sen. 4 Contr. de Aterio, *Multa erant quæ reprehenderes, multa quæ suspiceres, cum torrentis more magnus quidem sed turbidus flueret.* V. Sat. 4. 43 Qui nævos alicujus notat, non perinde ei se præfert. Nihilne, ait, quod culpes, in Homero invenis? Ita Longinus in eo multa desideravit: sed nemo adeo ei insultavit, uti Peraltius nuper in paralleliſmo antiq. & nov. 44 Excusat reprehensionem suam ipsius Lucilii exemplo, qui multa in Ennio, Attio, Cæcilio, Pacuvio, aliisque notavit. 45 Lucilius in Ennio pondus, gravitatemque sæpe desideravit. Uti quis non rideat hoc fragmentum, *O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. At tuba terribili sonitu taratantara dixit.* Et tamen hic *Primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam Per gentes Italas hominum quæ clara clueret.* Lucret. Quintil. *Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quo is grandia & antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem.* Magna sunt quæ noto p. 35 n. 5. Fragmenta ejus collegit Hieron. Columna, & notis auxit P. Merula. Sed liber vix parabilis. 46 Hoc de Lucilio recte dici, multis notat Dacier, non vero de Ennio, ut D. Heinsius conten-

Quærere, num illius, num rerum dura negarit
Verſiculos natura 47 *magis factos* 48, *& euntes*
Mollius 49? *At, ſi quis* 50 *pedibus quid claudere ſenis*
60 *Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos*
Ante cibum verſus, totidem cœnatus 51: *Hetruſci*
Quale fuit Caſſî rapido ferventius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſque
Ambuſtum propriis 52. *Fuerit Lucilius, inquam,*
Comis, & urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis, & Græcis intacti carminis auctor 53.
Quamque poëtarum ſeniorum turba 54: *ſed ille*
Si foret hoc noſtrum fato dilatus in ævum 55:
Detereret ſibi multa, recideret omne, quod ultra
70 *Perfectum* 56 *traheretur, & in verſu faciendo*

dit; quod *de ſe loqui*, περιαυτολογεῖν, ſignificet, *ſe inſolentius jactare*, uti Ennium feciſſe Heinſius ait vel in hoc fragmento, *Scripſere alii rem Verſibus quos olim Fauni vatesque canebant: Quom neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat, Nec dicti ſtudioſus erat.* 47 Modeſte dubitat in Lucilio cenſendo an rudis ejus compoſitio aſperitati materiæ, an genio ejus imputari debeat. Sed difficilioris ingenii contumaciæ, & ſtultitiæ in eligenda ſterili materia deputet, qui Lucilii vel unum legerit fragmentum in Nann. Miſcel. l. 3 c. 26, & qui noverit Virgilium quoque ab Albanis bellis ſcribendis deſtitiſſe ob duritiem nominum in iis occurrentium. 48 *Factos* i. e. *perfectos.* Cic. *intellectum eſt quantam vim haberet accurata & facta quodammodo oratio.* Ita & Græcis λόγος πεποιημένος, & ἀφελὴς, ἀπόϊητος, *ſtilus factus*, & *neglectus* ſeu *imperfectus* opponitur. 49 Mart. *Carmina nulla probat molli quæ tramite currunt, Sed quæ per ſalebras altaque ſaxa cadunt.* 50 *At ſi quis.* lectio clara, ſi ulterius legas; nec opus eſt legi, *Ac ſi quis*, expuncta prius rogandi notula. 51 V. Sat. 4 v. 6 &c. 52 Notat Caſſium Parmenſem fœcundæ ſed non pulchræ venæ poëtam, Auguſti ſemper inimicum, ejuſque juſſu a Varo tandem occiſum, combuſtumque (*ut fama* ſcil. e Græcia ferebat) libris ſuis, quos jocatur cremando ejus cadaveri ſuffeciſſe. 53 Fuerit Lucilius terſior, quam Ennius, & auctor carminis rudis & intacti Græcis, Satyræ ſcil. Ita Quintil. l. 10 c. 1 *Satyra quidem tota noſtra eſt, in quæ primus inſignem laudem adeptus eſt Lucilius.* Aliter ſentit Scal. Poët. l. 1 c. 12 & l. 3 c. 48. 54 V. n. 44 Sup. 55 Si Auguſteo vixiſſet ſeculo, quod elegantiſſimum ſane fuit, non minus quam feliciſſimum. Ita Quintil. de Attio & Pacuvio, *Cæterum nitor & ſumma in excolendis operibus manus magis videri poteſt temporibus quam ipſis defuiſſe.* 56 In art. poët. v. 447 *ambitioſa recidet ornamenta.* Et v. 337 *Omne*

Sæpe caput ſcaberet 57, *vivos & roderet ungues* 58,
Sæpe ſtilum vertas 59, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus 60. *An tua demens*
Vilibus in ludis dictari carmina malis 61?
Non ego. Nam ſatis eſt equitem mihi plaudere, ut
audax,
Contemptis aliis, exploſa Arbuſcula dixit 62.
Men' moveat cimex Pantilius 63: *aut crucier, quod*
Vellicet abſentem Demetrius 64? *aut quod ineptus*

80 *Fan-*

ſupervacuum pleno de pectore manat. Longin. hoc vocat *exceſſum juſtæ magnitudinis, quæ cothurnum ipſum excedunt,* παρατραγῳδήματα. *Sunt enim inquinatiſſima locutione, & tumultuariis ſententiis turbida potius quam grævia. Quod ſi ſingula in lucem diſpexeris, paulatim ex inani ſpecie gravitatis, in rem contemtiſſimam recident.* Talia ſunt paſſim in Herculis OEtæo Senecæ, ſi ejus modo ſit, & in Lucano quamplurima: Apulejus vero totus ex iis conſtat. Nec deſunt adhuc qui pro carne & ſucco degenerem pituitæ tumorem multo ſtudio colligunt. His autem vomitora imperari vult Lucian. in Lexiph. 57 Marcilius vult Horatium hic cogitaſſe de Minerva e Jovis cerebro exciſa. Certius reſpexit Varro, cum ait, *Scabens caput novo partu poëtico.* 58 Perſ. in leviter ſcribentem, *Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues.* 59 *Stilus* ſeu *graphium* erat ferreum, ab una parte acutum, quo exarabantur in cera literæ, ab altera parte planum, qua inducebatur quod perperam erat exaratum, & rurſus complanabatur in cera. Emendatio autem, ut pars ſtudiorum utiliſſima, priſcis illis unice placuit, illique tot bonos libros debemus. *Stilus enim*, ait Quintil. l. 10 c. 4, *non minus agit cum delet. Hujus opus eſt adjicere, detrahere, mutare. Sed facilius in iis ſimpliciuſque judicium, quæ replenda vel dejicienda ſunt: premere vero quæ tumentia, humilia extollere, luxuriantia aſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exultantia coercere, duplicis operæ. Nam & damnanda ſunt quæ placuerant, & invenienda quæ fugerant.* 60 Mart. l. 2 ep. 86 *Me raris juvat auribus placere.* 61 Antiqui poëtæ in ſcholis tantum legebantur, raro novi. Perſ. Sat. 1 v. 29 *Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe Pronihilo pendas?* Hor. *viles ludos* ait, Satyrice, & ad ſenſum vulgi. Cicero nomen ludi (licet is prætextatorum) non abhorruit ut vile, cum ſcholam domi ſuæ aperuerit, & affirmarit, *Neminem poſſe munus reip. afferre majus, meliuſve, quam ſi doceat, atque erudiat juventutem.* 62 Mima, Arbuſculcula dicta, paucis equitibus ſi placeret, contenta fuit, licet aliis expladeretur. De hac Cic. ad Att. l. 4 ep. 14 *Quæris nunc de Arbuſcula. Valde placuit. Ludi magnifici & grati.* 63 Pantilii, putidi ſcurræ obtrectatione non moveri ſe ait. Iſ. Voſſ. notum Adriani verſum qui eſt in Spartiano l. *Cimices pati rotundos*, non *culices.* 64 Sup. dixit *Simium.*

Fannius[65] *Hermogenis lædat conviva Tigellî?*
Plotius[66], *& Varius*[67], *Mæcenas, Virgiliusque,*
Valgius[68], *& probet hæc Octavius optimus*[69], *atque*
Fuscus[70], *& hæc utinam Viscorum laudet uterque*[71].
Ambitione relegata[72] *te dicere possum*
Pollio[73], *te Messala*[74] *tuo cum fratre, simulque*
Vos Bibuli[75], *& Servi*[76], *simul his te, candide Furni*[77]:
Complures alios, doctos ego quos & amicos
Prudens prætereo: quibus hæc, sint qualiacunque,
Arridere velim: doliturus, si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teque Tigelli
Discipulorum inter jubeo plorare cathedras[78]?
I puer, atque meo citus hæc subscribe libello[79].

65 V. Sat. 4. 66 V. Sat. 5. 67 L. 1 od. 6. 68 L. 2 od. 9 Tibul. ad Messalam, *Est tibi qui possit magnis se accingere rebus Valgius: æterno propior non alter Homero.* 69 Poëta & Historicus. 70 L. od. 22 Lib. 1 epist. 10. 71 Visci fratres Vibio Visco equite nati, uterque bonus poëta, & Augusto carus. 72 Citra adulationem. 73 V. p. 78 n. 1. 74 Messala Corvinus insignis orator fuit, & Græcolatinitatis hostis. Is χοινοβάτην Latine dixit *funambulum*. V. Quintil. 75 Bibulus, forte fil. Consulis, collegæ Cæsaris. 76 Fil. Servii Sulpicii, ad quem Cic. sæpe scribit. 77 Furnius elegans Historicus, & post Consul. 78 Inter feminas amatoria carmina flebili mollique voce recitare eos jubet, & hoc eum mollitie eorum convenit. V. vers. 19. Adhæc formula erat, qua *plorare, vapulare, ὀιμώζειν, κλαίειν* jubebant eos, quorum minas negligebant freti libertatis suæ jure. Paræus in Mantissa Lex. Plaut. in *Vapulo*. 79 Forte Satyræ quartæ.

Q. HOR. FLACCI SERMONUM

LIBER SECUNDUS.

SATYRA PRIMA.

Libro primo vitia, hic fere falsas philosophorum opiniones refutat, eoque plus eruditionis continet, quam primus; eruditionis, inquam; non tetricæ illius, sed quæ Gratiis quasi conjuncta incedit. Hæc Satyra perpetuus quidam jocus est. Offensus enim Horatius pravis de Satyris suis judiciis, consulit magnum sui temporis Juris consultum Trebatium, qui legumlatoris gravitate a scribendo jubet desistere. Horatius (ad exemplum eorum qui quæ volunt consuli sibi cupiunt) non sine ejus ludibrio rationes ejus rejicit, & Trebatius sententiam suam haud mutat. Juvenis admodum hanc Satyram fecit. V. vers. 57 & 60

Hor. SUnt, *quibus in Satyra videar nimis acer* [1], *& ultra*
Legem tendere opus [2]: *sine nervis altera, quicquid*
Composui, pars esse putat [3], *similesque meorum*
Mille die versus deduci posse [4]. *Trebati* [5],
Quid faciam, præscribe. Treb. *Quiescas.* Hor. *Ne faciam, inquis,*
Omnino versus? Treb. *Ajo.* Hor. *Peream male, si non* [6]
Optimum erat: verum nequeo dormire. Treb. *Ter uncti*
Transnent

1 Adversarii Horatii mordacem nimis eum dicebant, & injurium his illisque, ac coërcendum. 2 L. 2 epist. 1 V. 151 *Quin etiam lex Pœnaque lata malo quæ vetat carmine quenquam Describi.* 3 Alii dicebant versus Horatii languidos infirmosque. 4 d. epist. 1 *Tenui deducta poëmata filo. Carmen deducere* aliter ad cyclicum epos refertur, v. p. 19 n. 10. 5 C. Trebatius Testa, magnus Jurisconsultus, valde laudatus Ciceroni, Cæsari carus. 6 Trebatius ætate jam gravis, gravibus utitur verbis, *Ajo*, *Nego*, *Quiescas*: Aliter pro modestia jurisconsultorum, *Ita videtur*, & similia dicta legas.

Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto 7,
Irriguumque mero sub noctem corpus habento 8.
10 *Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude*
Cæsaris invicti 9 *res dicere, multa laborum*
Præmia laturus. Hor. *Cupidum, pater optime* 10, *vires*
Deficiunt: neque enim quivis horrentia pilis
Agmina 11, *nec fracta pereuntes cuspide Gallos* 12,
Aut labentis equo describet vulnera Parthi 13.
Treb. *Attamen & justum poteras, & scribere fortem* 14,
Scipiadam ut sapiens Lucilius 15. Hor. *Haud mihi deero*
Cum res ipsa feret 16: *nisi dextro tempore* 17, *Flacci*
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem 18:
20 *Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus* 19.
Treb. *Quanto rectius hoc, quam tristi lædere versu*
Pantolabum scurram, Nomentanumque nepotem 20:

Cum

7 Jocosæ Horatii querimoniæ callide respondet Trebatius, & ut *natandi studiosissimus*, ut Cic. l. 7 ep. 10 scribit. Ad somnum conciliandum suadet, ut ter Tiberim transnatet unctus: nam sic corpus agile & frigori aquæ ferendo erat. V. l 3 od. 12. 8 Et hoc consilium a Trebatio, subbibere amanti, non alienum, ut patet ex Cic. d. l. epist. 22. 9 Barbare, *Invincibilis*. 10 *Patrem* vocat ob ætatem, quem & Cicero jam 30 fere annos ante *vetulum* dixit. Porro Jurisconsultos a Cæsaribus *patres* quoque dictos, notum est. 11 Quisque nequit dicere cohortes spiculis horribiles. Ennius ridicule, spiculis in campo sparsis, dixerat, *Sparsis hastis longe campus splendet & horret*. 12 Narrat Plut. Marium excogitasse jaculi genus, quod infixum corporibus avelli integrum non poterat: tum ut curatio esset difficilior, tum ne eo uti posset, qui læsus erat. 13 Indubie loquitur de clade Pacori Parthorum regis occisi a Ventidio. V. l. 1 od. 12, 19. L. 3 od. 5. 14 Horatius in ore Trebatii, summi gravisque viri, Augusti laudes digne ponit. 15 Si non arma, certe virtutes Cæsaris scribere poteras, ut Lucilius privatam Scipionis Africani junioris scil. vitam scripsit. 16 Scripsit epist. 1 l. 2 ad Augustum. 17 *Cum Mollia fandi Tempora*, dictam epistolam vult reddi. Ita jubet l. 1 epist. 13 *Augusto reddes signata volumina, Vinni, Si validus, si lætus erit, si denique poscet.* 18 *Attentam aurem*, majoribus scilicet rebus. Ita d. ep. 1 *In publica commoda peccem Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.* 19 Augustum dicit sapientia munitiorem, quam ut adulari quis ei possit. Transl. a generosis equis, qui leniter palpari tantum volunt. 20 V. Sat. 8 l. 1.

Cum ſibi quiſque timet, quanquam eſt intactus, & odit.
Hor. *Quid faciam? Saltat Milonius, ut ſemel icto*
Acceſſit fervor capiti[21], *numeruſque lucernis*[22].
Caſtor gaudet equis; ovo prognatus eodem
Pugnis[23]. Quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum
Millia. *Me pedibus delectat claudere verba*
Lucilî ritu, noſtrum melioris utroque[24].
30 Ille[25] *velut fidis arcana ſodalibus olim*
Credebat libris: neque ſi male geſſerat uſquam,
Decurrens alio, neque ſi bene[26], *quo ſit, ut omnis,*
Votiva pateat veluti deſcripta tabella,
Vita ſenis[27]. *Sequor hunc, Lucanus, an Appulus,*
anceps[28]:
Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus:
Miſſus ad hoc, pulſis, vetus eſt ut fama, Sabellis,
Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis:
Sive quod Appula gens, ſeu quod Lucania bellum
Incu-

21 Non plus temperare mihi poſſum a Satyra ſcribenda, quam Milonius temulentus a ſaltando. Cic. pro Mur. *Nemo fere ſaltat ſobrius, neque in ſolitudine, neque in convivio moderato atque honeſto. Intempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.* 22 Lucr. l. 4 *Bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Et duplices hominum facies & corpora bina.* Vino ſcil. madidi dupla omnia cernunt, non minus ac Pentheus Æn. 4. *Et ſolem geminum & duplices ſe oſtendere Thebas.* Theog. domum iis circumagi dicit: Τὸ δὲ δῶμα περιτρέχειν. 23 L. 1 od. 12 De Caſtore & Polluce perinde ut hîc, *Hanc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem.* Poëtæ eos ex ovo natos fingunt, quod Jupiter in cycnum ſe transformarat, cum Ledam eorum matrem videret. Sed eos, ut Lacones ſolebant, pileatos in nummis exhiberi, ait Iſ. Voſſ. Pileos vero iſtos fuiſſe inſtar dimidiati putaminis ovi, indeque fabulam natam conjicit, uti qui ex ovo diſſecto prodire videatur. 24 Trebatium refert Alex. ab Alex. *heroico verſu plurimum valuiſſe, & inter poëtas annumeratum.* 25 Lucilius. 26 Secunda & adverſa verſibus conſignabat, *nec alio decurrebat* ſolatii cauſa. V. verſ. 34 epiſt. 2. 27 Omnem vitam deſcripſit Lucil. uti naufragi tabulam naufragii, quam ſuſpendi in templo v. p. 16 n. 12 & p. 346 n. 50. 28 Jocatur hîc, quaſi Lucilii exemplo vitam ſuam ſit deſcripturus, & dubitat ubi patria ſua ſtatui debeat, an in Apulia, an Lucania. Romanum tamen mox ſe dicet. V. p. 151 n. 10. 29 Venuſia, Hod. *Venu-*

Incuteret violenta 29. *Sed hic ſtilus haud petet ultro*
Quemquam animantem 30, *& me veluti cuſtodiet enſis*
Vagina tectus. Quem cur deſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus? ô pater, & rex
Jupiter, ut pereat poſitum rubigine telum 31,
Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis! at ille,
Qui me commorit 32 (*melius non tangere, clamo*) 33
Flebit, & inſignis tota cantabitur urbe 34.
Cervius iratus leges minitatur 35, *& urnam* 36:
Canidia Albutî, quibus eſt inimica, venenum 37.
Grande malum Turius 38, *ſi quis ſe judice certet.*
Ut, quo quiſque valet, ſuſpectos terreat, utque
Imperet hoc natura potens 39, ſic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit 40. Unde, niſi intus
Mon-

ſa, Sabellorum ſeu Samnitum urbs erat, quibus inde pulſis, Romani coloniam & præſidium eo miſere, ne Latio, ut ſolebant, graves porro eſſent, aut Appulis ſe jungerent. Sylla illorum quinque millia in campo Martio uno die occidi juſſit, expertus, ut ajebat, Romanis nunquam otium fore, quamdiu eſſent Samnites. 30 Rationem dat Hor. cur in aliquos ſcribat. Ita in epod. *Cave, cave, namque in malos aſperrimus Parata tollo cornua.* Dacier vivis peperciſſe eum hic vult, ex τῶ *animantem.* Sed quænam inde laus ſit non video. Niſi mortuis inſultare melius, quam vivis, & ſe defendere valentibus. 31 Ab omni pugna alienum ſe monſtrat. Callim. fere ſimiliter precatur, Ζεῦ πάτερ ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος, quod Catul. vertit, *Jupiter, ut Chalybum omne genus pereat.* 32 Ita Enn. *Meum non eſt (aggredi) at ſi me canis momorderis.* 33 Proclamat quaſi in via contra aggreſſores. D. epod. 6 argumentum eſt, quam ſit genus *irritabile vatum.* 34 Fabula vulgi.. 35 Delator & calumniator eis quos odit minatur dicam ſcribere. 36 In quo litteræ A & C id eſt abſolutionis & condemnationis ſuffragia colligebantur. Virg. hunc Rom. morem in inferno etiam obſervat, *Quæſitor Minos urnam movet.* 37 *Canidia* Albuti filia, inſignis venefica, v. indic. 38 Judex inviſis ſibi inexorabilis. 39 Conſtr. *Sic collige mecum, ut quiſque terreat ſuſpectos eo quo valet: & ut Natura potens hoc imperet.* *Natura potens*, immutabilis, omnique diſciplina efficacior. Pind. Τὸ δὲ φῦσα κάρτιστον ἅπαν. 40 Ex Anacr. od. 2 φύσις κέρατα ταύροις. Phocyll. v. 118 *Arma cuique Deus diſtribuit, avibus magnam celeritatem, robur leonibus, tauris cornua, apibus aculeos, at ratio propugnaculum eſt homini, ac telum omni telo potentius. Feminis* addit Anacr. *pulchritudinem,*

Monſtratum 41 ? *Scævæ vivatem crede nepoti*
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera 42. *Mirum:*
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos 43.
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, ſeu me tranquilla ſenectus
Exſpectat, ſeu mors atris circumvolat alis 44:
Dives, inops, Romæ, ſeu fors ita juſſerit, exſul,
Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color 45. Treb. *O puer, ut ſis*
Vitalis metuo 46, *& majorum ne quis amicus*
Frigore te feriat 47. Hor. *Quid, cum eſt Lucilius auſus*
Primus in hunc operis componere carmina morem 48,
Detrahere & pellem, nitidus qua quiſque per ora
Cederet, introrſum turpis 49: *num Lælius* 50, *aut qui*
Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen 51
Ingenio offenſi, aut læſo doluere Metello 52,

Famo-

41 Cic. pro Mil. *Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacumque ope poſſent, a corpore, a capite, a vita ſua propulſarent.* 42 Scæva luxu perditus, infirmuſque matrem veneno, non ferro tollet: Sequens ita naturæ ſuæ vim pravumque habitum. 43 Perinde ut feræ nocent iis tantum armis, quæ natura iis dedit. 44 Morti, uti monſtro, alas dat. Ita l. 2 od. 17 *volucriſque Fati Tardavit alas.* 45 Ad exemplum Lucilii, quiſquis color, ſeu ratio & conditio vitæ erit, deſcribam. Epiſt. 17 v. 23 *Omnis Ariſtippum decuit color.* Stat. præf. 2 ſylv. *vir optime, nec minus in judicio literarum, quam omni vitæ colore terſiſſime.* 46 Satyris tuis violentam aliquam manum tibi parabis, ut diu non ſis ſuperſtes. Ita Bruno, noſtri temporis extemporaneus poëta nobilis, miſere periit. Et hoc ſua ſæpe culpa poëtis fit. V. epod. 6. ibique not. 47 Metuit ne frigus ſentiat a majori aliquo amico, Mæcenate ſc. Ita Perſ. Sat. 1 v. 108 *vide ſis ne majorum tibi forte Limina frigeſcant.* 48 Exemplo Lucilii ſe tuetur, qui nec vitæ, nec amicorum gratiæ jacturam tulit. 49 Denudare occulta potentiorum vitia, qui jam beati integrique incedunt. 50 Cajus Lælius, ſapientiæ nomine præclarus. 51 Scipio Africanus minor, quem Lucilius in obſidione Numantiæ ſecutus eſt. 52 Multi hoc tempore Metelli erant. Incertum cui hæc conveniant. An Q. Metello illi Numidico, qui de Numidia triumphavit, eoque ex æmulo gloriæ Scipionis, qui de Carthagine triumphum egit, inimicus ei factus eſt & Lucilii Satyris læſus. Extat fragmentum, *Carpathium mare tranſvectus exnabis* Ροδόιο. Hic autem exprobrat Metello exilium, quod Rhodi

Famoſiſque Lupo cooperto verſibus 53 *? Atqui*
Primores populi 54 *arripuit, populumque tributim* 55 ;
Scilicet uni æquus virtuti 56 *, atque ejus amicis.*
Quin 57 *ubi ſe a vulgo, & ſcena, in ſecreta remôrant*
Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Lælî :
Nugari cum illo, & diſcincti 58 *ludere* 59 *, donec*
Decoqueretur olus 60*, ſoliti. Quidquid ſum ego, quamvis*
Infra Lucilî cenſum 61 *, ingeniumque, tamen me*
Cum magnis 62 *vixiſſe invita fatebitur uſque*
Invidia, & fragili quærens illidere dentem,
Offendet ſolido 63*. Niſi quid tu, docte Trebati,*
Diſſentis, equidem nihil hinc diffindere poſſum. 64
Treb. Sed tamen ut monitus caveas, ne forte negoti
Incutiat

egit. 53 P Rutilius Lupus a Lucilio impetitus quoque fuit. *Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filiu' divos Eſſe putaſſet, tam impius aut perjuru' fuiſſet?* Lupus contra Marſos neglectis auſpiciis pugnans trucidatus eſt. 54 Coſſ. prætores. 55 Nec pepercit 35 tribubus Romæ. Perſ. *Secuit Lucilius urbem.* 56 Uni parcens virtuti. 57 Tantum abeſt ut proinde frigus ſenſerit Lucilius a Lælio, & Scipione, ut & familiariter eo uterentur &c. 58 Veſtibus animiſque ſolutis. 59 Catulus apud Cic. 2 de Orat. *Sæpe ex ſocero meo audivi cum is diceret ſocerum ſuum Lælium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, cum rus ex urbe tanquam e vinculis evolaſſent. Non audeo dicere de talibus viris ; Sed tamen ita ſolet narrare Scævola conchas eos & umbilicos ad Cajetam & ad Laurentum legere conſueſſe, & ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere.* Acro ait, Lucilium Lælio circa lectos fugienti obtortam mappam quaſi feriturus aliquando intentaſſe. 60 Dum cœna ex oleribus pararetur. E legibus ſumtuariis, Fannia, Licinia, *Si quicquam eſſet natum e terra, vite, arbore promiſcue atque indefinite largitæ ſunt.* Eo pertinet, *Lex Licinia introducitur : Lux liquidæ hœdo redditur*; Mactaturi enim hœdum, Liciniæ legis memores facti, ei parcebant. Herbas autem tam bene condiebant (uti nunc in cœnobiis piſces carnium vim ſaporemque vincere etiam ſolent) ut Cic. inde male ſe habuerit feſto Augurali Luculli; *Quæ videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit : nam dum volunt iſti lauti terra nata quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helaellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius*, lib. 7 ep. 26. V. ſup. p. 74 n. 3. 61 Lucilius Patricius erat, ejus ſoror erat avia Pompeji Magni. Cenſus equeſter quadringentis ſeſtertiis æſtimabatur, i. e. 10000 coronatis : Senatorius duodecies centies ſeu centena millia i. e. 30000 ſcutatos ſeu philippeos requirebat. 62 Cum Mæcenate, Auguſto &c. 63 Alludit ad fabulam de vipera & lima, Phæd. l. 4 f. 7. 64 Modeſtia re-

Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum [65] :
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus eſt,
Judiciumque [66]. Hor. *Eſto, ſi quis mala: ſed bona ſi quis*
Judice condiderit laudatur Cæſare [67]. *Si quis*
Opprobriis dignum latraverit [68] *integer ipſe;*
Solventur riſu tabulæ [69] *: tu miſſus, abibis* [70].

verentiæque cauſa, ait, *niſi quid diſſentis, Trebati*, ea quæ dixi mutare nequeo. Satyras ſc. ſcribere pergam. *Diffindere*, eſt dividere. Eſtque vox curialis. Ita in Suet. *dividere ſententiam.* 65 *Error juris non excuſat*, ajunt leges noſtræ. 66 *Jus eſt*, i. e. lex lata. *Judicium*, actio coram judice contra diffamatores. Lex 12 tab. ſtatuebat, *Si quis occentaſſit malum carmen, ſive condidiſit quod infamiam faxit flagitiumque alteri capital eſto.* Auguſtus hoc renovavit. Suet. c. 55 *Id modo cenſuit cognoſcendum poſthac de iis qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam ſuo vel alieno nomine edant.* 67 Ludit in ambiguis verbis *mala carmina*: Quæ maledicentiam, & poëſin ineptam notant. Bona laudari ait, Judice Cæſare, qui, ut bonus poëta, & judex, poëſioſque amator ſic quoque laudatur. Sequitur quod Sat. 10 l. 1 præcepit, *Ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res.* 68 Al. *laceraverit.* Sed leve id eſt. *Latravit* pro *allatravit.* 69 *Tabulæ*, libelli accuſationis. 70 Poëta quivis inſectatus hominem dignum, abſolutus dimittetur.

SATYRA II.

Horatius, uti mediocritatem mirifice in multis locis, ita & hic frugalitatis commoda, & victus ſumtuoſi mala ſic tractat, ut ſi hanc & ſextam & ultimam hujus libri Satyram & od. 10 l. 2 legeris, præcepta philoſophorum non valde deſideres: Agit hic ſub perſona Oſelli, qui bonis exutus conditionem ſuam nihilo deteriorem experiebatur, quod rebus affatim prius affluentibus ſe aſſuefeciſſet ſimplici communique vivendi rationi, qua jam extra Fortunæ ictum poſitus erat.

Quæ virtus, & quanta, boni, ſit vivere parvo [1] :
(*Nec meus hic ſermo eſt : ſed quem præcepit Oſellus*
Ruſticus [2], *abnormis ſapiens* [3], *craſſaque Minerva* [4].)
Diſcite

1 *Boni, amici, ὦ γαθοὶ*, diſcite quam bene parvo vivatur. 2 Præcepta in ore noſtri Satyrici ridicula forent : eoque Oſellum, ignotum hominem, loquentem inducit. *Sermo* pro ſcito philoſophiæ ſæpe uſurpatur ab Hor. v. p. 166 n. 5. 3 Oſellus ratione, non inſtitutione erat philoſophus, ſeu non doctus ad normam ſeu regulas philoſophorum: non laxus Epicureus, non rigidus Stoïcus. Cic. in Læl. *nimquam ego*

Discite non inter lances, mensasque nitentes,
Cum stupet insanis acies fulgoribus [5], & cum
Acclinis falsis animus meliora recusat [6]:
Verum hic impransi mecum disquirite. Cur hoc [7]?
Dicam, si potero [8]. MALE verum examinat omnis
Corruptus judex. Leporem sectatus [9], equove
[10] Lassus ab indomito, vel si Romana fatigat
Militia assuetum Græcari [10], seu pila velox [11],
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu te discus [12] agit, pete cedentem aëra disco.
Cum labor extuderit [13], fastidia: siccus, inanis
Sperne cibum vilem [14] nisi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta [15]. Foris est promus [16], & atrum
Defendens pisces hiemat mare [17]: cum sale panis [18]

dicam C. Fabricium, M. Curium . . . . ad istorum normam fuisse sapientes. *Sapiens*, pro philosopho l. 1 Sat. 4 v. 114. 4 Impolitus, sine arte, *pingui Minerva*, ut Cic. ait. 5 *Insani fulgores*, ostentationes rerum magnificarum, sola libidine, contra rationem. Ita fere ad Herenn. *ut insanire* definitur. 6 Ideo Geminius legatus, tentaturus omnia quæ Antonium Augusto reconciliare poterant, vocatus in convivium ab Antonio, præsente Cleopatra, ait, *Quæ tibi dicere, Antoni, jussus sum, cum sobrio & alio in loco tractanda sunt.* Plut. in Ant. 7 Rogant ii, ad quos Hor. loquitur, Cur jejuni auscultare tibi debemus? Tangit hic luxum Rom. ut Pers. jam fecerat Sat. 1 vers. 30 *Ecce inter pocula quærunt Romulidæ Saturi quid dia poëmata narrent.* 8 Quærit comparationem, qua rem exprimat. 9 Jam ad rem venit, & quæ frugalitatem suadeant. 10 *Græcari* est potare & voluptatibus indulgere. Lex convivii apud eos nota, ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι, *Aut bibe, aut abi.* 11 Pila Rom. frequens, erat quadruplex. 1 Harpastum, quæ solo repercussa, remittebatur. 2 Follis, quæ brachiis vel pugnis intorquebatur. 3 Trigonalis, cum tres pilam invicem manibus reddebant. 4 Paganica, qua in pagis ludebant, plumis referta. 12 V. Indic. in *discus*. 13 Extundi malleis proprie solet. Ὁ πόνος εἴτε ἐγκείσθω *labor cibo præeat.* Cic. *Socratem audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim.* 14 Non spernes. 15 Hypallage, pro *ne biberis Falernum*, (vinum austerius) *nisi ibi diluta sint mella Hymettia.* *Hymettus* mons Atticæ, thymi mellisque copia abundans. 16 Si domi non sit promus. 17 Si mare agitatum piscatores arcet. Inde piscatores in Rud. Plaut. *Atque ut nunc valide fluctuat mare.* 18 Panis cum sale populi alimentum olim erat, unde Neptunus & Ceres communi sacello culti sunt, teste Plut. (V. indic. in voce *Salarium*) post

Latrantem ſtomachum [19] bene leniet. *Unde putas, aut*
Qui partum? non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt. Tu pulmentaria quære,
Sudando [20]. Pinguem vitiis, albumque [21], nec oſtrea
Nec ſcarus [22], aut poterit peregrina juvare lagois [23].
Vix tamen eripiam [24], *poſito pavone* [25], *velis quin*
Hoc potius, quam gallina tergere palatum [26],
Corruptus vanis rerum: quia veneat auro [27]
Rara avis, & picta pandat ſpectacula cauda [28],
Tanquam ad rem attineat quidquam. Num veſceris iſta,
Quam laudas, pluma? coctove num adeſt honor [29] *idem?*
Carne tamen quamvis diſtat nihil hac magis illa [30],
[30] *Imparibus formis deceptum te patet* [31]. *Eſto* [32].
Unde datum ſentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet, ponteſne inter jactatus, an amnis
Oſtia ſub Tuſci [33]? *laudas inſane trilibrem*

Mullum

pauperiorum tantum. Gripus in Plaut. Rud. *Sed hic rex cum aceto pransurus eſt & ſale, ſine bono pulmento.* 19 Stomachus vacuus, ventoſus eſſe ſolet. Inde & Lucret. *Naturam latrare*, Ennius vero audacius dixit, *Animus cum pectore latrat*, Ter. *Animus eſt in patinis.* 20 Optimum condimentum eſt fames, quæ labore, ſudore, curſu &c. paratur. *Pulmentaria* nunc delicias, olim pultem notabant: eo enim, non pane, niſi ex milio, olim in Italia, ubi Pythagorica philoſophia viguit, victitabant. 21 Plenum & pallidum nimio cibo potuque: eo enim calor naturalis extinguitur. Perſ. Sat. 3 v. 98 *Turgidus hic vitiis, atque albo ventre lavatur.* Inf. v. 76 *Vides ut pallidus omnis Cœna deſurgat dubia.* V. 91 n. 13. 22 Epod. 2. 23 *Lagoïs*, avis peregrina, non lepus marinus, nam in cibo vel viſus venenum eſt, eoque Titus a fratre Domitiano dicitur eſſe ſublatus. Illius caro ſimilis leporinæ, unde & nomen: nam λαγὼς eſt *lepus*. Ex alio orbe convectas aves, & conchylia cenſoriæ leges cœnis ademere, *Plin.* 24 Vix perſuaderi poterit, quin quæ rara, cara ſint præ cæteris. 25 P. 322 n. 9. 26 Perſ. Sat. 3 in f. *radere beta.* Ad guloſos apta locutio. 27 *Magis illa juvant quæ pluris emuntur.* Juv. 28 Moſchus de pavone perinde fere dixit, *Avis quæ gaudet multicoloribus plumis, expandens caudam, ut navita ſua vela.* 29 *Honor*, pulcritudo. *Virgo honeſta facie* i. e. pulcra. 30 *Tamen illa caro* (pavonis) *quamvis nihil diſtat hac carne* (gallinæ.) 31 Externa pavonis forma fallit oculos, non interna bonitas ut gallinâ pluris facias. 32 Cauſa hac probata, ad aliam tranſit. Huc pertinet formula, *Eſto.* 33 Nunc ingenioſos gulæ magiſtros ferit, qui guſtu diſ-

Mullum: in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.
Ducit te ſpecies, video. Quo pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos 34? *Quia ſcilicet illis*
Majorem natura modum dedit, his breve pondus.
Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit 35.
Porrectum magno magnum 36 *ſpectare catino*
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus 37. *at vos*
Præſentes Auſtri coquite horum opſonia? quamvis
Putet aper, rhombuſque recens 38, *mala copia quando*
Ægrum ſollicitat ſtomachum 39; *cum rapula plenus,*
Atque acidas mavult inulas 40. *Nec dum omnis abacta*
Pauperies epulis regum 41: *nam vilibus ovis* 42,
Nigriſque eſt oleis hodie locus 43. *Haud ita pridem*
Galloni præconis erat acipenſere menſa

cernebant ubi lupus captus ſit. Plin. l. 9 cap. 54 *Quando eadem aquatilium genera aliubi atque aliubi meliora: ſicut lupi piſces in Tiberi amne inter duos pontes, rhombus Ravennæ, murenæ in Sicilia &c.* Inde eſt, quod M. Philippus apud Caſſinum cœnans lupo marino guſtato diceret, *Moriar, niſi venenum eſſe crederem.* Columella poſt Varronem addit, *Hoc igitur perjurium multorum ſubtiliorem fecit gulam, doctaque & erudita palata faſtidire decuit fluviatilem lupum, niſi quem Tiberis adverſo torrente defatigaſſet.* 34 Lupum parvum, mullum vero magnum, *qui binas libras raro admodum exſuperat*, ut Plin. ait, qui tamen comminui debebat. V. Suet. Tib. c. 34. 35 Nihil contemnit eſuriens, ſed ſatur fere omnia. 36 Spondeorum gravitate, mullorum molem recte exprimit Horat. 37 *Harpyiæ*, monſtroſæ rapaceſque aves finguntur. Virg. 3 Æn. deſcribit, *Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris Proluvies, uncæque manus & pallida ſemper Ora fame.* 38 Apoſtrophe Horatii ad Auſtros, quo humido calore illos cibos putrefaciant: Sed corrigit ſe, dum ſatietate aſſidua apri & rhombi etiam recentes putere iis videantur, ſeu ab iis nauſeent. *Coquere* pro *corrumpere.* Propert. *Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti Sub matutino cocta jacere Noto.* 39 Quoniam nociva copia gravat infirmum ſtomachum. 40 *Inula, helenium, Alantwortel:* Hæc dulcibus miſtis ſaluberrima, & Juliæ Auguſtæ quoridiano cibo illuſtrata dicitur Plin. At hîc *acidam* dicit: puto quòd & lactucæ inſtar cum aceto ederetur. 41 Communes parabileſque cibi necdum plane exulant a divitum menſis. *Pauperiem* vocat, comparate ad ſumtuoſas helluonum cœnas. 42 *Ova* caput cœnæ adhuc erant. V. Sat. 3 l. 1 verſ. 6. 43 *Oleas nigras* dicit: nam *cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, ſereno cælo deſtringere manu convenit.* Colum.

Infamis 44. *Quid? tum rhombos minus æquor alebat?*
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido 45:
Donec vos auctor docuit Prætorius 46. *Ergo*
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,
Parebit pravi docilis Romana juventus 47.
Sordidus a tenui victu distabit 48, *Ofello*
Judice. NAM *frustra vitium vitaveris illud,*
Si te alio pravum detorseris 49. *Avidienus,*
Cui Canis ex vero dictum cognomen adhæret 50,
Quinquennes oleas 51 *est, & silvestria corna:*
Ac, nisi mutatum 52, *parcit defundere vinum; &*
Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia 53, *natales* 54, *aliosve dierum*
Festos albatus 55 *celebret) cornu ipse bilibri*
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti 56.

Quali

44 Luxus ille Romanorum a C. annis gliscebat, cum Gallonius ut gurges a Lucilio traductus est, quod accipenserem sibi ipsi apposuerit. Cic. *Qui ad voluptatem referens, vivit ut Gallonius. Accipenser* in summis erat deliciis, & a coronatis ministris quadam numinis pompa inferebatur. V. Macrob. 45 Mare tum rhombos quoque habuit, sed quos nunc tanti facitis, uti & ciconias, tum nemo vendebat. 46 Asin. Sempron. Rufus, Augusti tempore ciconiæ esum intulit. Hunc, per jocum, *Prætorium* vocat, cum a Prætura repulsus est ob gulæ infamiam. In hunc sparsi sunt versiculi, *Ciconiarum Rufus iste conditor Hic est duobus elegantior Plancis: Suffragiorum puncta non tulit septem. Ciconiarum populus ultus est mortem* 47 Si quis gulæ magister mergos (qui nihil fere nisi plumas habent) edixerit suaves esse si assentur, juventus ceu promulgatæ legi parebit. 48 *Sordidus* seu avarus contra a tenui quoque parabilique victu abstinebit. 49 Vitium luxus frustra vites, si ad avaritiam deflectas. 50 *Avidienus* (ignotus nunc) ob sordes *Canis* jure cognominatus. 51 Cum per biennium tantum esui apta sint, *est* seu edit *quinquennales.* 52 Vappam, seu fugiens etiam in libationibus diis defundit. 53 *Repotia*, iteratæ potationes. Nam postridie nuptias apud novum maritum cœnatur. V. Fest. 54 Natalis celebratio tam in usu olim erat, ut & Epicurus post mortem a discipulis suis data certa summa celebrari eum ordinaverit. 55 Pro more veteri, indutus toga recens dealbata. Augustus pullatam turbam videns indignabundus & clamitans, *Eu* ait, *Romanos rerum dominos gentemque togatam.* Suet. c. 40. 56 Singula verba sordes arguunt. *Cornu bibens, tenens oleum quod ipse instillat, caules, vetus acetum.*

Quali 57 *igitur victu ſapiens utetur, & horum*
Utrum 58 *imitabitur? Hac urget lupus, hac canis* 58, *ajunt,*
Mundus erit, qui non offendet ſordibus, atque
In neutram partem cultus miſer 59. *Hic neque ſervis,*
Albutî ſenis exemplo, dum munia didit,
Sævus erit: nec ſic, ut ſimplex Nævius, unctam
*Convivis præbebit aquam*60: *vitium hoc quoque magnum.*
70 Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaque ſecum
Afferat 61. In primis valeas bene: nam variæ res
Ut noceant homini, credas, memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi federit 62. At ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia 63 turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent 64, ſtomachoque tumultum

57 Gallonium luxurioſum, an Avidienum ſordidum? 58 *Hac lupus hac canis*, proverb. ait Cognatus in adag. Eraſm. ad α' μηχανίαν & inopiam conſilii notandam. Appoſite hic eo utitur: nam de luxu in lupo comparando & edendo contra lupos ſeu voraces, & de Avidieno, dicto Cane ob ſordes (Canis enim eructata quoque reſumit) modo dixerat. 59 Purus erit, qui non ſordide parcus eſt, & in neutram partem cultus ſeu apparatus ſumtuſque miſer ſc. incidet, ſeu ut Epict. c. 42 *Ad purum uſque uſum ſume, ut cibum, potum, veſtem, domum. Quod ad gulam aut delicias pertinet, penitus circumſcribe.* 60 Albutium jam profert, uti lautitiæ elegantiæque in parando convivio ſtudioſum nimis, & mox Nævium negligentiæ non ferendæ exemplum facit. Ille ſervos, qui diditis ſeu partitis officiis male fungerentur, duriſſime tractabat: Hic neglectim adeo eos habebat, ut unctam ſeu ſordidam miniſtrare aquam pateretur. 61 Frugalitatis bona, ut verſu 1 incepit, enumerat. 62 Quam ad valetudinem faciat tenuis victus, memento, quam bene ſimplex ſeu unius generis eſca tibi *federit*, ſeu apta fuerit. Ita enim Τὸ *ſedere* ſæpe uſurpatur. Plin. *Homini cibus utiliſſimus ſimplex. Acervatio ſaporum peſtifera. Condimenta pernicioſiora.* 63 *Conchylia*, piſces conchis incluſos, ut oſtrea &c. *Hæc gulæ proceribus adeo probata, ut vel inde ſit conformatum adagium, eſſe conchylia viduarum cupedias*, ut Cælius refert. Nam χήραι σπαλατῶσαι, *viduæ laſcivientes* ſunt. 64 Antiqui de nimia bile malorum Iliada fecerunt. Medicorum natio hîc conſulenda eſt.

Lenta ferat pituita [65]. Vides, ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia [66]: Quin corpus onustum
Hesternis vitiis [67] animum quoque prægravat una [68],
Atque affigit humo divinæ particulam aurę [69].
Alter [70], ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit [71].
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam [72];
Sive diem festum rediens adduxerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus: ubique
Accedent anni, & tractari mollius ætas
Imbecilla volet [73], tibi [74] quidnam accedet ad istam,

Quam

65 Hippocr. τὰ γὰρ ἀνόμοια ταράσσει, καὶ τὰ μετὰ θάσσων, τὰ δὲ σχολαίτερον πέσσεται. *Varii cibi tumultum in stomacho faciunt: Hæc tardius coquuntur.* Macrob. *Humores repugnantes ac discordes non purum faciunt sanguinem, & in venas cum tumultu suo transeunt.* Is. Vossius in Catul. perperam notat, *pituitam* hic trisyllabum esse. 66 n. 21 *Desurgere, surgere.* Aliter pro ἀφοδεύειν, *alvum exonerare.* De *cœna dubia* cum Geta audit quærit, *Quid istuc verbi est?* Respondet Phormio, *Ubi tu dubites quid sumas potissimum.* 67 Ingluvie & ingurgitatione. V. 21 *Pingnem vitiis albumque.* 68 Nemo melius quam summus Magister docet, προσέχετε μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ. 66 Sententia hæc Pythagoræis & Stoicis debetur, & Hæreticis olim placuit, quasi anima sit ἀπόσπασμα seu pars, ramentum, fragmentum avulsum, & ἀπαύγασμα Θεῖ, ut Philo insuper dixit. In eo vero Stoici laudandi, quod de anima præclare senserint ac locuti sint, eam scilicet deo cognatam & affinem. *Particulam* qui vocant, crasse nimis philosophantur. Sic enim simplicissima Dei natura partes recipiet & deminutionem, & cum rebus creatis creator coalescit ac confunditur. Satis nos beatos putemus, Deoque æternum obstrictos, quod iis instructi simus dotibus, quæ arguunt, quod Θεῖ σύγγενοί ἐσμέν. Hoc ex Arato Athenienses edocuit S. Paulus, melius quam ullus in academia eorum philosophus ante fecerat. V. Act. c. 17. 70 Frugalis. 71 postridianum diem prodigi & temperantis opponit. 72 Non rigide lautitias omnes Ofellus excludit, ut Stoici: nec, ut Epicurei, admittit nimias: Eoque dicit *transcurrere*: namque *Inamarescunt epulæ sine fine petitæ*: nec inhærendum diu voluptati. 73 Tres causas tantum admittit, cur solito liberalius se excipiat frugalis homo; 1. ob festum annuum, 2. corpore per laborem extenuato, 3 cum senectus (quæ ipsa morbus est & onus Ætna gravius, ut Cic. ait) jam obrepit. 74 Prodigum compellat: qui non cogitat frugalitatem non solum in præsens bonam tueri

Quam puer, & validus præſumis[75], mollitiem, ſeu
Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus?
Rancidum aprum[76] *antiqui laudabant: non quia naſus*
90 Illis nullus erat: ſed, credo hac mente, quod hoſpes,
Tardius adveniens, vitiatum commodius, quam
Integrum[77] *edax dominus conſumeret. Hos utinam inter*
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.
Das aliquid famæ[78], quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam[79]? *Grandes rhombi, patinæque*
Grande ferunt una cum damno dedecus[80]. *Adde*
Iratum patruum[81], *vicinos*[82], *te tibi iniquum,*
Et fruſtra mortis cupidum, cum deerit egenti
As[83], *laquei pretium. Jure, inquis, Thraſius*[84] *iſtis*
100 Jurgatur verbis. Ego vectigalia magna,
Divitiaſque habeo tribus amplas regibus[85]. *Ergo*
Quod ſuperat, non eſt melius quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus[86] *quiſquam te divite? Quare*
Templa ruunt antiqua Deum[87]? *Cur, improbe, caræ*
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?

valetudinem, ſed & adverſæ præſidium præbere. 75 *Præſumere*, anticipare, præcipere. 76 *Rancidus, garſtig.* Alienum, quod de Pythagoræis hic Dacier. Conſtat autem ab eſu animalium eos abſtinuiſſe, & ea ad victum ſumſiſſe, ὅσα τὴν τοῦ σώματος ἕξιν κατάστασίν τε καὶ συσκέλλει, *quæ corporis habitudinem confirmant, & contrahunt.* 77 *Aper integer* recentem, vel totum notat. Juven. clamat, *Quanta eſt gula quæ ſibi totum Ponit aprum.* Tiber. ſolenni cœna dimidiatum aprum appoſuit, affirmans, *Omnia eadem habere, quæ totum*, Suet. c. 34. 78 Præter ſanitatis, famæ quoque cura tibi eſt. 79 Bona fama & in publicum laus quovis carmine præſtantior. 80 In luxu Rom. patinæ quoque. Plin. ait, Romæ ex argento fuiſſe plus quingentis C. librarum. Sub Claudio patina 500 librarum, *Promulſis* dicta (quam 8, ſingulæ 50 librarum, cingebant) & Vitellii *Clypeus Minervæ* celebratur. 81 In cujus tutela vivis. *Patrui* ſeveri maxime ſolent eſſe. V. indic. in *Patrui.* 82 Cic. in Rull. *Odit pop. Rom. privatam luxuriam.* 83 Catul. epig. 5 *Omnes unius æſtimemus aſſis* i. e. nihili. *As* enim cum de numerata in ære pecunia agitur, minimus eſt æris nummus. 84 Luxu inops. 85 Reditus annuos. V. p. 184 n. 32. 86 Meliori ſorte dignus. 87 Opera publica privatorum ſumtibus pleraque facta & reparata fuiſſe, jam not. V. l. 3 od.

Uni nimirum tibi recte ſemper erunt res?
O magnus poſthac inimicis riſus 88: *uterne*
Ad caſus dubios fidet ſibi certius hic, qui
Pluribus aſſuerit mentem, corpuſque ſuperbum 89?
An, qui contentus parvo, metuenſque futuri 90,
In pace, ut ſapiens, aptarit idonea bello 91?
Quo magis his credas 92: *puer hunc ego parvus Oſellum*
Integris opibus novi non latius uſum,
Quam nunc acciſis. Videas metato in agello
Cum pecore, & gnatis fortem mercede colonum 93,
Non ego, narrantem, temere edi luce profeſta
Quidquam, præter olus fumoſæ cum pede pernæ 94;
Ac mihi non longum poſt tempus venerat hoſpes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem 95
Vicinus: bene erat 96, *non piſcibus urbe petitis,*
Sed pullo atque hædo: tum penſilis uva 97 *ſecundas,*
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu 98.
Poſt hoc ludus erat cuppa potare magiſtra 99:

Ac

6 n. 3 &c. 88 Cum ad reſtim res rediit. 89 Qui rebus affluentibus luxui omniumque rerum faſtidio ſe aſſuefecerit, num conſtantior erit & mente æquior, cum dubia ſeu ardua ingruerint tempora? Ita dubia tempora ſecundis oppoſita v. od 9. l. 4. 90 *Metuens*, prudens futuri. 91 In ſecundis paret ſe ad adverſa fortiter ferenda. 62 Loquitur Hor. 93 In agro conducto. Agro vero ſuo expulſum fuiſſe per tumultum ſc. bellicum, eumque Umbreno datum, (uti rura dabantur militibus, & ſic Propertius, Virgiliuſque ſuis quoque agris migrare coacti ſunt) patet in f. ſat. a v. 126. Salmaſ. in Sol. *metatum agrum* exponit *opimum*. Sed nulla quidem cum ratione: *Met. ager* eſt in varias quaſi areas diſtributus, Ita *caſtra metari*, eſt manipulis ſua aſſignare loca. 94 Oſellus porro ad finem uſque loquitur. Is pedem pernæ feſtis tantum edit, rebus quoque integris, Petaſo, coxa porcina, coſtas etiam comprehendens, male confundi cum perna ſolet. 95 Dum plueret, & ab opere ceſſatur. 96 Vivebamus. 97 Uvas paſſas intelligit. De uvis in totum annum ſervandis integra ſcripſere capita Cato, Varro, Columella & Palladius. 98 *Ficus duplex*, eſt mariſca, magna ut duæ aliæ. *Duplex* enim pro magno uſurpatur. Taubm. in Virg. V. tamen Pitiſc. in Suet. Oct. c. 76. 99 Poſt menſas ſecundas (cum alii luxui plus dediti vel ante cœnam, vel inter cœnandum jam bibe-

Ac venerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto [100],
Explicuit vino contractæ ſeria frontis [1]:
Sæviat, atque novos moveat fortuna tumultus [2]:
Quantum hic imminuet: quanto aut ego parcius, aut vos,
O pueri, nituiſtis, ut huc novus incola venit [3]?
Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit [4]: nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris,
Poſtremum expellet certe vivacior hæres [5].
Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Oſelli
Dictus, erit nulli proprius [6]: *ſed cedet in uſum*
Nunc mihi, nunc alii [7], *Quocirca* vivite fortes,
Fortiaque adverſis opponite pectora rebus [8].

rent) Ofellus eum ſuis ſuaviter bibit. *Cuppa magiſtra*, inquit: Sine Sympoſiarcha arbitrove bibendi, quantum cujuſque animo lubitum eſſet. *Cuppa κύββα, ποτήριον*, Heſych. Belg. *Een cop.* Alii leg. *culpa magiſtra*, ut qui peccarit poculo multetur, uti eſt apud Plaut. Stich. Sed hoc ruſticæ ſimplicitati parum convenit. V. od 4 l. 1 & od. 7 l. 2. 100 Libatione Cereri facta pro ampla meſſe. *Venerata* paſſive: uti multa deponentia olim. Ita l. 1 od. 1 *Bella deteſtata.* 1 Ceres, inquit, ſic advocata exporrexit frontem noſtram. 2 Ofellus parvo bene vivere doctus, fortunam provocat, & nova quoque bella. 3 Ex quo deturbatus ſum agro meo, & Umbrenus eum habet, num color, nitor, & habitudo corporis periit, aut parcius viximus? 4 *Sunt autem privata nulla naturâ: ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, ut qui bello potiti ſunt: aut lege, pactione, conditione, ſorte.* Cic. 1 Off. Contra depulſionem ex poſſeſſione cujuſque ſua licet pulcra etiamnum edicta Romanorum extent, publice tamen hoc ferme unum agebant, *quibus ad caſas redeundum diceret Romanus orator, ſi ſuum cuique reddere deberent.* 5 Epiſt. 2 l. 2 v. 172 *perpetuus nulli datur uſus, & hæres Hæredem alterius velut unda ſupervenit undam.* 6 Lucian. Epigr. Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδᾳ γενόμην ποτέ, νῦν δὲ Μενίππῳ. Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον. Καν᾽ γὰρ ἐκεῖνῳ ἔχειν μὲ ποτ᾽ ὤετο, καὶ πάλιν ἔστ᾽ Οἴεται, εἰμὶ δ᾽ οὐδενός, ἀλλὰ Τύχης. *Ager Achæmenidæ eram olim, nunc vero Menippi. Et rurſus ab alio tranſibo ad alium. Etenim ille poſſidere me putabat, & hic jam putat. Nullius vero omnino ſum, ſed Fortunæ.* 7 Inde adoleſcens apud Ter. exclamat, *Nihilne eſſe proprium cuiquam? Proprium* ait Donat. eſt *perpetuum.* 8 Ex inſtabilitate rerum conſtantiam ſuos docet Ofellus. At quanto melius S. Petrus ἁγίας ἀναστροφὰς καὶ εὐσεβείας 2 Epiſt. c. 3 v. 11.

SATYRA III.

Præcipuum hujus Satyræ plane dramaticæ argumentum, eſt paradoxum Stoicorum, qui dictant, *Omnes ſtultos inſanire*, præter ſolum ſapientem, id eſt, diſciplinæ ſuæ deditum. Horatius, (præmiſſo ad v. 39 dialogo, quo a Damaſippo perſtringi ſe ſinit, quaſi nihil novi ſcriberet) dum id non ſine aculeo riſuque contra ipſos illos magiſtros, & quoſvis ſui temporis homines, & ſe quoque, tractat, refert dialogum, quem Damaſippus, e conturbatore rerum ſuarum philoſophus Stoicus, hac de re habuit cum Stertinio, magiſtro ſuo, item Stoïco.

Dam. *Sic raro ſcribis, ut toto non quater anno*
Membranam poſcas [1], *ſcriptorum quæque retexens* [2],
Iratus tibi, quod vini, ſomnique benignus [3]
Nil dignum ſermone canas: Quid fiet? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti [5]. *Sobrius ergo*
Dic aliquid dignum promiſſis: incipe. Nil eſt [6].
Culpantur fruſtra calami [7], *immerituſque laborat*
Iratis natus paries Diis, atque poëtis [8].
Atqui vultus erat multa, & præclara minantis [9],

10 Si

1 Hor. caſtigari ſe primum patitur deſidiæ. Ita vafer alios impune mox tangit. In membrana vero emaculata ſolum, & jam edenda in lucem, deſcribebantur. 2 Horat. & veteres diu corrigebant, & ut de ſe ait, ſcripta nonum premebat in annum: & addit, *Carmen reprehendite quod non Multa dies & multa litura coercuit.* V. l. 1 Sat. 10 v. 60 &c. 3 Hor. boni vini amorem in odis ſæpe, & ſomni quoque ſemel monſtrat, cum ait, *Ad quartam jaceo*, l. 1 ſat. 6 v. 122. 4 De quo homines loquantur. 5 In villam conceſſerat, relicta Roma, ejuſque luxuria & licentia, quæ Saturnalibus fiebant a 17 Decembris, per ſeptem dies, in memoriam Aureæ Ætatis ſub Saturno. Quare tunc exæquato omnium jure vivebant. Inf. Sat. 7 *Age libertate Decembri Agamus.* Ita docti ab helluationibus iſtis fugiunt. V. Gell. l. 18 c. 2, 3. 6 Excuſationi locus non eſt. 7 Ut pueri ſolent. Ita pigri in Perſ. Sat. 3 *Tum queritur craſſis calamo quod pendeat humor. . . . . An tali ſtudeam calamo.* 8 Immerito cædis parietem, quod votis nihil dignum mens pariat. Sed velut notum eſt, meditantes pluteum cæcidiſſe, aut in lectulum ſe recepiſſe, ita non perinde, eoſdem ceratis parietibus accubuiſſe, ut ſi quid dignum ſuccurreret, iis inſcriberent. Atqui hoc commentum multis placet. V. De *rectè naſci* p. 55 n. 1. 9 *Minari* pro *promittere*, & *promittere* pro *minari* aliquando uti-

Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto[10],
Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos[11]?
Invidiam placare paras virtute relicta[12]?
Contemnere miſer. Vitanda eſt improba Siren
Deſidia[13]. aut quidquid vita meliore paraſti,
Ponendum æquo animo[14]. Hor. *Dii te, Damaſippe, Deæque*
Verum ob conſilium donent tonſore[15]. *Sed unde*
Tam bene me noſti? Dam. *Poſtquam omnis res mea Janum*
Ad medium fracta eſt[16], *aliena negotia curo*[17],
Excuſſus propriis. Olim nam quærere amabam,
Quo vafer ille pedes laviſſet Siſyphus ære[18]:

Quid

mur. Ita Serv. in 2 Æn. *Promiſi ultorem & verbis odia aſpera movi.* Phædr. fab. 79 *Magna cum mineris, extricas nihil.* 10 Hor. frigoris impatiens ſubinde apparet. L. 1 od. 9 Epiſt. 7. 11 Cur ad villam extuliſti tot libros, Platonem, quem vett. divinum vocant, & hic ut principem ſtipat Menandro, Comico eximio, aliiſque. Quis *Eupolis* v. Sat. 4 l. 1 init. *Archilochus*, epod. 6. 12 Conflarat ſibi Hor. invidiam Satyris, & poëſi. Sed invidia majorem ſe vocat, p. 136 n. 4. Pulcre Cic. 1 Cat. *Hoc animo ſemper fui, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem.* 13 Nihil periculoſius abblanditur, quam deſidia. *Sirenes* 3 forma & voce egregiæ mulieres erant, ad Siculum littus habitantes, quæ præternavigantes blanditiis ſuis detinebant; ſic dictæ a Punico *Sir*, *cantilena.* Grammatici tamen a σίραν *trahere* deducunt. V. Bochart. 14 Alibi Hor. de ſe, *Jam monſtror digitis prætereuntium Romanæ fidicen lyræ.* Fama vero haud facilius ſervatur, quam acquiritur. 15 Vellit hic Stoico barbam non minus ac laſcivi pueri Sat. 3 l. 1 v. 133. Jun. aut Licin. Damaſippus, ex Senatore mercator, & inops, ac philoſophus Stoicus. 16 Loquitur tanquam naufragium feciſſet ad promontorium aliquod. *Janus medius* eſt ſpatium inter duos in foro Janos (nam de pluribus per omnes regiones Janis loquitur Victor) vel via juncta templo Jani (qui primus nummos cudit & in qua fœneratores & trapezitæ habitabant, cujus partes ſummus, imus, medius Janus dictæ. Epiſt. *Virtus poſt nummos. Hæc Janus ſummus ab imo Prodocet.* V. Collect. Scoppæ c. 2. Canter. var. lect. l. 2 c. 23. 17 O Bellum philoſophum! Sed ridiculos adeo ſe præbebant Stoici. 18 Vas antiqui æris, v. c. quo Siſyphus, (cujus aſturia in proverb. abiit) pedes lavaſſet. Inſanum horum ſtudium Romanis fuiſſe, jam dixi.

Quid ſculptum infabre, quid fuſum durius eſſet,
Callidus huic ſigno ponebam millia centum [19]:
Hortos, egregiaſque domos mercarier unus
Cum lucro noram [20]: *unde frequentia Mercuriale*
Impoſuere mihi cognomen compita [21]. Hor. *Novi* [22],
Et morbi miror purgatum te illius. Dam. *Atqui*
Emovit veterem mire novus: ut ſolet, in cor
Trajecto lateris miſeri, capitiſque dolore [23]:
Ut lethargicus hic, cum ſit pugil, & medicum urget [24],
Hor. *Dum ne quid ſimile huic, eſto, ut libet* [25]. Dam. *O bone, ne te*
Fruſtrere: inſanis & tu, ſtultique prope omnes [26],
Si quid Stertinius veri crepat [27]: *unde* [28] *ego mira*
Deſcripſi docilis præcepta hæc, tempore, quo me
Solatus juſſit ſapientem paſcere barbam [29],

Atque

19 Jactat ſe peritiſſimum ſignorum vaſorumque æſtimatorem. De ſeſtertiis p. 325 n. 15. & . . . . 20 At Cic. in epiſt. plus vice ſimplici Damaſippi meminit, ut vani & fatue curioſi, cui ſigna parum ſibi grata vendere poterat. Hortos quoque ad Tiberim tam bene fecit, vendiditque, ut omnibus exutus facultatibus demergere ſe conaretur. 21 Mercurii aliquod cognomen, (ut qui plurima habebat cognomina) ipſi dabant: nam Mercurialem dicere mercatorem nihil eſt, cum omnes ita appellentur. Niſi *Mercurialis* ſit, quaſi *lucratorem* dicas, a Mercurio lucri deo. Ita Clodius ob ſtuprum cum ſororibus *Romanus Jupiter* vocatur a Cicerone. 22 Hor. Damaſippum, ſenatorem &c. noſcere debuit. 23 *Cor* pro ſtomacho, quem Græci καρδίαν vocant. *Cardiaci* qui ſtomachum habent affectum. 24 Cum lethargus vertitur in phreneſin, mentiſque perturbationem (quod facile fit calidis remediis, quibus tamen contra omnem illam pituitam, unde lethargus exiſtit, opus eſt) unde ægri medicis metuendi fiunt pugiles. Talis pugna medici & ægri eſt in Lapithis Luciani. 25 Sis, inquit, phreneticus, ut lubet, modo me non involes. 26 Arripit occaſionem dicendi de Stoico dogmate, *Omnes ſtultos inſanire. Prope* hic univerſalitati inſervit, non detrahit. V. Vallam l. 2 c. 49. 27 Stertinius Stoicus Philoſophus, de quo & epiſt. 12 *Crepare*, eadem ſæpe dicere. 28 A quo 29 Externum philoſophi habitum ſumere, promiſſam barbam: Hanc philoſophus ille qui ab Attico ſtipem petebat, cum interrogaretur quis eſſet, ſatis probare ajebat, ſe eſſe philoſophum. V. Si lubet H. Jun. de Coma c. 2.

Atque a Fabricio non triſtem ponte reverti 30.
Nam male re geſta cum vellem mittere operto
Me capite 31 *in flumen: dexter* 32 *ſtetit, &, Stert.*
cave faxis
Te quidquam indignum 33. *Pudor, inquit, te malus urget,*
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi 34.
Primum nam inquiram, quid ſit furere. Hoc ſi erit in te
Solo: nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala ſtultitia 35, *& quæcunque* 36 *inſcitia veri*
Cæcum agit: inſanum Chryſippi porticus 37, *& grex*
Autumat. Hæc populos, hæc magnos formula 38 *reges,*
Excepto ſapiente 39, *tenet. Nunc accipe* 40, *quare*
Deſipiant omnes, æque ac tu, qui tibi nomen
Inſano poſuere. Velut ſilvis, ubi paſſim
Palantes error certo de tramite pellit:
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit: unus utrique
Error, ſed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo inſanum: nihilo ut ſapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat 41. *Eſt genus unum*
Stul-

30 Ne præcipitem me darem a ponte Fabricio. Fabricius Coſ. inſulam Tiberinam urbi junxit. Hod. *Ponte Guideo*, quod Judæi in illa regione habitent: Item *Ponte di quatro capi*, ſeu 4 capitum Jani ſcil. ibi extantis. 31 Lucem peroſi vitamque ſponte poſituri caput operiebant. Liv. *Capitibus obvolutis ſe in Tiberim præcipitaverunt.* Petron. *Præligemus veſtibus capita, & nos in profundum mergamus.* V. Suet. in Jul. c. 82. 32 Contra *lævus* malum notat. 33 At jam ſtultus fuerat dictus diceturque a Stertinio, & an ſtultus indignum ſe quicquam facit? 34 O pulcrum alloquium, *Hoc tibi non ſoli!* 35 Definitio ſtultitiæ vitioſi, quæ eſt inconſtantia & perpetua agitatio animi falſis rerum imaginibus pleni. Ita Zeno a Socrate acceperat, ſtultitiam ex ignorantia venire. 36 Qualiſcunque ignorantia inſanum facit. Ita Stoici. 37 Stoa, ſchola. Nam Zeno & Stoici deambulantes docebant. Chryſippus fulcire eam putabatur, ut ait Cic. V. p. 332. 88. 38 *Formula* (juris vocabulum) ſunt propoſitiones quædam certis & ſolennibus verbis conceptæ, quas omnes in inſtituenda actione aut petitione ſequi debebant. 39 i. e. Stoico. 40 Stertinius adhuc loquitur. 41 Tranſl. a pueris, qui caudam alligant eis, quos ludificantur, *Caudam trahere*, male pro

Stultitiæ nihilum metuenda timentis: ut ignes,
Ut rupes, fluvioſque in campo obſtare queratur.
Alterum & huic varium[42], *& nihilo ſapientius, ignes*
Per medios, fluvioſque ruentis. Clamet amica
Mater[43], *honeſta ſoror, cum cognatis, pater, uxor,*
Hîc foſſa eſt ingens, hîc rupes maxima: ſerva:
60 Non magis audierit, quam Fuſius ebrius[44] *olim,*
Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,
Mater, te appello, clamantibus. Huic ego vulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.
Integer eſt mentis Damaſippi creditor[45]*: eſto*[46],
Accipe, quod nunquam reddas mihi, ſi tibi dicam:
Tune inſanus eris, ſi acceperis? an magis excors
Rejecta præda, quam præſens Mercurius fert[47]*?*
Scribe decem Nerio[48]*. Non eſt ſatis*[49]*: adde Cicutæ*

70 No-

metiri viam, ſuperbeque incedere Torrent. explicat. 42 Furioſos ut parum a ſtultis diverſos jam tractat. 43 φίλη μήτηρ, non noverca. 44 Fuſius actor Tragicus, qui dormientis Ilionæ ſomnum repræſentans (ſimilis locutio in *Suet. Oct.* c. 70) in theatro ebrius obdormivit, fruſtraque vocatus fuit a Catieno, qui agebat perſonam Polydori, clamantis ad Ilionam dormientem, *Mater te appello*, ſeque a Polymneſtore necatum referentis. Cic. 1 Tuſc. *Ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non ſinat. Mater te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſam levas, Neque te mei miſeret. Surge, ſepeli natum, Priuſquam &c.* Illa experrecta, umbramque videns evaneſcere, ait, *Age, adſta: mane, audi, itera dum eademmet iſta mihi*, V. Loens. epiphyl. l. 3 c. 13. 45 Damaſippus emtor ſtatuarum, & Perillius qui de pretio fidem ipſi fruſtra habet, nonne perinde inſaniunt? 46 L. 2 Sat. 2 v. 30. 46 Nonne & inſanior Damaſippus, ſi præſenti Mercurii favore non uteretur, & ſtatuas acciperet, quas non ſolvat? 47 Ita Perillius Damaſippo tradens ſtatuas vel pecuniam dicere videtur, Scribe a Nerio, argentario meo, te accepiſſe decem millia æris. Mos vero erat cum creditor ipſe daret pecuniam, debitorem ſcribere eam datam *ex domo, ex arca*. Inde *ſcribere*, pro mutuum ſumere, ſe obligare. Quando menſario debitor ſolveret, delebat nomen, & hoc vocabant *reſcribere*, διαγράφειν, uti & cum menſarius creditor ad alium debitorem menſarium delegaretur. 48 Stertinius Perillio dicit, chirographum illud ſatis non eſt, cave tibi & aliis modis.

Nodoſi tabulas centum: mille adde catenas [50]:
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus [51].
Cum rapies in jura malis ridentem alienis [52],
Fiet aper, modo avis, modo ſaxum, & cum volet, arbor [53].
Si male rem gerere inſani eſt: contra, bene ſani:
Rutidius multo cerebrum eſt, mihi crede, Perilli
Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis [54].
Audire, atque togam jubeo componere [55], *quiſquis*
Ambitione mala [56], *aut argenti pallet* [57] *amore:*
Quiſquis luxuria, triſtive ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet: huc propius me,
Cum doceo inſanire omnes, vos ordine adite [58].
DANDA eſt ellebori multo pars maxima avaris [59]:
Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem [60].

He-

50 Adde tabulas ſeu omnes obligationum formulas, quas Cicuta in nomenclatore habet, & quibus nodoſus, callidus, & mordax ille fœnerator debitores aſtringit. Juv. vocat *juris nodos*, *ænigmata*. 51 Eludet vafer debitor omnes cautelas. *Proteus* Ægypti rex fuit & in varias ſe mutans formas, perſequentes facile fugiebat. Inde pro tergiverſatore & prævaricatore etiam uſurpatur. 52 Cum ad judicem trahes debitorem alienis gaudentem malis ſeu damnis. Qui leg. *Cum rapies in jus malis* &c. de maxillis hic cogitant, ex Hom. Odyſſ. 20 γναθμοῖσι γελόων ἀλλοτρίοισι, *maxillis ridebant alienis*, i. e. cachinnabant tanto oris rictu acſi alienis uterentur maxillis. Ita Terentii illud capit Palmerius. *Tanta vecordia cuiquam ut ſiet, Ut malis rideat alienis; incommodis atque alterius ſua comparet ut commoda*, Fax Grut. t. 4 p. 721. 53 Pergit in parabola Protei. Fabula videtur orta ex eo, quod reges Ægypti majeſtatis inſignia, modo leonis, tauri, draconis effigiem, modo arborem, ignem, vel unguenta ſuper caput geſtarent. V. Diod. Sic. 54 Perillius hic eſt is qui credit pecuniam. V. n. 47. 55 *Togam componere*, attentionis ſignum. 56 *Ambitio* enim quædam *bona* dici poteſt. Inde philoſophi omnibus vitiis hominem exuentes uti veſtibus, ajunt, Ambitionem interulæ inſtar eſſe, ἐσχατον χιτῶνα, quam omnium veſtium poſtremam debet exuere. 57 Vehementer cupientes pallent. 58 Loquitur ut magiſter, qui diſcipulos ἐυτάκτως, ordine adeſſe jubet. 59 *Nigrum elleborum medetur paralyticis, inſanientibus . . . trahit alvum, & bilem, pituitaſque.* Plin. 60 Neſcit an avaris ſanandis tota Anticyra, inſula Propontidis, elleboro feraciſſima, ſufficiat. In art. poët. *tribus Anticy-*

Heredes Staberî ſummam incidere ſepulcro [61]:
Nî ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria [62], *atque epulum*, arbitrio
Arrî [63],
Frumenti quantum metit Africa [64]. *Sive ego prave,*
Sin recte, hoc volui [65], *ne ſis patruus mihi* [66]. *Credo* [67]
Hoc Staberî prudentem animum vidiſſe [68]. Dam. *Quid ergo*
90 Senſit [69], *cum ſummam patrimoni inſculpere ſaxo*
Heredes voluit? Ster. *Quoad vixit, credidit ingens*
Pauperiem vitium, & cavit nihil acrius [70]: *ut ſi*
Forte minus locuples uno quadrante periret,
Ipſe videretur ſibi nequior [71]. OMNIS enim res,
Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulcris
Divitiis parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens etiam, & rex,
Et quidquid volet. *Hoc, veluti virtute paratum*

Spe-

vis caput inſanabile. Plaut. Menæch. *Non poteſt hæc res ellebori jugere obtinerier.* 61 Exemplum affert de inſania avarorum. Staberius poſt mortem quoque dives audire voluit, adeo ut incidi juſſerit ſepulcro, quantum relinqueret. 62 Avarus adeò id voluit, ut & per damnationem, cujus formula, HERES DAMNAS ESTO, juberet Centum ſc. paria gladiatorum. Ita in divitum funeribus ſolebant multa dari paria, cum ad memoriam defunctorum celebrandam, tum ut deos inferos hoc effuſo ſanguine placarent. 63 Forte hoc epulum eſt, cujus meminit Cic. in Vatin. Lex 12 tab. loco potationis in funere, permiſit epulum, *Silicernium* quaſi *ſilicenium* dictum, quod ſuper ſilicem poneretur. 64 Præter Siciliam & Sardiniam, Africa maxime & Ægyptus horrea Romanorum dicebantur. Hinc Africa repræſentatur ut femina duas ſpicas utraque geſtans manu, duaſque frumento graves naves pedibus premens, cum inſcript. Procoſ. AFRICÆ. Quin *Africa* Arabice venit a *feric*, *Spica*. Bochart. 65 Staberius omnino ratam vult haberi ſupremam ſuam voluntatem. 66 Severus cenſor. V. p. 115 n. 4. 67 Stertinius iterum pergit. 68 *Vidiſſe* pro *providiſſe*. Quod hîc dicit, ſuſpenditur uſque ad v. 98 *hoc veluti paratum*. 69 Quid, interrumpit Damaſippus quaſi commotus, quid providere illo legato Staberius potuit? 70 En vividum Stertinii reſponſum. 71 *Nequam* pro inutili. Ita Cic. de ſe in Catil. *Sed jam me ipſum inertiæ nequitiæque condemno.* Verum tamen,

Speravit magnæ laudi fore 72. *Quid ſimile iſti*
Græcus Ariſtippus 73, *qui ſervos projicere aurum*
In media juſſit Libya: quia tardius irent
Propter onus ſegnes 74? *uter eſt* 75 *inſanior horum?*
Dam. Nil agit exemplum, litem quod lite reſolvit 76.
Ster. Si quis emat citharas 77, emtas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ 78 deditus ulli:
Si ſcalpra, & formas 79, non ſutor: nautica vela,
Averſus mercaturis: delirus, & amens
Undique dicatur merito; quid diſcrepat iſtis,
Qui nummos, aurumque recondit, neſcius uti
Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum 80?
Si quis ad ingentem frumenti ſemper acervum
Porrectus vigilet cum longo fuſte: neque illinc

avaris ſolos divites honeſtos eſſe, cereros ut nequam æſtimant. Hoc ex mente Staberii 4 fere verſibus exprimit Stertinius, cum Stoïci virtuti primas tribuant. 72 Hoc providit Staberius ex inſcriptione illa ſepulcrali judicatum iri, divitias iſtas virtute partas. 73 Jam contrarium exemplum, divitiarum nimium contemtum, affert. *Ariſtippus Græcus* dicitur; nam erat ex inſ. Thera, Græca colonia, & Athenis Socratem audiit, & Græce philoſophatus, & Cyrenaïcæ, ſectæ Epicureæ fere ſimilis, auctor fuit. 74 Laërt. τῦ δὲ πόντου ἐνίδω βαρύσοντος ἐργύριον, καὶ βαρυνομένης, ἀπόχαι, φη, τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βαστάσαι, Famulum in via gravatum pecuniam quam ferre non poterat effundi juſſit. Cic. de jacta in mare pecunia loquitur. 75 An Staberius, an Ariſtippus, qui nihil mediocre ſapiunt. 76 Ex Ariſtippi exemplo Staberius, & viciſſim ſvinci nequeunt. 77 Cumulatis exemplis melius probat avari inſaniam. Qui nummos, (qui ad uſum, χρήματα, vere ſunt) ſtudioſe colligit, iiſque haud utitur, ſimilis illi, & qui emit citharas &c. 78 Muſicæ. 79 *Forma*, *calopodia*: non, ut Acron corruptus & hic *colopodia*. Huc autem refer illud Auſonii, *Emtis quod libris tibi bibliotheca referta eſt, Doctum & Grammaticum te, Philomuſe, putas. Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde; Mercator hodie, cras citharœdus eris.* 80 Sat. 1 l. 1 *Congeſtis undique ſaccis Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris Cogeris.*

Audeat esuriens dominus [81] contingere granum,
Ac potius foliis parcus vescatur amaris [82]:
Si positis intus Chii, veterisque Falerni
Mille cadis (nihil est, ter centum millibus) acre
Potet acetum [83]. Age: si & stramentis incubet [84] unde-
Octoginta annos natus, cui stragula vestis [85],
Blattarum, ac tinearum [86] epulæ, putrescat in arca:
Nimirum insanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat heres,
Diis inimice senex, custodis, ne tibi desit [87]?
Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum,
Ungere si caules oleo meliore, caputque
Cœperis impexa fœdum porrigine [88]? *quare,*
Si quidvis satis est [89], *perjuras, surripis, aufers*
Undique? tun' sanus? populum si cædere saxis
Incipias [90], *servosque tuo quos ære pararis:*
Insanum te omnes pueri, clamentque puellæ.

Cum

81 Licet dominus sit. 82 Silvestribus, non hortensibus oleribus, vel male conditis, & acerbis. 83 Vinum acescens. 84 Strato vili, cum habeat molliores stragulas. Lectis plumis refertis olim nec ditissimi utebantur. 85 *Vestis* generale vocabulum est: sed notat Dacier vestes diurnas pro stragulis etiam fuisse. Ovid. *neque in lecto pallia nostra sedent:* & Propert. *Tum queror in toto non sidere pallia lecto,* Sen. epistol. 88 *Culcitra in terra jacet. Ego in culcitra. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est* 86 Blattas & tineas pro eodem poëtæ habent. Mart. l. 6 epigr. 60 *Quam multi tineas pascunt blattasque diserti.* 87 Dii volunt a se datis nos uti, nec esse quod liberis ea dilapidaturis custodire dicamus. 88 Oleo inungi vult & depecti satis caput, ne furfures ibi condensentur, vel porrigo contrahatur. 89 Ita avari ajunt, naturæ nihil denego, sed illa paucis contenta est, At, reponit Stertinius, quid ergo tot committis crimina, ut plus quam natura postulet corradas? 90 *Comparatio a minori ad majus.* Si stultus habeatur, qui prætereuntes lapidibus petit, an avarus melior, qui uxorem necat ut ejus dotem habeat, qualis fuit Nerius apud Pers. Sat. 2 v. 14 *Nerio jam tertia ducitur uxor.* aut qui

Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,
Incolumi capite[91] *es? Quid enim*[92]*? Neque tu hoc facis Argis,*
Nec ferro, ut demens genetricem occidit Oreſtes[93].
An tu reris eum occiſa inſaniſſe parente[94]*?*
An non ante malis dementem actum Furiis, quam
In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo eſt habitus male tutæ mentis Oreſtes,
Nil ſane fecit, quod tu reprehendere poſſis[95]*:*
Non Pyladen[96] *ferro violare, auſuſve ſororem*
Electram: tantum maledicit utrique[97]*, vocando*
Hanc Furiam, hunc aliud[98]*, juſſit quod ſpendida bilis*[99].

Pauper Opimius[100] argenti poſiti intus, & auri,
Qui Vejentanum[1] feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla[2], vappamque profeſtis,
Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus: ut hæres
Jam circum loculos, & claves lætus, ovanſque

matrem occidit, uti Scæva. V. L. 2 ſat. 1 v. 53. 91 *Satin' ſanus es?* 92 *Scævam*, allumve matricidam inducit. 93 Bella excuſatio! Quod Argos totamque Græciam non conturbes, nec tragicam Oreſtis hiſtoriam renoves, qui matrem Clytemneſtram ferro occidit, ob Agamemnonem patrem ab ea ſublatum, minus inſanum te putes, qui veneno & clam matrem tuam tollis? 94 Probat Oreſtem jam ante inſaniiſſe, non demum crimine perpetrato. 95 Tragica Græcorum de Oreſte hiſtoria refert, deos pœnas de eo ſumſiſſe immiſſis Furiis, quibus tamdiu agitaretur, donec ad Dianæ Tauricæ aras ſcelus expiaſſet. Stertinius aliter ac Eurip. ait, nihil eum poſt admiſiſſe, quod a tanto ſcelere perpetrato alienum ſit. Eurip. Helenam necatam refert. 96 Amicum. *Pylades & Oreſtes*, pro ſummis amicis. *Pyladea amicitia* apud Cic. 97 Eurip. Pyladi injurias dictas non refert. 98 Stertin. hæc forte narrat, prout Romæ in theatris hæc de Oreſte tragœdia exhibebatur. Poëtis hæc affictio & mutatio licita. V. art. Poët. 99 Perſ. *vitrea bilis*. 100 Novum avari exemplum. *Opimia gens* præclara, quæ conſulem Romæ dedit a. v. c. 632 & nomen vino ac marmori Opimiano. 1 Vile & inſipidum. 2 Vaſe fictili e Campania.

Curreret. Hunc medicus multum celer, atque fidelis
Excitat [3] hoc pacto: menſam poni jubet [4], atque
Effundi ſaccos nummorum: accedere plures
Ad numerandum. Hominem ſic erigit. Addit & illud:
Ni tua cuſtodis, avidus jam hæc auferet hęres.
Men' vivo? ut vivas igitur, vigila: hoc age. Quid vis [5]?
Deficient inopem [6] *venæ te, ni cibus, atque*
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti [7].
Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ [8].
Quanti emptæ? Parvo. Quanti ergo? Octo aßibus. Eheu,
Quid refert, morbo, an furtis, pereamne rapinis?
Dam. *Quisnam igitur ſanus?* Ster. *Qui non ſtultus.*
Dam. *Quid avarus?*
Ster. *Stultus, & inſanus* [10]. Dam. *Quid? ſi quis non ſit avarus,*
Continuo ſanus? Ster. *Minime.* Dam. *Cur, Stoice?* Ster. *Dicam.*
Non eſt cardiacus [11] *(Craterum* [12] *dixiſſe putato)*
Hic æger. Rectè eſt igitur? ſurgetque? Negabit: Quod

3 Quis dubitet hanc veram eſſe hiſtoriam? 4 Scribite medici, veternus avari tinnitu nummorum optime expellitur. Valeat jam Celſus veſter, qui fætores naribus admoveri jubet. Catullus veternoſum ſuum in putidiſſimam & viroſiſſimam paludem dejici poſtulat. 5 *Quid vis*, ait Opimius. 6 Ventrem exinanitum. 7 Lucil. *Propter ea capitur cibus, ut ſuffulciat artus.* 8 *Ptiſana* hordeum piſtum & cortice excuſſum, unde puls boni & ſalubris ſucci fit. Hic ex oriza pultem præbet medicus. Olim enim medici erant omnia. Quid mirum quod lex 3 C. Commun. de leg. dicat 60 *ſolidis æſtimatos medicos utriuſque ſexus.* Bormanſii var. lect. c. 15. 9 v. p. 381, 87. 10 Avarus ſtultus & inſanus, μωρὸς & μανόμενος. Anticyram ergo bene iis deſtinat. 11 Stomacho affectus. v. n. 23. Plin. unicam iis ſpem in vino eſſe, & Varro cum cardiacus eſſet, Chium vinum primum domi ſuæ ſe habuiſſe refert. 12 Celebris Auguſti medicus.

Quod latus, aut renes morbo tententur acuto.
Non eſt perjurus, neque ſordidus. Immolet æquis
Hic porcum Laribus [13]. *Verum ambitioſus, & audax* [14].
Naviget Anticyram. Quid enim differt, barathrone
Dones quidquid habes, an nunquam utare paratis [15]?
Servius Oppidius [16] *Canuſi* [17] *duo prædia dives*
Antiquo cenſu [18], *natis diviſſe duobus*
Fertur, & hæc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum. Poſtquam te talos, Aule, nuceſque [19]
Ferre ſinu laxo [20], *donare, & ludere vidi:*
Te, Tiberi, numerare, cavis abſcondere triſtem:
Extimui, ne vos ageret veſania diſcors [21]:
Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam [22].
Quare per Divos oratus uterque Penates,
Tu cave ne minuas: tu ne majus facias id,
Quod ſatis eſſe putat pater, & natura coërcet [23].
Præterea ne vos titillet gloria [24], *jure-*
Jurando obſtringam ambo [25]: *uter ædilis fuerit ve*

13 Laribus domeſticis deis ſacrificet. Hos præ aliis dicit, cum quod domeſticarum rerum curam gerant, tum quod Mania, dea inſaniæ expultrix, avia materve eſſet Larium, qui & Grundiles a grunniendo dicti ſunt. V. H. Jun. anim. l. 4 c. 7. 14 Ambitioſi & audaces recte junguntur. *Audax* tamen ſemper in pejorem partem ſumitur. 15 Quid differet inſania eorum, qui omnia per ambitionem profundunt, aut qui e paratis divitiis nihil utuntur? 16 Exemplum patris filios ab utraque illa inſania dehortantis. 17 Appuliæ urbe. 18 Habebat prædia antiquo cenſu, avita, liberaque. Sen. vocat *patrimonium liberum & ingenuum* epiſt. 27. 19 Cum puerum te eſſe ſivi. Suet. in Aug. c. 83 *Modo talis, aut ocellatis, nucibuſque ludebat cum pueris minutis.* 20 Parum ſollicitus an e ſinu effluerent tibi tali & nuces. 21 Sagax pater prodigi & avari animi indicia perſpiciebat, cum Aulus nuces profundit paſſimque donat, & Tiberius in foveis abſcondit. Ita eſt. *Actionibus ſuis præbeat ſe cognoſcendum etiam puer, an purum & rectum ſit opus ejus*, Proverb. cap. c. 20 v. 11. 22 *Nomentanus* nepos & prodigus, *Cicuta* fœnerator mordax. 23 Queis natura contenta ſit. 24 A τίλλειν *vellere* eſt *titillo*. 25 *Ambo* & *duo* in accuſ. maſc. recte dicimus. Cic. l. 5 fam.

Veſtrum prætor [26], *is inteſtabilis* [27], *& ſacer eſto.*
In cicere, atque faba, bona tu perdaſque lupinis [28],
Latus ut in circo ſpatiere [29], *aut æneus ut ſtes* [30],
Nudus agris, nudus nummis, inſane, paternis [31]?
Scilicet ut plauſus, quos fert Agrippa, feras tu
Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem [32]?
Ne quis humaſſe velit Ajacem, Atrida, vetas cur [33]?
Agam. *Rex ſum.* Ster. *Nil ultra quæro plebejus* [34].
Agam. *Et æquam*
Rem imperito: ac, ſi cui videor non juſtus inulto
Dicere, quæ ſentit, permitto. Stert. *Maxime regum,*
Dii tibi dent capta claſſem deducere Troja [35].
Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit?

Agam.

epiſt. 8 *Quos quidem ego ambo unice diligo.* V. ibi Grævium, qui poſt Grut. & Gronov. ita docet. 26 De prætura & ædilitate Rom. loqui certum ex ſequentibus. 27 Μὴ προσδεκτέον εἰς μαρτυρίαν, qui recipi nequit ad teſtimonium rogandum dieendumve, eoque nec teſtamentum condere, nec teſtis eſſe poteſt. Ponitur ergo pro inſigniter improbo. 28 Aulum præſagit pater largitionibus frumentariis in populum, ob honores captandos, ad inopiam redactum iri. Nec tantum cicer, fabæ, lupinique dabantur, ſed & menſa quaſi poſita conſulatum a populo veniſſe, l. v. in Suet. Jul. c. 19. 29 Dum magnifice incedis. In epod. *Sacram metuente te viam.* Vel loquitur de præviis lictoribus, qui populum ſummovebant Conſuli, aut Prætori venienti, Pro *latus* al l. *lætus.* 30 Statua ex ære poſita. Ita Priapo promittitur apud Virg. *Si fœtura gregem ſupplerverit, aureus eſto.* 31 Ita Milo tria patrimonia largitionibus profudiſſe narratur. Et quid Cæſar V. apud Suet. 32 *Agrippa* Auguſti gener, qui virtute fuit leo, cum tu ſis imbellis vulpes. In illum omnes honores congeſſit Auguſtus. V. l. 1 od 6. 33 Stertinius ordine adire ſe facit, & luſtrat omnes illos inſanos. Jamque docet novo dialogo ambitioſum perinde inſanire, eoque inducit Agamemnonem, cum pulcro titulo *Maxime regum.* Dixerat enim v. 45 *Hæc magnos formula reges Excepto ſapiente tenet.* Rogat autem Stertin. *O Atrida* ſeu Agamemnon, cur odioſe adeo ac regie Teucrum prohiberet, ne fratrem ſuum Ajacem ſepeliat. 34 Privatus rationem regalis voluntatis non debet inquirere: illi enim, ut Tac. ait, *obſequii tantum gloria relicta eſt.* 35 Græci & Orientis populi reges compellaturi a votis incipiunt. Ita Hom. Il. 1 Chryſes filiam ab Agamemnone & Menelao petens ait, Τμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι Dent vobis ſuperi delere Priami

Agam. *Conſule.* Ster. *Cur Ajax heros ab Achille*
ſecundus 36
Putreſcit, toties ſervatis clarus Achivis?
Gaudeat ut populus Priami, Priamuſque inhumato 37,
Per quem tot juvenes patrio caruere ſepulcro?
Agam. *Mille ovium inſanus morti dedit, inclytum*
Ulyſſem,
Et Menelaum una mecum ſe occidere clamans 38.
Ster. *Tu cum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide gna-*
tam 39
Ante aras, ſpargiſque mola caput, improbe, ſalſa 40,
Rectum animi ſervas? Agam. *Quorſum?* Ster. *In-*
ſanus quid enim Ajax
Fecit, cum ſtravit ferro pecus? abſtinuit vim
Uxore, & gnato 41, *mala multa precatus Atridis* 42:

urbem, & feliciter domum redire. 36 Ajax fortis & ferox adeo ab Hom. fingitur, ut ignavos dicat qui in præliis deos invocarent, ſeque ſine ope eorum inimicos ſuos vincere. 37 Gaudium paras Priamo ſuiſque, non ſepulto Ajace, per quem ſcilicet tot Trojani cæſi ſepulchro carent. 38 Ajax contendens cum Ulyſſe coram Græcis ducibus de armis Achillis, & cauſa cadens, furore correptus eſt, & nocte quadam multas pecudes trucidavit, putans Ulyſſem, Agamemnonem alioſque Græcos duces manu ſua cadere. Juv. *Hic Jove percuſſo mugire Agamemnona credit.* Poſt menti redditus ſuo ſe interemit gladio. 39 Agamemnon filiam Iphigeniam ex reſponſo vatum immolare juſſus cerva pro ea defunctus eſt quando claſſis Græcorum ad Aulidem Bæotiæ portum Trojam ire prohiberetur ventis adverſis, & graſſante peſtilentia, diiſque iratis ob cervum Dianæ ab Agamemnone interfectum. Virg. 2 Æn. *Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa.* Porro Iphigeniam eſſe quaſi Jephtigeniam, & Jephtes illud notum ſatis votum hic latere, quis non videat? Ex lege etiam divina homine ad ſacrificium devoto aliud fuiſſe oblatum ex Levit. c. 27 conſtat, & ſtilo ſacrificali homo tamen oblatus dicitur, uti Servius in l. 2. Æn. ſenſit, cum ait, *in ſacris ſimulata pro veris accipi* &c. 40 *Mola ſalſa* capiti victimæ imponebatur. P. 195 n. 12. 41 Tecmeſſa, & filio Euryſace, quem blande alloquitur Ω πάϊ, γένοιο πατρὸς ἐυτυχέστερος τὰ δ' ἄλλ' ὁμοῖος, quod Virg. fere expreſſit, cum Æneas filium compellat, *Diſce, puer, virtutem ex me verumque laborem Fortunam ex aliis.* 42 Agamemnoni & Menelao.

Non ille aut Teucrum, aut ipſum violavit Ulyſſem.
Agam. *Verum ego, ut hærentes adverſo littore naves*
Eriperem, prudens placavi ſanguine Divos 43.
Ster. *Nempe tuo, furioſe*: Agam. *Meo, ſed non furioſus* 44.
Ster. *Qui ſpecies alias veris, ſceleriſque tumultu*
Permiſtas capiet 45, *commotus* 46 *habebitur, atque,*
Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira 47.
Ajax immeritos dum occidit, deſipit, agnos?
Cum prudens ſcelus ob titulos admittis inanes 48,
Stas animo 49? *& purum eſt vitio tibi, cum tumidum* 50 *eſt cor?*
Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam 51,
Huic veſtem, ut gnatæ, paret ancillas, paret aurum 52:
Pupam, aut puſillam 53 *appellet, fortique marito*

Deſti-

43 Cic. ex aliis aliam cauſam affert 3 off. *Quid Agamemnon, cum devoviſſet Dianæ quod in ſuo regno pulcerrimum natum eſſet illo anno, immolavit Iphigeniam quæ nihil erat eo quidem anno natum pulcrius.* Et hoc Jepthes hiſtoriæ non minus convenit. Abrahami vero ſacrificii lacinias hîc non video, quod vult tamen Bochart. Adde n 39. 44 Stertinius cum multis auctoribus pro certo ſumit, Iphigeniam vere immolatam, cum cerva ſit ſuppoſita. 45 Videt quidem Stertinius Agamemnonem rationes in promtu habere, quibus filiam a ſe immolatam eſſe excuſet, ſed occupando dicit, falſis vera eum miſcere, ambitionem in illo ſuo facto dominari, neque cum regem ſe monſtrare vult, patrem eſſe, oblivîſci debuiſſe. 46 Inſanus. 47 *Ira*, ut Ajax. 48 Ut regum rex, lumen Græcorum &c. audias. 49 An mens tibi ſatis conſtat? 50 Ambitione inflatum. 51 Suavi comparatione materiam gravem ac ſeriam temperat. Aſſimile fere eſt quod Nathan ad Davidem adulterii convincendum ait, de homine (ſed paupere) qui unam parvulam habebat ovem, quæ cum filiis ejus creverat, de pane ejus edens, & de calice bibens, & in ſinu ejus dormiens, quæque illi erat ut filia. V. 2 Reg. 12. Nam ut de Iphigenia modo vidimus, & alias ſæpe, veriſſime Tertull. in Apol. c. 47 dixit, *Quis poëtarum, quis ſophiſtarum, qui non omnino de fonte prophetarum potaverit? Inde igitur poëtæ ſitim ingenii ſui rigaverunt.* Neque furari e ſacris hiſtoriis ſatis fuit, niſi eaſdem quoque adulterarent, & ut Tert. d. l. ait *de una via obliquos multos tramites & inextricabiles ſciderunt.* 52 Ita fere Caligula equum, & Xerxes platanum habuere. Suet. c. 55 Sup. p. 110 n. 11. 53 *Pupam* in blandis

Deſtinet uxorem: interdicto huic omne adimat jus
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos 54.
Quid ſi quis gnatam pro muta devovet agna,
Integer eſt animi? Ne dixeris. Ergo ubi prava
Stultitia, hic ſumma eſt inſania 55. *Qui ſceleratus,*
Et furioſus erit. Quem cepit vitrea 56 *fama,*
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis 57.
Nunc, age, luxuriam, & Nomentanum 58 *arripe mecum.*
Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes 59.
Hic ſimul accepit patrimoni mille talenta 60,
Edicit, piſcator uti, pomarius, aucupes
Unguentarius 61, *ac Tuſci turba impia vici* 62,

appellationibus dici, notum vel e Suet. Cal. c. 13. Al. l. *Puſam*, antique pro *parvam*. 54 Prætor huic ut furioſo rerum adminiſtrationem adimat, eique curatores det, ex l. 12 tab. *Si furioſus exiſtit agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto.* Inde proverb. cum quem mente affectum viderent, *ad agnatos & gentiles deducendum* eſſe. 55 Socrates dixerat, *Omnes vitioſos eſſe ſtultos* Qui ejus diſciplinam ſunt ſecuti, ajebant, ſapientem poſſe fieri furioſum, ſed non ſtultum. Stertinius nullam inter hos differentiam relinquit. 56 *Splendida*, vel *hilaris fama*, ut in Cod. Juſt. vel *fragilis*, ut od. 17 l. 1. 57 Exhibet Bellonam in curru tonitru circumferentem, unde Agamemnoni aliiſque gloriæ cupidis ſignum quaſi dat, quod furore eos replet. *Bellona* Martis ſoror, belli, adeoque & veſaniæ dea veſanos facit, ἐμβροντήτους, uti qui tonitru vel fulmine tacti ſtupent. Juv. Sat. 4 v. 123 *ut fanaticus œſtro Percuſſus Bellona tuo.* Sacerdotes ejus *Bellonarii* dicti corpus ſuum incidebant. His Agamemnonem, filiam immolantem, pulere comparat. Lact. l. 1 de Falſ. rel. c. 21 Sacra *alia Virtutis, quam eandem Bellonam vocant: in quibus ipſi ſacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant. Scelis namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exerentes currunt, efferuntur, inſaniunt.* 58 Prodigum hominem jam ordine venire facit, eumque Damaſippo deſcribit Stertinius. 59 Nepotes ſeu prodigos inſanire, probat ratio. Inde in jure, prodigis curatores dantur, perinde ut furioſis: prodigi enim furioſum faciunt exitum rerum ſuarum. 60 Hic ſimulac hæres eſt M. talentorum. *Talentum* DC ſcutatos ſeu Philippæos valet. 61 Videtur reſpicere ad Ter. Eun. a. 2 ſc. 2, ubi & Gnathoni ſimiles voluptatum miniſtri perofficioſi ſunt. *Interea*, ait Gnatho, *ad macellum ubi advenimus, Concurrunt læti mî obviam cupedinarii omnes, Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.* Hic addit Stertinius *Pomarium*, fructuum venditorem, *unguentarium*, de quo p. 314 n. 2. 62 *Vicus Tuſcus*, ubi Tuſci levitate noti homines

Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne macellum [63],
Mane domum veniant. Quid tum? Venere frequentes:
Verba facit leno [64]; *Quidquid mihi, quidquid & horum*
Cuique domi eſt, id crede tuum, & vel nunc pete, vel cras.
Accipe, quid contra juvenis reſponderit æquus [65].
In nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum
Cœnem ego [66]: *tu piſces hiberno ex æquore verris* [67]:
Segnis ego, indignus qui tantum poſſideam. auſer:
Sume tibi decies [68], *tibi tantundem, tibi triplex,*
Unde uxor media currat de nocte vocata [69].
Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
(Scilicet ut decies ſolidum exſorberet) aceto
Diluit inſignem baccam [70]. *Qui ſanior, ac ſi*
Illud idem in rapidum flumen, jaceretve cloacam?
Quinti progenies Arri, par nobile fratrum,
Nequitia, & nugis, pravorum & amore gemellum [71],
Luſci-

habitabant. Plaut. in Curc. *in Tuſco vico, ibi ſunt homines qui ipſi ſeſe venditant. Turarium* vicum alium eſſe v. in Donati Roma l. 2 c. 27. 63 In Velabri regione plures vici & in his Tuſcus erat, ubi proſtabant ea, quæ ad victus rationem & delicias pertinebant. Proverb. lubet notare, *Omnes ex compacto res gerunt, quaſi in Velabro olearii*, de pretio ſc. exigendo hi inter ſe conveniunt. V. Plaut. 64 De reliqua turba, quanti fuerit, ſcias, ubi leno verba facit. *Lenonem* vocat Dacier, qualem ego *mangonem* dixero. 65 Ubi *leno*, *pernicies communis adoleſcentum*, pro ſe & vicinis illis tam prolixe officioſus eſt, Nomentanum illis æquum eſſe decet. 66 Tu auceps moleſtias in montibus & ſylvis multas noctes (ut olim venabantur) ſubis ut aprum afferas. 67 Æquus adoleſcens hyberni temporis tantum meminit: niſi forte piſces hoc labore plus placeant. 68 *Decies* ſc. centena millia ſeſtertium. 69 Uxore ut lena ſæpe etiam indiget: Eoque æquum eſt triplo donari maritum. 70 Novum prodigi exemplum, filii Æſopi Tragœdi prædivitis & prodigi. Æſopus ipſe amicos excipiebat patina fictili 2500 aureorum referta avibus eximii cantus aut loquelæ, quarum ſingulas 150 aureis emebat. Filius Clodius hoc patre dignus pretioſiſſimam margaritam a Metella datam, aceto liquefactam ſorbuit. V. Val. Max. De Caligula idem refert Suet. & de Cleopatra Plin. una cœna ita eam abſumſiſſe centies ſeſtertium. 71 *Gemelli*

Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas [72].
Quorſum habeant ſani [73] *? creta, an carbone notandi* [74] *?*
Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures [75],
Ludere par impar [76], *equitare in arundine longa* [77],
Si quem delectet barbatum [78]*: amentia verſet.*
Si puerilius his, ratio eſſe evincet, amare,
Nec quicquam differre, utramne in pulvere trimus
Quale prius [79], *ludas opus, an meretricis amore*
Solicitus plores: quæro, faciaſne, quod olim
Mutatus Polemo [80]*: ponas inſignia morbi* [81],
Faſciolas, cubital, focalia: potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas,

Poſt-

enim ſimiles fere ſunt. Catul. *Morboſi pariter, gemelli utrique.* Plaut. in prol. Menœch. *gemini Ita forma ſimili pueri, uti mater ſua Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat. Neque adeo mater ipſa, quæ pepererat.* De Attio v. 86 72 Luſcinias, inſigni e parvo corpuſculo cantu ſolum nobiles, impenſo comparatas pretio prandebant. Quid in cœnam ergo iis appoſitum ſit? Nam prandium guſtatio tantum levior, cœna vero convivium erat juſtum ac elaboratum. V p. 3 n. 15. 73 Marcilii correctionem hic ſequor. 74 Laudandi an vituperandi? Perſ. Sat. 5 *Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.* 75 Amantes pueris nihil ſaniores eſſe docet. Pueri domunculos e luto & lapillis ſtruunt mureſque ut equos ploſtello alligant. 76 *Par impar* ludere in Græcis luſibus etiam recenſet Meurſ. in voce ΧΑΛΚΙΣΜΟΣ, & Auguſtus cum pueris luſit (Suet. c. 71, 83) & pueri etiamnum callent. 77 Socrates cum filiis hunc ludum ludere non erubuit, Alcibiade ſuperveniente. V. Sat. 1 l. 1 v. 73. 78 *Delectandi* verbo frequentativo recte utitur. *Barbatis* pueriles iſti ludi placere admodum, aut ſæpe, non poſſint. 79 Quale prius dixi. 80 Polemo luxu perditus *aliquando ex compoſito cum ſodalibus ebrius & coronatus Xenocratis irrupit in ſcholam. Quo ille nihil deterritus eam, quam cæperat orationem, ardentius quoque provexit. Erat autem ſermo de temperantia.* Pergitque mutationem ejus referre Diogen. Ἀκέων δὲ τὸ μειράκιον, κατ' ὀλίγον ἐθηράθη, καὶ ἔτως ἐγένετο φιλοπόνος, ὡς ὑπερβάλεσθαι τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολήν. 81 Allegorice tanquam de ægro convaleſcente, qui inſignia morbi, faſciolas, cubital, focalia in Æſculapii aliuſve dei templo ſuſpendit. Quint. l. 3 c. 11 *Palliolum ſicut faſcias quibus crura veſtiuntur, focalia, & aurium ligamenta ſola excuſare poteſt valetudo.* Petron. *adraſum pallio intuſerat caput.*

Postquam est impransi [82] *correptus voce magistri?*
Porrigis irato puero cum poma, recusat [83].
Sume, Catelle [84]: *Negat. Si non des, optat. Amator*
Excluſus qui distat? ait ubi ſecum, eat, an non [85],
Quo rediturus erat non arceßitus [86]: *& hæret*
Inviſis foribus [87]. *Nec nunc, cum me vocet ultro,*
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Excluſit: revocat. Redeam? non, ſi obſecret. Ecce
Servus non paulo ſapientior. O here, quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratione, modoque
Tractari non vult. In amore hæc sunt mala, bellum,
Pax rursum. Hæc si quis tempestatis prope ritu
Mobilia, & cæca fluitantia sorte, laboret
Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione, modoque [83].
Quid? cum Picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes, ſi cameram percuſti forte [89], *penes te es?*
Quid,

82 Sobrii Xenocratis. Sobrii enim non prandebant ſed cœnabant tantum. 83 Amantes porro cum pueris comparat. Quod Socrates jam ante: eoque ait perjuria illorum non puniri. Utrique ad iram faciles ſunt. Certe Lucian. iracundum notans, παιδὶκ ὀργιλώτερον *puerulo iracundiorem* dicit. Et Plato aliique pueris iram quidem, ſed non rationem ineſſe ajunt. Ter. vero aperte pronunciat, *Amantes amentes.* V. H. Steph. Sched. l. 3. c. 21, 22. 84 Plaut. Aſin. *Dic igitur me anaticulam, columbam vel catellum, hirundinem, monedulam, paſſerculum puſillum. Catellus* non ſolum blandientis vox, ſed & increpantis iracundiam. Lucian. *iracundior cane Melitenſi.* 85 Hæc e Terent. Eun. ſc. 1 expreſſit. Ibi Phædria a Thaide excluſus ait, *Quid igitur faciam? non eam? Ne nunc quidem cum arcerſor ultro? an potius ita me comparem Non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, revocat. Redeam? Non ſi me obſecret.* 86 Ita Parmeno ait, *cum nemo expetet Infecta pace ultro ad eam venies.* 87 P. Syrus, *in amore mendax iracundia eſt.* Sen. de amantibus, *Non oderunt, ſed litigant.* 88 Parmeno d. l. *Here quæ res in ſe neque conſilium neque modum Habet ullum. eam conſilio regere non potes: In amore hæc omnia inſunt vitia, injuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, Bellum, pax rurſum. Incerta hæc ſi tu poſtules Ratione certa facere, nihilo plus agas, quam ſi des operam ut cum ratione inſanias.* 89 Amantium alias nugas refert, cum ſi pomi ſemina digitis preſſa

Quid, cum balba feris annoſo verba palato 90,
Ædificante caſas qui ſanior? adde cruorem 91
Stultitiæ, atque ignem gladio ſcrutare 92. *Modo (inquam)*
Hellade percuſſa Marius cum præcipitat ſe 93,
Cerritus fuit 94? *an commotæ crimine mentis*
Abſolves hominem, & ſceleris damnabis eundem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat 95, *qui circum compita* 96 *ſiccus*
Lautis mane ſenex manibus 97 *currebat, & unum*
Quiddam magnum addens, unum me ſurpite morti,
Diis etenim facile eſt, orabat 98: *ſanus utriſque*
Auribus, atque oculis: mentem, niſi litigioſus
Exciperet dominus, cum venderet 99. *Hoc quoque vulgus*

Chry-

& ejecta cameram ſeu lacunar triclinii tetigerint, pro bono id accipiunt omine, amori eorum feliciter reſponſum iri. V. Jul. Poll. l. 9. c. 7. 90 Amantes, ſenes præcipue, linguæ compoſito fragmine placere cupiunt. Tibul. *Et tibi blanditias tremula componere voce.* Perſ. Sat. 1 *tenero ſupplantat verba palato.* 91 Amantes ad cædes aliorum ſuique etiam procedunt. 92 Qui amore correptus, affectu quidem vehementiſſimo, ira inſuper ardet, omnino inſanit: iſque, ut in Symbolis Pythagoræ eſt, *ignem gladio fodicat.* 93 Huc affert hiſtoriam Marii qui præ ira Helladem amicam ſuam, ac mox ſe ipſum de medio tollit. 94 *Cerritus* contracte ex *Cereritus*, *larvarum plenus*, Δηριητριαχὸς. Græcis enim Δημήτηρ ſeu Ceres eadem eſt cum Erinnye, ut Scal. ex Callim. obſerv. in Conject. 95 Nunc tangit ſuperſtitioſos, qui aliis vel ut Cic. ait qui liberis ſuperſtites eſſe volunt: nam ad hos vox iſta primum reſtricta fuit. Melius Lactant l. 4 inſt. c. 28 ſuperſtitioſi ſunt *aut ii, qui ſuperſtitem memoriam marmorum colunt, aut qui parentibus ſuis ſuperſtites colebant eorum imagines domi, tanquam deos penates.* 96 In compitis ſtabant Dii Penates. 97 Singula verba ſuperſtitioſum anxiumque hominem notant. *Siccus*, & *lautis manibus*, ut moris erat, ad deos accedit. 98 Ad multa quæ orabat unum ceu magnum addebat, ut inter tot funera, ipſe unus ſuperſtes ſit, uti quod diis facile. Et interim *non eſt mortale quod* optat. Immortalis eſſe cupit. Al. l. *Quid tam magnum?* &c. 99 Si dominus libertinum illum, ut ſervum venderet, ſanum poſſet dicere utriſque auribus (nam vigor & rubor ibi apparens ſanitatem declarat) at non mente: niſi ex Ædilitio edicto reddi eum ſibi velit. Ita hic locus, pro deſperato derelictoque habitus a Nannio, recte explicari poſſe videtur. V. Nannii miſcell. l. 4 c. 11.

Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni [100].
Jupiter, ingentes qui das, adimiſque dolores,
(Mater ait pueri menſes jam quinque cubantis [1])
Frigida ſi puerum quartana reliquerit [2]: *illo*
Mane die, quo tu indicis jejunia [3], *nudus*
In Tiberi ſtabit [4]. *Caſus, medicuſve levarit*
Ægrum ex præcipiti: mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.
Quone malo mentem concuſſa? timore Deorum [5].
Hæc mihi Stertinius ſapientum octavus [6] *amico*
Arma dedit, poſthac ne compellarer inultus [7].
Dixerit inſanum qui me: totidem audiet, atque
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo [8].
Hor. *Stoice, poſt damnum, ſic vendas omnia pluris:*
Qua me ſtultitia (quoniam non eſt genus unum)
Inſanire putas [9]*? ego nam videor mihi ſanus* [10].

Dam.

100 Quid hic gens Meneni? An reſpexit ad Græcam originem a μέμνα unde μεμνᾶς, *inſanus*? An ipſa gens Menenia (in qua Menenius Agrippa vel ſolo apologo de pugna quondam in corpore humano quo patres & plebem compoſuit nobilis) uritur, quod conſulem parum ſanæ mentis Menenium dederit ut Dion. Hal. l. 9 tradit? Sed illud cum Torrent. probo. 1 Aliud ſuperſtitionis exemplum. Mater vota ſtulte facit pro filii ſanitate, votique compos ſtultius implet. 2 Qui ridere vult, legat hic Lambinum, qui hac matre non multum ſapientior eſt, certe non illo, qui quartum Il. lib. capiti ſupponebat ad quartanam depellendam. 3 Vigeſimo Kal. Jan. feriis Jovis dicato. 4 Quaſi purior ad Jovis cultum venturus toto ablutus corpore. Ita enim omnis ſuperſtitio cum ratione inſanit. V. Juven. Sat. 6 v. 541. 5 Superſtitione. 6 Juven. *Tertius e cœlo cecidit Cato.* Perinde dicimus *decimam Muſam* pro inaniter docta, *quartam Charitum*, quæ pulcra & elegans videri vult, & *Furiarum quartam*, pro inſigniter prava. 7 Huc tendunt quæ de omnis hominum generis inſania hactenus dixit, ne ipſe impune ſtultus dici poſſit. 8 Horat. hic & alio loco reſpicit ad fab. Æſopi, qua duas homini dat peras; Unâ in pectore pendenti aliena portat vitia, aliâ in tergo ſua. Niſi ad v. 53 melius recurras. 9 Hor. ſcire vult quid de ſe judicet Damaſippus, eoque τῷ *Sic*, voce ſacra votis & adjurationibus, utitur. Vult dicere ita felicius negotieris. 10 Plato in Alcib. ut oculus ſe intueri nequit niſi in alia re ſibi ſimili, quæque ſit extra eum, i. e. in alio oculo, perinde mens noſtra ſe

Dam. *Quid? caput abſciſſum demens cum portat Agave*
Gnati infelicis, ſibi tum furioſa videtur [11]*?*
Hor. *Stultum me fateor (liceat concedere veris)*
Atque etiam inſanum: tantum hoc ediſſere, quo me
Ægrotare putes animi vitio [12]*.* Dam. *Accipe: primum*
Ædificas [13]*, hoc eſt, longos* [14] *imitaris, ab imo*
Ad ſummum totus moduli bipedalis [15]*, & idem*
Corpore majorem rides Turbonis in armis
Spiritum, & inceſſum [16]*: qui ridiculus minus illo?*
An quodcumque facit Mæcenas [17]*, te quoque verum*
eſt [18]*,*
Tanto diſſimilem, & tanto certare minorem?
Abſentis ranæ [19] *pullis vituli pede preſſis,*
Unus ubi effugit, matri denarrat [20]*, ut ingens*
Bellua cognatos eliſerit. Illa rogare,
Quantane? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet.

Major

perſpicere in ſe haud poteſt. Opus eſt, ut dirigat radios in aliquid quod eſt extra ſe ſibique ſimile, id autem aliquid nihil aliud eſt quam deus. 11 Agave cum Bacchis Orgia celebrans Pentheum filium ea ſpernentem diſcerpſit, caputque quaſi ovans thyrſo circumtulit, putans ſe occidiſſe leonem, quin ad Cadmum patrem id detulit, ut ante portas ædium ſuſpenderet. 12 Exemplo tam inſigni ictus victuſque, rogat tamen in quo ejus conſiſtat inſania. 13 Horatium οἰκοδομὴ ædificandi libidine laboraſſe aliunde non video. Quid ſi ædificare hic ſit, parvitatem corporis oſtentatione quadam & inceſſu, ut parvuli ſolent, vel altioribus ſoleis, vel laxis tunicis occulere ac mentiri? 14 *Longus* pro homine longi corporis & ſtolido: at pro divite non invenio. 15 Auguſt. ad Hor. *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum: quem ego, ne accuſem brevitatem, quantuluſcumque eſt boni conſulo, Verere autem mihi videris ne majores libelli tui ſint, quam ipſe es. Sed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt* &c. 16 Turbo gladiator parvæ ſtaturæ, & magni animi, inceſſus, & actionis erat. 17 Mæcenatis luxus in domo exſtruenda & turri nubibus propinqua, Sen. in epiſt. 114 aliique meminerunt, ſed & inceſſum ejus, & fluxam ſolutamque veſtem notari, jam vidimus ſupra. Sat. 2 l. 1 v. 25. 18 *Verum* pro æquo. Infra, *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.* 19 Phædrus hanc fabulam paulo aliter refert. *Ranæ* inter alia ſuperbiæ ſymbolum ſunt ob inflatas buccas. Inde φυσίγναθος Rex earum in pugna cum muribus vocatur. 20 *De* præpoſ. auget hic, & ſæpe

Major dimidio. Num tanto? Cum magis, atque
Se magis inflaret: non, si te ruperis, inquit,
Par eris. Hæc a te non multum abludit imago.
Adde poëmata nunc [21]*: hoc est, oleum adde camino* [22]*:*
Quæ si quis sanus fecit, sanus facis & tu?
Non dico horrendam rabiem [23]. Hor. *Jam desine.*
Dam. *Cultum*
Majorem censu [24]. Hor. *Teneas, Damasippe, tuis te.*
Dam. *Mille puellarum, puerorum mille furores* [25].
Hor. *O major tandem parcas, insane, minori.*

V. p. 234 n. 3. Mart. l. 10 v 79. 21 Stoici poëtas alioſque doctos parvi faciebant. Uti id patet in Ceb. tab. Damaſippus tamen initio Satyræ carmina ab eo popoſcerat *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!* 22 Epiſt. ad Piſ. 296 *Excludit ſanos Helicone poëtas Democritus.* Poëſis hîc ait Stert. *ex ſtultis inſanos facit*, ut eſt in Ter. 23 παρρησία. Tacet rabiem Horatii, & interim dicit. Certe improbo Adria ſe iracundiorem, & parata gerere cornua, iraſcique celerem ipſe Hor. fatetur, & hic in fermento videtur eſſe. 24 Liberaliter adeo educatum fuiſſe Horatium vidimus l. 1 ſat. 6. 25 Præter odas, v. Sat. 2 n. 92. Auctor vitæ Horatii, *Ad res Venereas intemperantior fuiſſe traditur.*

SATYRA IV.

Uti Sat. præc. barba habituque ſapientiam profeſſos, & ruſticos illos, ut Cic. vocat, Stoicos ſub Damaſippi perſona riſit, ita hic malos Epicuri verborum interpretes ſub Catii nomine deridendos ac comedendos præbet *Catius Epicureis levis quidem, ſed non injucundus tamen auctor*, ut Quintil. eum vocat, ſummam felicitatem in voluptate ſitam eſſe ajebat, eoque gulam ſolum, quæque eo faciunt præcepta, vera partim ac falſa, curabat: quanquam Epicurus ipſe pro ſe continens ac ſobrius nullam ſtatuit dari voluptatem ἀνευ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, *ſine probajuſtaque vita.* De Catio eodem certe qui hic inducitur, perinde fere Cicero l. 15 epiſt. 16, 19 loquitur. Alium in hac Sat. Catium eſſe, adeoque Epicureos ſub ejus perſona hic non rideri, contendit Tan. Faber in epiſt. ſua 571 l. 2. Sed rationes ejus tanti non ſunt, quo minus Dacierio, digniſſimo ejus genero, aſſentiam. At diſcere ex hoc Viro velim, unde d. Cic. epiſt. 16 ad quartum Auguſti conſulatum, & A. V. C. 723 referat, & inde de tempore hujuſce Satyræ ſtatuat? Cum neque in ordine epiſtolarum & hiſtoria Cic. ab Hieron. Ragazonio multo ſtudio collecta, neque aliunde id hactenus mihi liqueat.

Una

Hor. Unde, & quo Catius? Cat. non eſt mihi tempus [1], aventi
Ponere ſigna novis præceptis [2]: qualia vincant
Pythagoram [3], Anytique reum [4], doctumque Platona [5].
Hor. Peccatum fateor, cum te ſic tempore lævo
Interpellarim; ſed des veniam bonus, oro.
Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid: repetes mox.
Sive eſt naturæ hoc, ſive artis, mirus utroque [6].
Cat. Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem,
Utpote res tenues [7], tenui ſermone peractas.
10 Hor. Ede hominis nomen: ſimul an Romanus, an hoſpes.
Cat. Ipſa memor præcepta canam, celabitur Auctor [8].
Longa quibus facies ovis [9] erit, illa memento,
Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere, namque marem cohibent calloſa [10] vitellum [11].

D d Caule

1 Catius recens ab Epicureo magiſtro veniens totus quantus in mageiricis ſeu culinariis præceptis meditandis occupatus Horatium ut muſcam a ſe amolitur. 2 Cic. ad Attic. l. 13 epiſt. 32 σημεῖα vocat, Gellius *notas*, quibus principes viros adhuc uti ait Ferrar. init. Orig. Rom. multiſque docet, quid interſit inter *ſcribere notis* & *perſcribere*. 3 V. l. 1 od. 28, 4 Socratem, quem Anytus & Melitus fictis criminationibus ad mortem egerunt. 5 Catii levitatem vide. Ineptias ſuas adeo jactat, ut cuivis philoſophiæ placitis eas anteponat. Quin & *doctum Platona* cedere ſibi facit. Epicurus quoque Platonem haud magni faciebat, vocabatque eum χρυσῆν *aureum*, ob ſtili ſcilicet pompam. 6 Sive naturâ fidelis tibi ſit memoria, ſive arte adjuvetur. Artem memoriæ multi tradidere: Sed quam plerique dedere, obfuit magis quam profuit. Præſtat eam ſic aſſuefacere, ut ſine inſtrumentis, ea quæ velimus, nobis replicet. 7 Subtiles. Ita Mart. l. 4 epig. 64 *Sed tibi plus mentis, tibi cor, limante Minerva, Acrius & tenues finxerunt pectus Athenæ.* Auctor ille quis fuerit, an ipſe Catius ex ſe hæc finxerit, an ab alio acceperit, haud liquet: Epicurus male huc referatur, uti cujus ætas & præcepta repugnant. 9 Ab ovis, unde & convivium inchoatur, incipit. Ova longa marem, rotunda feminam excludere, inter variantes auctorum veterum, Ariſt. Plin. Colum. ſententias, necdum compertum eſt. *Ponere*, *apponere*, convivale verbum v. indic. 10 Denſiores teſtæ 11 *Vitellus*, *de dojor.*

Caule ſuburbano, qui ſiccis crevit in agris
Dulcior [12]. *irriguo nihil eſt elutius horto* [13].
Si veſpertinus [14] *ſubito te oppreſſerit hoſpes,*
Ne gallina malum reſponſet [15] *dura palato,*
Doctus eris vivam miſto merſare Falerno:
Hoc teneram faciet [16]. *Pratenſibus optima fungis*
Natura eſt [17]: *aliis male creditur* [18]. *Ille ſalubres*
Æſtates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore ſolem [19].
Auſidius [20] *forti miſcebat mella Falerno,*
Mendoſe: quoniam vacuis committere venis
Nil, niſi lene, decet. Leni præcordia mulſo
Prolueris melius [21]. *Si dura morabitur alvus,*
Mitulus [22], *& viles pellent obſtantia conchæ,*

Et

12 Solum, quo apricum magis, eo ſiccius. Et hoc ad caulium bonitatem facere, ait Catius. At ruſtici noſtri aliter philoſophentur. 13 *Nihil eſt elutius* ſeu ſucco ac vigore deſtitutum magis, horto ſemper irriguo ſeu irrigato, ut olitores ſuburbani ſolent, quo citius & copioſius olera gignantur. Sed Salmaſ. in Sol. ait, *riguus eſt* qui rigat, Virg. *Arva mihi, & rigui placeant in collibus amnes: & Elutius* ad colorem luteum, μιλτινον, refert, miraturque interpretes ſic inter ſe hoc de loco argutari. Sed ingenue magis loquuntur, qui conſulto hæc in obſcuro relicta ſuſpicantur, uti quod novæ diſciplinæ quaſi auctorem non dedeceat. 14 Pag. 115 n. 7 15 Reſiſtat. Ita infra *reſponſare cupidinibus.* 16 Gallina adhuc palpitans vino, aceto, aut frigidæ immerſa tenera redditur. Lambin. ut novus Catius cum lapatho coqui eam vult. 17 *Fungi, champignons.* Plin. de iis l. 21 c. 23 *voluptas tanta ancipitis cibi? Familias nuper intremere fungi, & tota convivia.* 18 *Fungi* boni ac mali tam in pratis quam alibi naſcuntur. Catius ergo hic falſus, aut fallit. 19 Catius non leve, ut ſolebant, prandium cupit, ſed lautius, quodque moris integris, qualia mane ante æſtum decerpas, finiatur: atque ita dentibus & ſapori magis, quam valetudini conſulit. Niſi *finire* pro *definire* hic ſumas. Sed tum Catius ſobrietatis quoque exemplum ſit. Quod alienum ab ejus perſona. 20 V. p. 322 n. 90. 21 De promulſide loquitur, quæ poſt leviores quoſdam cibos erat prima potio, ex aqua & vino. Catius vinum forte rejicit, Plin. vero cum melle mixtum maxime commendat. & Mart. ait, *Miſceri decet hoc a Ganymede merum* l. 13 ep. 108. 22 Serenus Samonicus, qui vixit ſub fin. ſecundi ſeculi, l. *Mugilis. Quodque ſatis melius verbis dicemus Horati, Mugilis & viles pellent obſtantia concha. Mitulus, mutilus,* piſciculus e concha-

Et lapathi brevis herba, ſed albo non ſine Coo [23].
30 Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ [24].
Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.
Murice Bajano melior Lucrina peloris [25]:
Oſtrea Circeïs [26], *Miſeno oriuntur echini* [27]:
Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum [28].
Nec ſibi cœnarum quivis temere arroget artem [29],
Ni prius exacta tenui ratione ſaporum [30].
Nec ſatis eſt cara piſces averrere menſa [31],
Ignarum quibus eſt jus aptius, & quibus aſſis
Languidus in cubitum jam ſe conviva reponet [32].
40 Umber, & iligna nutritus glande, rotundas
Curvet aper lances [33] *carnem vitantis inertem* [34].
Nam Laurens malus eſt, ulvis, & arundine pinguis [35].

rum genere. 23 *Cos* (inſ. Ægæi maris hod. Lango) lenia dat vina, quæ Perſ. vocat *lubrica*. 24 Lunâ plenâ corpora oſtrearum, & medullas animalium augeri, adhuc multi opinantur: eoque tum pecudes mactant. 25 Peloris Lucrina præſtat murice Bajano. *Peloris* (dicta ἀπὸ τῆς πήλης a cæno, vel promont. *Peloro*) eſt concha flaccida, ſine callo, quam Mart. vocat *fatuam*. *Murex*, cochlea Veneris. H. Jun: De *Lucr. lacu*. p. 122. 2. 26 Ad Circæos urbem optima capiuntur oſtrea. Ita & Plin. 27 *Echinus*, cancri genus, ad Miſenum promont. capitur. 28 *Tarentum* (a *Tereno* linguâ Sabinâ *molle* dictam v. Macrob.) dat *pectines patulos*, ſeu conchas ſtriatas, H. Jun. vocat *S. Jacobs moſſelen*. 29 Athen. l. 7 c. 11 inſanas coquorum voces refert, *Ambroſiam ego reperi, jam mortui ſi olfecerint, ut reviviſcant ego efficiam. Si ſemel coquinam aptaverò, quod olim apud Sirenas contingebat, id ipſum tu videbis modo contingere. Præ odoris ſuavitate nemo poterit hac angiporti præterire via. Si quis autem propius accedit ad haſtores, aperto ſtatim ore ſtupefactus conſiſtet, velut affixus clavis, & mutus, donec aliquis accurrens naves prehenſas vellat.* 30 *Tenuem*, ſeu ſubtilem *ſaporum rationem* dicit, cum guſtus hebes maxime ſenſus ſit. 31 *Menſa* piſcatoris. 32 Qui piſces condimento aſſi convivam jam languidum revocent ad eſum. *Aſſum* priſcis dicitur quidquid ſine condimento ullo & jure apponitur. Heinſ. hic. & Faber in Lex. *Accubitus* formam depictam v. in Lipſii Saturn. v. indic. noſtrum hic. 33 Aper in Umbria, Italiæ regione, captus, pondere ſuo lances curvet. Juven. Sat. 1 v. 140 *quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum.* 34 Vel ut nunc delicatuli ajunt, *abhorrentis ab odore macelli*. Iis enim quæ rara cara tantum. 35 Aper ex agro Laurentino, qui paludoſus, & ranis alendis aptus eſt, Catio reprobatur. Secus Varro ait l. 3 c. 4 *in paſtu locum hunc petere ap-*

Vinea ſummittit capreas non ſemper edules 36.
Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos 37.
Piſcibus, atque avibus, quæ natura, & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæſita palatum 38.
Sunt, quorum ingenium nova tantum cruſtula 39 *promit.*
Nequaquam ſatis in re una conſumere curam.
Ut ſi quis ſolum hoc, mala ne ſint vina, laboret,
Quali perfundat piſces ſecurus olivo.
Maßica ſi cœlo ſupponas vina ſereno 40:
Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino vitiata 41 *ſaporem.*
Surrentina vafer qui miſcet fœce Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ovo.
Quatenus ima petit, volvens aliena vitellus 42.
Toſtis marcentem ſquillis 43 *recreabis, & Afra*
Potorem cochlea: nam lactuca innatat acri
Poſt vinum ſtomacho 44: *perna magis, ac magis*
hillis 45

Flagi-

tus uliginoſus, quod delectatur non ſolum aqua, ſed etiam luto. Et Hortenſ. illic ſaltum 50 jugerum, plenum apris cerviſque habebat. 36 Capreæ vitium palmitibus paſtæ non ſemper gratæ. Virg. ſepes vitibus texi jubet contra capreas, 2 Georg. v. 371. 37 *Sapiens* inquit, ſeu non e vulgo philoſophus, armos ſeu clunes leporis præfert lumbis. Sed noſtrates recte dicunt, *De ſaporibus non eſt diſputandum.* Nam, ut Hor. *Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur Piſcentes vario multum diverſa palato.* 38 Juv. Sat. 4 v. 139 *nulli major fuit uſus edendi Tempeſtate mea. Circæis nata forent, an Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo Oſtrea, callebat primo deprendere morſu: Et ſemel aſpecti littus tenebat echini.* 39 Placentas. 40 Plin. l. 14 c. 21 *Meliores plagæ doliis condunt, infodiuntque terræ tota,* & poſt, *Campaniæ nobiliſſima vina expoſita ſub dio in cadis verberari ſole, luna, imbre, ventis aptiſſimum videtur.* 41 Liquata, percolata, ſaccata, ut Martial. v. p. 27 n. 10. 42 Qui vina ad Surrentum Campaniæ urbem collecta, cum Falernis (de his l. 1 od. 20) miſcet, *aliena,* ſeu fœcem fidere facit, injecto columbæ vitello. 43 *Squilla*, cancri genus, novum ad potandum irritamentum. 44 Mart. l. 13 ep. 14 *Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum, Dic mihi cur noſtras inchoet illa dapes?*

Flagitat in morſus refici: quin omnia malit,
Quæcunque immundis fervent allata popinis 46.
Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere juris
Naturam 47. *Simplex e dulci conſtat olivo,*
Quod pingui miſcere mero, muriaque decebit,
Non alia, quam qua Byzantia putruit orca 48.
Hoc ubi conſuſum ſectis inferbuit herbis,
Corycioque croco 49 *ſparſum ſtetit* 50: *inſuper addes*
Preſſa Venafranæ 51 *quod bacca remiſit olivæ.*
70 Picenis cedunt pomis 52 *Tiburtia* 53 *ſucco:*
Nam facie præſtant. Venucula convenit ollis 54.
Rectius Albanam fumo duraveris uvam 55.
Hunc ego cum malis, ego fecem primus, & alec 56,
Primus & inveni piper album, cum ſale nigro
Incretum 57, *puris circumpoſuiſſe catillis* 58.
Immane eſt vitium, dare millia terna macello,
Anguſtoque vagos piſces urgere catino 59.

Bochart. lactucam & cruda omnia, oſtrea, echinos &c. a fine convivii ad principium tranſlata Cic. ætate, refert. 45 *Hilla, orum* inteſtinum porcorum fartum. 46 Adeo lactucam ſtomachus bene potus faſtidit, ut vel e popinis immundis allata & ferventia malit. 47 Simplex jus ex olivo, duplex ſeu mixtum, cum additur muria, vinum, crocus, herbæ conciſæ &c. 48 *Orca*, bellua marina. *Byzantium*, nunc Conſtantinopolis, Turcis *Stambol*. 49 Corycus Ciliciæ mons croco abundans, ſic dictus a Syr. *Corcam*. ut Bochart. conjicit. 50 Deferbuit. 51 P. 97 n. 15. 52 Catius tranſit ad menſas ſecundas. *Picena poma* laudat Sat. præc. 53 De pomariis Tiburtinis l. 1 od. 7. 54 *Uva venucula* forte a Venuſio ſic dicta, ollis bene aſſervatur, ut fumo fabrili maturitatem traherent. P. 166. 10. 56 *Fecem & alec*, per ἓν διὰ δυοῖν, piſciculos minutos forte encraſichulos Belg. *Antſouwen*. *Alec* nomen generis eſt, notatque inſuper liquaminis genus, uti quo oliva condita ſunt. 57 *Incretum piper* eſt purgatum. Pro ſale nigro nunc in India calce purgant piper. Omne enim piper nigrum naſci, & ſic optimum eſſe, ajunt. 58 Communem catinum his condimentis plenum apponere vile vulgatumque nimis. Ita in Sympoſio Luciani ut alienum narratur, quod Ariſtæneto & Eucrito communis poneretur menſa, eſſetque utrique capiendum, quod ſua ex parte erat. 59 Vitium vocat immane, pretioſiſſimos piſces uno & communi apponere catino.

Magna movent ſtomacho faſtidia [60], ſeu puer unctis [61]
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurrit:
Sive gravis veteri crateræ limus adhæſit.
Vilibus in ſcopis, in mappis [62], *in ſcobe* [63], *quantus*
Conſiſtit ſumptus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios [64] *lutulenta radere palma* [65],
Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes [66],
Oblitum, quanto curam, ſumptumque minorem
Hæc habeant, tanto reprendi juſtius illis [67],
Quæ niſi divitibus nequeunt contingere menſis?
Hor. *Docte Cati, per amicitiam, Divoſque rogatus,*
Ducere me auditum, perges quocunque, memento.
Nam quamvis referas memori mihi pectore cuncta:
Non tamen interpres tantundem juveris. Adde
Vultum, habitumque hominis [68]: *quem tu vidiſſe beatus*
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris ineſt, fontes ut adire remotos [69],
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ [70].

60 Jam quantum in nitore ſitum ſit, docet. V. epiſt. 5. 61 Sordidis. 62 *Mappæ*, manibus tergendis, domo afferebantur, mantili menſam operiebat convivator. Mart. l. 12 ep. 29. 63 *Scobs, Saagſel*, deraditur de metallis aut ligno. Heliogabalus ſcobe aurea porticus ſtravit. 64 *Pavimenta teſſellata*, qualia Cæſar in itinere circumtulit. Sueton. V. Sup. p. 121. 24. 65 Scopis e palma, Mart. l. 14, 82. 66 *Toral* ſtramentum lecto diſcubitorio injectum, cui ſolennioribus conviviis pretioſa ſtragula ad tempus circumdabatur. Ovid. *In medio torus eſt de mollibus ulvis, Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto Sternere conſuerant.* Vel potius *Tyriæ veſtes* pro purpureis convivarum veſtibus poſuit. 67 Cata ſatis hæc Catii verba ſunt: Sed ridiculum tamen philoſophum hoc ſolum agere. 68 Viva magiſtri Epicurei voce, & ſevera aſſiduitatis lege proficere vult Horatius. 69 Abditam vocat hanc philoſphiam, per jocum. 70 *Beatus* ambigua vox. Epicurus beatum pro virtute conſummato, Catius lautam vitam vocat beatam.

SATY-

SATYRA V.

ULYSSES & TIRESIAS.

Homerus fingit Ulyſſem ad inferos deſcendere conſultum Tireſiam vatem de itinere ſuo. Horatius, memor præcepti quod eſt in art. poët. v. 129. Ulyſſem, conſilii rerumque jam inopem, uti ſermonem illum a. v. 148 l. 11 Odyſſ. continuantem inducit, quaſi quæreret Ulyſſes e Tireſia, qua ratione ſarciret fortunas ſuas. Hic vero per artes inſidiaſque in teſtamentis captandis tutam eo viam eſſe ait. Horatium quoque ſimiles ſui temporis mores hic notare, liquet.

Ulyſſ. HOc quoque, Tireſia, præter narrata [1], petenti
Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res [2]
Artibus, atque modis [3]. Tir. *Quid rides? Jamne doloſo*
Non ſatis eſt Ithacam revehi [4], *patrioſque Penates*
Aſpicere? Ulyſſ. *O nulli quicquam mentite* [5], *vides, ut*
Nudus, inopſque domum redeam, te vate [6]: *neque illic*
Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus [7]. *atqui*
Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.
Tir. *Quando pauperiem miſſis ambagibus horres* [8]:
Accipe, qua ratione queas ditiſcere. Turdus [9],

1 Ulyſſes perſuaſu Circes jam conſuluit Tireſiam vatem, Proſerpinæ in inferis tam gratum, ut illi mortuo mentem firmam ac ſapientem ſoli tribuerit. 2 Tireſias prædixerat Ulyſſi reditum in patriam. Sed ſocii ejus ſolis boves contra Tireſiæ oraculum Ulyſſe dormiente mactarunt ac devorarunt: quare & naufragio perierunt: Ulyſſes vix nudus enatavit. 3 Per fas aut nefas. 4 Nonne ſatis tam duplici doloſoque viro e tot caſibus ſalvum evadere, ac aſpicere patriam, quod unice in votis fuerat. *Ithaca*, inſ. maris Ionii, v. *Val di Compare*, Ulyſſis patria fuit. Ulyſſem vafrum prudentemque v. p. 17 n. 9 Sed Iſ. Voſſ. l. 1 od. 6 *curſus duplicis* ſeu *duplices* exponit, quaſi non totum decennium in interno mari vagatus fuerit, ſed & externum mare ſulcaverit, condideritque Ulyſſipona, Ἄσυ φρύγιον, aliaſque urbes. v. obſ. in Catull. 5 Cic. de eo tradit ex Hom. eum *Solum ſapere, cæteros umbrarum vagari modo.* 6 V. n. 2. 7 *Proci* Penelopes, Ulyſſis uxoris, conſumebant omnia. Epiſt. 2 v. 23 &c. 8 Nulla utere circuitione, paupertatem times. 9 Martial. *Inter aves turdus, ſi quis me judice certet. Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Sive aliud privum [10] *dabitur tibi, devolet illuc,*
Res ubi magna nitet domino ſene: dulcia poma,
Et, quoſcunque feret cultus tibi fundus honores [11],
Ante Larem [12] *guſtet venerabilior Lare dives.*
Qui quamvis perjurus erit, ſine gente [13], *cruentus*
Sanguine fraterno, fugitivus [14], *ne tamen illi*
Tu comes exterior [14], *ſi poſtulet, ire recuſes.*
Ulyſſ. *Viſne tegam ſpurco Damæ* [15] *latus? haud ita Trojæ*
Me geſſi, certans ſemper melioribus [16]. Tir. *Ergo*
Pauper eris. Ulyſſ. *Fortem hoc animum tolerare jubebo* [17].
Et quondam majora tuli. Tu protinus [18], *unde*
Divitias, æriſque ruam, dic, augur, acervos [19].
Fir. *Dixi equidem, & dico* [20]. *Captes aſtutus ubique*
Teſtamenta ſenum: neu, ſi vafer unus, & alter
Inſidiatorem præroſo fugerit hamo [21],
Aut ſpem deponas, aut artem illuſus omittas.

Mag-

10 *Privum*, quod cui poprium eſt. 11 *Ruris honores* l. 1 od. 17. V. epiſt. 1 v. 78. 12 Antequam Laribus tuis primitias feras. Hoc e dei veri ſacris raptum, V. Levit. c. 2 v. 14. 13 Terræ filius. 14 Qui ſervus fuit, hic *fugitivus* dicitur. 14 Loco minus honorato. Nam pars expoſita v. c. vento, fluvio, vel ad præcipitium hodieque occupatur a minus honorato, iſque ita fit *exterior*, honoratior vero *interior*, cujus & *latus clauditur*, ut mox dicit. Loci vero conditione id non jubente, dextra erat honoratior. Ita fere Dacier, melius quam Lipſius aliique locum hunc vexatiſſimum, explicat. Et ita bene legas & intelligas notum Ovidii locum de ſene, *Et medius juvenum non indignantibus ipſis Ibat, & interior ſi comes unus erat.* Al. tamen l. & *anterior*. 15 *Dama*, nomen ſordidum, & diminutivum a *Demetrius*. Ita *Menas* eſt a *Menodorus*, *Theudas* a *Theodorus*. 16 *Se quoque principibus permiſtum agnovit Achivis*. 17 Paupertatem ferre mavult, quam turpi obſequio ditelcere. Certe hæc explicatio characteri Ulyſſis convenit: non alia, quaſi animum obfirmet ſuum ad turpe obſequium præſtandum. Multis illam contra Peraltum probat Dacier. V. l. 1 epiſt. 2. 18 *Protinus*, *porro*, exponi cupit meliores ditelcendi vias. 19 *Ruere æris cumulos* eſt modio cumulum adæquare. Scal. in conject. & Paræus in Lex. Plaut. 20 Tutam frequentemque ditelcendi viam ſolum urget. 21 Si dona tua petibunt, ſpe hæreditatis eluſa,

Magna, minorve foro si res certabitur olim,
Vivet uter locuples sine gnatis, improbus ultro
Qui meliorem audax vocet in jus, illius esto
Defensor [22], *fama civem, causaque priorem*
Sperne, domi si gnatus erit, fœcundave conjux [23].
Quincte, puta, aut Publi (gaudent prænomine [24] *molles*
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Jus anceps [25] *novi: causas defendere possum.*
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemptum cassa [26] *nuce pauperet, hæc mea cura est,*
Ne quid tu perdas, neu sis jocus. Ire domum, atque
Pelliculam curare [27] *jube. Fis cognitor ipse* [28],
Perstа, atque obdura: seu rubra Canicula findet
Infantes statuas [29]: *seu pingui tentus omaso* [30]
Furius hybernas cana nive conspuet Alpes [31].
Nonne vides (aliquis cubito stantem prope tangens

22 Defensor sis divitis, susque deque habens an causa ejus sit deterior. 23 Juv. Sat. 5 *Jucundum & carum sterilis facit uxor amicum.* 24 *Habuit*, inquit Cic. *prænomen nescio quid virilitatis & dignitatis.* Quin Cicero miratur se a P. Volumnio literas sine prænomine accepisse *Quod sine prænomine, familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti primum addubitavi num a Volumnio senatore esset.* V. l. 2 ep. fam. 32. Prænomen quid sit & feminis etiam datum fuisse, satis jam liquet. Sed & quid sit agnomen docuit modo V. Cl. J. G. Grævius in Thes. antiq. in præfat. Ita v. c. P. Cornelius Scipio, a Q. Cæcilio Metello adoptatus, Publii prænomine (quo Polyb. eum nominat) Corneliique deposito, dictus fuit Q. Cæcilius Metellus Scipio. Hic Scipio vere agnomen est, quia id vere agnatum, cetera tria extrinsecus adjuncta ex adoptione. 25 Cic. 1 de Leg. *juris ignoratio potius litigiosa est, quam juris scientia.* 26 Inani. *Cassus* est a *careo.* 27 Genio indulgere. 28 *Cognitor* præsentis, procurator absentis, tuetur causam: Estque vox forensis. 29 Seu flagrantior æstus findat *statuas infantes*, recens factas, novellas, ut Jun. de pict. vet. exponit: vel urit Horatius poëtam sui temporis qui sic scripserat, uti mox Furium ridebit. 30 Distentus pinguibus intestinis. 31 M. Furius Bibaculus æqualis Ciceroni scripserat de hyeme, *Jupiter hybernas cana nive conspuit Alpes.* Ridicule. *Conspuere* & quidem *cana nive* uti sordidum est, ita crasso illi Furio quia bene convenit, pro *Jupiter* supponit Hor. *Furius.*

Inquiet) *ut patiens, ut amicis aptus, ut acer* 32 ?
Plures annabunt thynni 33, *& cetaria* 34 *crescent.*
Si cui praeterea validus male filius in re
Praeclara sublatus 35 *aletur: ne manifestum*
Caelibis obsequium nudet te 36: *leniter in spem*
Arrepe officiosus, & ut scribare secundus
Haeret 37, *&, si quis casus puerum egerit Orco* 38,
50 *Ire vacuum venias. Perraro haec alea fallit.*
Qui testamentum tradet tibi cunque legendum,
Abnuere, & tabulas a te removere memento:
Sic tamen, ut limis rapias 39, *quid prima secundo*
Cera velit versu 40: *solus, multisne cohaeres*
Veloci percurre oculo. Plerumque recoctus
Scriba ex quinqueviro 41 *corvum deludet hiantem* 42,
Captatorque dabit risus Nasica Corano 43.

Ulyss. *Num furis* 44: *an prudens ludis me, obscura canendo?*

Tir. *O Laërtiade* 45, *quidquid dicam, aut erit, aut non* 46. 60 *Di-*

32 Si officiosus adeo sis, aliquis te seni astanti laudabit, ut sedulum &c. 33 Plures senes hac assiduitatis tuae fama ad te accedent, eruntque tibi ut thynni pisces qui tibi quotidie crescunt, & praegrandes fiunt. Captatorem testamentorum piscatori jam comparavit. Ita & Juven. Sat. 12 v. 122 & Lucian. in Timone. 34 Vivaria. 35 *Tollere liberos* p. 30 n. 42 36 Ne sentiant te caelibi & invalido haud frustra officiosum esse. 37 Substitutus vulgariter, si filius haeres non erit. 38 De Orco v. Indic. 39 *Limus*, est *obliquus*. 40 In ceratis tabulis olim scribi solebat. Nomen testatoris primum, tum haeredis scribebatur, ut patet e Suet. Ner. c. 17. Rationem scribendi veterum V. l. 1 Sat. 10 init. Loens. epiph. l. 5 c. 6. 41 Qui ex Quinqueviro, magistratu municipali, *scriba recoctus* seu *veterator* erat. *Scribae* saepe in provincias magistratus comitati exercitatiores erant facti usu. In *recoctus* est transl. a tinctoribus. Ita Pers. ad deos jubet adferri sanctos mentis recessus, *& incoctum generoso pectus honesto*: Et Cicero se Apollonio Moloni formandum ac velut recoquendum dedit. Quintil. l. 12 c. 6. V. Indic. in *scriba*. 42 Captatorem haereditatum. Alludit ad fabulam Aesopi de Corvo & vulpe. 43 Ridiculus erit: ut Nasica deludetur olim Corano seni. 44 Obscura enim haec de Nasica praedictio est, 45 Ulysses Laertis filius. 46 Amphi-

Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.
Tempore quo juvenis Parthis horrendus 47, *ab alto*
Demissum genus Æneæ, tellure, marique
Magnus erit: forti nubet procera Corano
Filia Nasicæ, metuentis reddere soldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit, atque
Ut legat, orabit: multum Nasica negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget: invenietque
Nil sibi legatum, præter plorare 48, *suisque* 49.
Illud ad hæc jubeo: mulier si forte dolosa,
Libertusve senem delirum temperet 50: *illis*
Accedas socius: laudes, lauderis ut absens.
Adjuvat hoc quoque: sed vincit longe prius ipsum
Expugnare caput. Scribet mala carmina vecors,
Laudato. Scortator erit, cave te roget. Ultro
Penelopen facilis potiori trade 51. Ulyss. *Putasne,*
Perduci 52 *poterit, tam frugi, tamque pudica,*
Quam nequiere proci recto depellere cursu?
Tir. *Venit enim magnum donandi parca juventus* 53,

80 Nec

bolia. *Contradictionum alterutra semper vera est, & altera semper falsa*, ut Logici ajunt. 47 Per inversam prophetiam (quæ nunc ridicula foret) Tiresias ad Ulyssem Augusti quoque meminit. De gestis ejus in Parthos l. 3 od. 5 l. 4 od. 15. 48 Nasica avarus a Corano sene avaro mutuam acceperat pecuniam. Nasica debitum exsolvere nolens, filiam suam ad illum perduxit, spe hæreditatis potiundæ. Coranus id sentiens, non solum nihil reliquit, sed & legere eum voluit *Nil sibi relictum*. Voces *nubere*, uti & *gener*, *socer*, & Græcorum γαμβρὸς & πενθερὸς, pro consuetudine, quæ nuptiis seu alia ratione contracta est, sumuntur. *Nubere* quoque de viris, & *ducere* de feminis dici invenias. Sed id forte alibi opportunius notabitur. 49 Nec filiæ sibi præbitæ. 50 *Temperare est* regere. 51 Cautius id vult Ulyssem facere, quam Nasica cum daret filiam Corano. 52 Quid mirum si post 20 annorum absentiam, omnis Ulyssis mens fuerit in Penelope, an illa tot arrectos procos quibus domum suam plenam esse noverat, satis a se propelleret. Et hanc uxoris constantiam e Tiresia quærit. *Perducere*, *producere* sunt verba quæ ad lenocinium pertinent. 53 Penelopen pudicam ait, quod procos haberet ava-

80 Nec tantum Veneris quantum ſtudioſa culinæ 54.
Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel uno
De ſene guſtarit, tecum partita lucellum,
Ut canis, a corio nunquam abſterrebitur uncto 55.
Me ſene, quod dicam, factum eſt 56. Anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata: cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres:
Scilicet elabi ſi poſſet mortua. Credo,
Quod nimium inſtiterat viventi. Cautus adito:
Neu deſis operæ, neve immoderatus abundes.
90 Difficilem, & moroſum offendet garrulus ultro.
Non etiam ſileas. Davus ſis comicus, atque
Stes capite obſtipo 57, *multum ſimilis metuenti.*
Obſequio graſſare: mone 58. *Si increbruit aura,*
Cautus uti velet charum caput: extrahe turba
Oppoſitis humeris: aurem ſubſtringe loquaci 59.

Im-

ros. Hoc ipſa queritur apud Hom. Nec munera poſt defuerunt. Quare & multorum concubitus paſſam multi ſcribunt. Supra p. 171 n. 7 & Priap. carm. 69. 54 Ridet Homerum, qui Penelopen pudicam, & tot procos culinam & non culum quæſiiſſe refert: quem tamen ita excuſes, quod conſequi apud poſteros voluerit, ut pro caſtiſſima haberetur, quam impudicam fuiſſe, compertum forte fuit. Ita & Petrarcha in Triumphis ſuis Didonis ab Ænea pudorem defendit. V. ſi lubet egregiam Sabini diſſert. Subciſ. l. 3 c. 2. 55 Expreſſum docet hoc Chabot e Theocr. Eid. 10, ubi Battus rogat Milonem, num aliquando amore ſit captus, qui reponit, Μηδὲ ξυμβαίη. Χαλεπὸν χορίου κύνα γεῦσαι. *Neque eveniat: periculoſum eſt canem corium guſtare.* *Guſtandi* vox ad Venerem, & ad bona ſenis pertinet. Elegans Æſchyli locus huc ſparſus eſt a Dacier. Νέας γυναικὸς, ἥ με μὴ λαθηφλέγων Ὀφθαλμὸς, ἤ τις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη. *Nec me fugiet ardens oculus novæ nuptæ quæ de viro guſtarit.* 56 Modum quem in captandis teſtamentis ſervare debet, jam docet exemplo & præceptis. 57 Davus in ſcena capite obſtipo, ſeu in humerum curvato, ut modeſti ſolent, exhibetur. 58 *Graſſari*, *curſitare*, ut adulatores ſolent. Inde primi poëtæ *graſſatores*, i. e. paraſiti dicebantur. Gell. l. 11 c. 2. Pro *mone* Barth l. *move*. 59 Arrige aures tuas cum ſenex, loquax ut plurimum, aliquid eſt narraturus. Totus hic locus non ſinit, ut de oſculo, quod aubus prehenſis fiebat, hæc accipiam: De quo Tibul. *Et fatus matrona*

Importunus amat laudari? donec, Ohe, jam
Ad cœlum manibus ſublatis dixerit [60], *urge, &*
Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem [61].
Cum te ſervitio longo, curaque levarit [62],
Et certum vigilans, quartæ ſit partis Ulyſſes,
Audieris, hæres: ergo nunc Dama ſodalis
Nuſquam eſt [63]*? unde mihi tam fortem, tamque fidelem?*
Sparge ſubinde: &, ſi paulum potes, illacrimare. Eſt
Gaudia prodentem vultum celare [64]*. Sepulcrum*
Commiſſum arbitrio [65] *ſine ſordibus extrue. Funus*
Egregie factum laudet vicinia. Si quis
Forte cohæredum ſenior male tuſſiet: huic tu
Dic ex parte tua, ſeu fundi, ſive domus ſit
Emptor, gaudentem nummo te addicere [66]*. Sed me*
Imperioſa trahit Proſerpina [67]*: vive, valeque.*

dabit, natuſque parenti Oſcula comprenſis auribus eripiet. 60 Ita laudes cumulato, donec manu ſublata inhibeat, dicatque, Ohe, jam ſatis eſt. 61 Perſ. hoc imitatus eſt Sat. 5 de ſene verſus faciente ut laudetur tantum, *Tun', vetule, auriculis alienis colligis eſcas, Auriculis quibus & dicas cute perditus, ohe. Cute perditus* ſumtum ex *infla ſermonibus utrem.* Ter. pro hoc dixit, *Ex ſtultis inſanos facere.* 62 Morte ſua. 63 Od. 24 l. 1 *Ergo Quintilium perpetuus ſopor Urget.* 64 Bath. l. 27 c. 1 adv. ex ant. c. l. *eſt Gaudia prudentum vultu celare.* Sed ſi *eſt* pro *licet* accipias, ut ſæpe, noſtra lectio ſalva eſt. Eleganter Syrus, *Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.* Hæredipetas vulturibus recte comparant. Nam triduo ante præſentiſcere dicuntur ubi cædes futura ſit. V. Plaut. Truc. a. 2 ſ. 3 v. 10. 65 Teſtator vel modum funeris ſui ſcribit, vel arbitrio heredis relinquit. Hinc inſcript. EX TESTAMENTO POSUIT, vel POSUIT. vel, DE SUO POSUIT. 66 Hæc de imaginaria venditione, quæ in jure nota eſt, intellige. Fiebat illa per æs & libram, ſeu nummo ſolum interveniente, reipſa vero donatio erat: hæc tamen illicita erat. 67 Proſerpina ſevera nimis, quam ut longiora mortuorum cum viventibus colloquia ferat.

SATYRA VI.

Hac plane morali Satyra gratum ſe Mæcenati, & ſorte ſua gaudere ait, perſtringitque vitæ urbicæ ſtrepitum, inſigni ad hoc utens apologo. Apparet illam eſſe factam A. V. C. 720, æt. Hor. 33.

Hoc

Hoc erat in votis [1] : *modus agri non ita magnus* [2],
Hortus ubi , & tecto vicinus jugis aquæ fons [3],
Et paulum silvæ super his foret. Auctius , atque
Dii melius fecere [4]. *Bene est. Nihil amplius oro* [5],
Maja nate [6], *nisi ut propria* [7] *hæc mihi munera faxis:*
Si neque majorem feci ratione mala rem ,
Nec sum facturus vitio , culpave minorem [8] :
Si veneror [9] *stultus nihil horum. O si angulus ille*
Proximus accedat , qui nunc denormat agellum [10] :
10 *O si urnam argenti fors qua mihi monstret* [11] : *ut illi ,*
Thesauro [12] *invento , qui mercenarius agrum*
Illum ipsum mercatus aravit dives , amico
Hercule [13] : *si quod adest , gratum juvat* [14] : *hac prece te oro ,*
Pingue pecus domino facias [15], *& cætera , præter*
Ingenium [16]: *utque soles, custos mihi maximus adsis* [17].

Ergo

1 *Vovere* proprie est promittere diis si optata tribuant. Hinc pro *optare* sumitur. 2 Mediocritatis amans fuit Hor. v. p. 140 n. 20. Virg. *laudato ingentia rura Exiguum colito.* Colum. *modus erit suæ cuique moderata voluntas facultasque.* V. D. 123, 13. 3 *Fons* dictus *Digentia*, V. epist. 18 & l. 3 od. 13. 4 De villa Hor. v. epist 14. 5 *Satis superque me benignitas tua Ditavit.* Epod. 1. 6 Mercurius opum dator, & tutor poëtarum. V. l. 2. od. 7 7 *Proprium* quod eripi nequit, & stabile ac perpetuum est. Ter. *Nihilne esse proprium cuiquam?* 8 Epod. 1 *Haud paravero Quod aut , avarus ut Chremes , terra premam , Discinctus aut perdam ut nepos.* 9 *Venerari* ait vet. Schol. in carm. sec. *est venerando precari.* Al. l. pro *veneror , venor.* 10 *Denormat* , al. *deformat.* Vox geometrica. Vitruv. *Anguli ad normam respondentes exigantur , longitudines ad regulam , altitudines ad perpendiculum* 11 Pers. Sat. 2 *o si Sub rastro crepet argenti mihi seria , dextro Hercule.* Petron. *Alius donum promittit, si amicum divitem extulerit . alius si thesaurum effoderit.* 12 In jure, *Thesaurus est vetus depositio pecuniæ cujus memoria non extat, ut jam dominum non habeat.* 13 Taxat eos , qui a vitæ genere adeo non recedunt , ut agrum licet jam compararint , arare eum ipsi non desinant. Hercules autem ut & Mercurius thesauris præsunt, quare & vetus inscriptio Gruteri exhibet eos ut συνναόυς, *eodem in templo cultos.* 14 Si contentus sim præsentibus. 15 Mercurius idem cum Sylvano , in ead. inscript. 16 Horatius cum pinguia omnia precatur , in-

Ergo ubi me in montes, & in arcem ex urbe removi [18],
Quid prius illuſtrem Satyris, Muſaque pedeſtri [19]?
Nec mala me ambitio perdit [20], *nec plumbeus Auſter,*
Autumnuſque gravis [21], *Libitinæ quæſtus acerbæ* [22].

Matutine pater [23], *ſeu Jane libentius audis* [24],
Unde homines operum primos, vitæque labores
Inſtituunt, ſic diis placitum [25], *tu carminis eſto*
Principium. Romæ ſponſorem me rapis [26]: *eia,*
Ne prior officio quiſquam reſpondeat [27], *urge:*
Sive Aquilo radit terras, ſeu bruma nivalem
Interiore diem gyro trahit [28], *ire neceſſe eſt.*

Poſt

genium deprecatur pingue i. e. ſtupidum. Ita in Sacris lit. hæc vox ſæpe. Alii alium plane ſenſum poëtæ hic tribuunt, qualis eſt in f. epiſt. 18 Dii nempe tribuunt opes fortunæque dona, ſed virtus & ſapientia in noſtra poteſtate ſita ſunt. Ita Cic. 3 de Nat. deor. *Judicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam a deo petendam, a ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam.* Ita & Juv. Sat. 10 *Monſtro quod ipſe tibi poſſis dare: Semita certe Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.* Similis Stoicus faſtus eſt in Sen. epiſt. 41 *Stultum eſt optare bonam mentem, cum poſſis a te impetrare.* At Plato in Menone, Hom. Il. 5, & Callim. in Hymno ad Jovem virtutem merum dei donum eſſe ſtatuunt. Nos imbecillitatis noſtræ conſcii, & edocti meliora, ſcimus πᾶν δόσιμα τέλειον ἄνωθεν ἔμεν 1 V. n. 7. 18 In Sabinis fundum habuit Horatius, & in jugo montis domum, quam arcem vocat, forte ut donum Mæcenatis non extenuet. 9 *Sermoni propiora, ſermo merus,* l. 1 Sat. 4. 20 Nec ſua nec aliorum ambitione torquetur. 21 Hoc ex ſitu domus, v. d. epiſt. 16. aut officiis, quæ non curabat. Epiſt. 7 v. 8. Auſtrum Autumno, ut plumbeum ſeu gravem & nocivum valde, jungere ſolet. V. l. 2 od. 14. 22 Autumnus Libitinæ, & Libitinariorum ſeu veſpillonum nummos auget. Suet. in Ner. c. 39 *peſtilentia unius autumni qua triginta* (l. trecenta) *funerum millia in rationem Libitinæ venerunt.* Ex inſtituto Numæ, ut civium numerus ſciretur, naſcentes in æde Junonis Lucinæ, puberes in Juventæ, mortui in Veneris Libitinæ recenſebantur. 23 Janum Matutinum, a Matuta ſeu Aurora ſic dictum, mane, ut ſolebant, invocat. Arn. *quem in cunctis anteponitis precibus, & viam vobis pandere decorum ad audientiam creditis.* 24 V. p. 300, 13. 25 Nam *in Italia primum diis templa feciſti, & ritus inſtituiſti ſacrorum: unde in ſacrificiis præfationem meruiſti perpetuam.* 26 Janum compellat. Et primum vitæ urbanæ malum dicit, quod pro aliis ſpondere ſæpe cogatur ad Janum medium. Seu in foro apud argentarios. V. Indic. in Janus. 27 Janus urget, ne deſis operæ amici, ſeu per ventos, ſeu breviſſimos dies. 28 Cir-

Poſt modo, quod mî obſit 29, *clare, certumque locuto* 30,
Luctandum in turba 31 : *facienda injuria tardis* 32.
Quid vis, inſane 33, *& quas res agis* 34 : *improbus urget*
30 *Iratis precibus. Tu pulſes omne, quod obſtat,*
Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras 35.
Hoc juvat, & melli eſt 36: *non mentiar. At ſimul atras*
Ventum eſt Eſquilias 37, *aliena negotia centum*
Per caput, & circa ſaliunt latus 38. *Ante ſecundam*
Roſcius orabat ſibi adeſſes 39 *ad Puteal* 40 *cras.*
De re communi ſcribæ 41 *magna, atque nova te*
Orabant hodie meminiſſes, Quincte 42, *reverti.*
Imprimat his cura, Mæcenas ſigna tabellis 43.

Dixe-

culi ſolares hiberni interiores brevioreſque ſunt, quam æſtivi. Centrum enim omnium circulorum hinc inde eſt in polis. Qui ergo ad centrum magis accedunt, ſuntque idcirco interiores, iidem quoque breviores invenientur, & contra qui reſpectu centri communis magis creſcent uſque ad Æquatorem. Ovidii verbis hoc fere dicitur, *Ubi circulus axem Ultimus extremum ſpatioque breviſſimus ambit.* Metam. l. 2 v. 516. 29 Sponſio periculoſa. Bias, Ἔγγυα, παρὰ δ' ἄτη, *Spondes, noxa præſto eſt.* 30 Stipulationes enim in jure certis verbis fiunt. 31 De ſtrepitu & turba Romæ ſæpe queritur. Et Lucan. eam vocat, *Urbem populis cunctisque frequentem Gentibus & populi coëat ſi turba capacem Humani.* Quanto major in foro turba fuerit? 32 Via aſperis verbis facienda eſt. 33 Ita Horatium e turba eluctantem compellant. 34 *Agi* dicuntur pecora & jumenta. 35 Unus e turba Horatio pertinacius obſtat, & hæc verba ingerit. 36 Gratum ſibi vere ait inter tot ingrata, male ſe audire ob ſuum in Mæcenatem ſtudium, defixamque in eum mentem. 37 Eſquilias non totas hortis Mæcenatianis occupatas fuiſſe, ſed partem humandis cadaveribus patuiſſe, v. l. 1 Sat. 8. 38 Ter. *Tot res repente circumvallant.* 39 Noſtrâ octavâ: nona vero cauſas orabant. Illa vero adeſſe eum vult Roſcius, inſignis cauſarum actor, de quo dixi ad Cic. Arch. *Adeſſe* pro advocatum eſſe, a perſona Horatii alienum. v. l. 1 Sat. 9 v. 38. 40 Ad judicium apud Prætorem. *Puteal* eſt tectum putei Romani. Si in aperto loco fulmen cecidiſſet, ibi Puteal erigebant. Notum puteal Libonis & Scribonium vel e nummis quos Lamb. expreſſit, qui aram videntur referre. 41 Auctor vitæ Hor. *Venia impetrata ſcriptum quæſtorium comparavit.* Scribæ erant fere libertinæ conditionis homines, qualis & Horatius fuit. 42 Quinte Horati. 43 Alius petit ab Horatio ut pro ſua apud Mæcenatem gratia libellos

Dixeris, experiar: si vis, potes, addit, & instat.
Septimus octavo propior jam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere suorum
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet 44 *iter faciens, & cui concredere nugas*
Hoc genus. Hora quota est? Thrax est Gallina Syro
par 45?
Matutina parum cautos jam frigora mordent 46:
Et, quæ rimosa bene deponuntur in aure 47.
Per totum hoc tempus subjectior in diem, & horam
Invidiæ 48. *Noster* 49 *ludos spectaverat una,*
Luserat in campo, Fortunæ filius 50, *omnes.*
Frigidus a Rostris manat per compita rumor 51.
Quicunque obvius est, me consulit. ô bone (nam te
Scire, Deos 52 *quoniam propius contingis, oportet)*
Numquid de Dacis 53 *audisti? Nil equidem. Ut tu*
Semper eris derisor. At omnes Dii exagitent me,

E e Si

signari curet. In publicis Mæcenas Augusti annulo (cui primo Sphinx, post Alexandri imago insculpta erat) signabat, ut Cancellarius. Inde Pedoni dictus, *Augusti dextera.* Privatim signabat Ranâ. *Rana*, certe *Seriphia*, silentii *symbolum* est Hieroglyphicis. Victor l. 1 Epit. hoc eum nomine laudat. Contra Suet. Aug. 56, & 96. 44 Horatius, ut vaferrimus aulicus, est *dissimulator opis propriæ.* Is qui Mæcenati flagranti esset in gratia, comitem se illi facit veluti a nugis, quales Romani iter facientes ad fallendam viæ longitudinem secum habuere, ut noto ad Cic. pro Mil. c. 21 n. 5. 45 An Gallina gladiator e Thracia par est Syro? *Threcem mirmilloni parem* quod quis dixerat, canibus objectus est. Suet. in Domit. c. 10 46 Mæcenatis ergo familiaritas non est periculosa, uti ejus de quo Juven. *Cum quo de pluviis, aut æstibus, aut nimboso Vere locuturi fatum pendebit amici.* 47 Ter. *Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo.* 48 *Invidia majorem* se vocat l. 2 od. 20. 49 Invidentium hæc verba sunt. 50 Porphyrio Mæcenatem Fortunæ filium dicit. Male, nam Horatio id convenit. Ita Oedipus ignarus suæ originis de se in Sophoc. Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παῖδα τῆς τύχης νέμων, Τῆς εὖ διδούσης οὐκ ἀτιμασθήσομαι, *Mihi fortunæ me filium agnoscenti pudori non erunt ab ea data.* 51 Qualis subrostranis & subbasilicanis est. *Frigidus sermo* est infirmus ac ineptus, Ter. *ubi friget, huc accessit*, i. e. cum non habet, quo pertexat orationem. Sed cum calescit ingenium, varia incidunt. 52 Aug. & Mæcen. 53 Hos Antonium sequi, rumor erat, Augustus legatis

Si quicquam. Quid? militibus promiſſa, Triquetra
Prædia 54 *Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?*
Jurantem me ſcire nihil, mirantur, ut unum
Scilicet egregii mortalem, altique ſilenti.
Perditur hæc interim miſero lux, non ſine votis.
O rus, quando ego te aſpiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc ſomno, & inertibus horis
Ducere ſollicitæ jucunda oblivia vitæ?
O quando faba Pythagoræ cognata 55, *ſimulque*
Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O noctes, cœnæque Deum: quibus ipſe, meique,
Ante Larem proprium veſcor, vernaſque procaces
Paſco libatis dapibus 56, *pro ut cuique libido eſt,*
Siccat inæquales calices conviva, ſolutus
Legibus inſanus 57: *ſeu quis capit* 58 *acria fortis*
Pocula 59, *ſeu modicis humeſcit* 60 *lætius. Ergo* 61
Sermo oritur, non de villis, domibuſve alienis 62:
Nec male necne Lepos ſaltet 63: *ſed quod magis ad nos*
Perti-

eorum quædam negaverat. V. p. 69. 9. 54 An militibus rura dabuntur in Sicilia, quæ & Triquetra, Trinacria dicta, ob formam triangularem. 55 Quando ruri parabilis cibus, fabæ &c. apponentur. *Fabam* ſatyrice *Pythagoræ cognatam* dicit: nam eodem tempore quo homo, eademque origine natam docebat, & ſi pyxide bene incluſa defodiatur, in carnem & ſanguinem verti. Sed quid ſi *cognatam* pro *amicam* ſumas? nam eſu animalium, ut ſibi cognatorum, abſtinebat. Ovid. 15 met. *Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda Exturbare animas.* 56 Diis Laribus, qui *patellarii dii* ſunt Plauto, de cibis quid offerebatur. Tibull. ad Lares, *Adſitis divi; nec vos e paupere menſa Dona, nec e parvis ſpernite fictilibus.* Liv. l. 39 *Inter pocula atque epulas, ubi libare diis dapes, & bene precari mos eſſet.* v. p. 177. 4. 57 Leges, quibus ad bibendum quis conſtringitur, inſanas vocat. Græci majorem dabant libertatem, dicentes *Bibe aut abi.* Non ita Romani. Taubm. jus bibendi ut lubet eleganter vocat *Offenreght.* Ratione non obſcura. p. 102, 20. 58 Douza l. *cupit.* 59 Heroum pocula. V. p. 278, 29. 60 Al. *wveſcit.* l. 4 od. 5 in f. 61 Ad menſam tam frugalem. 62 De his avari loqui ſolent. 63 Voluptarii de ſaltatoribus, de ludis fere loqui ſolent. Ita Juven. dixit de populo Rom.

Pertinet, & nescire malum est, agitamus [64]: U-
TRUMNE
Divitiis [65] *homines, an sint virtute beati* [66]?
Quidve ad amicitias, usus, rectumne trahat nos [67],
Et quæ sit natura boni, summumque quid ejus [68]?
Ser vius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re [69] *fabellas* [70]: *nam si quis laudat Arelli* [71]
Sollicitas ignarus opes, sic incipit. Olim
Rusticus urbanum murem mus [72] paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum,
Asper, & attentus quæsitis, ut tamen arctum
Solveret hospitiis animum [73]. Quid multa? neque
ille
Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ [74],
Aridum & ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens varia fastidia cœna [75]
Vincere tangentis male singula dente superbo:

Qui dabat olim Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se Continet, atque duas tantum res anxius optat Panem & circenses. 64 Quid suave ac utile convivium v. in A. Gellio l. 13 c. 11. 65 Sic populus æstimare solet. 66 Sic Stoici volunt. 67 Epicurei utilitate solum amicitias constare ajebant: Et vulgo sic fieri noster dixit l. 1 Sat. 1 v. 88 &c. Stoici rectius ob virtutem colendas docebant: nam si ob utilitatem, ut ait Sen. epist. 19, *non amicitia petitur, sed præda.* Plato amicitiam tanti fecit, ut deum ejus auctorem dixerit. Amoris enim odiique in aliquem ratio reddi sæpe nequit. Mart. *Non amo te, Volusi, nec possum dicere quare. Hoc tantum possum dicere, non amo te.* 68 In quo situm sit summum bonum. Percepit hoc Socrates, qui in similitudine cum deo, nulla impietate aut injustitia violanda, statuebat. 69 Virg. *Prove paucaloquar.* 70 Apologos, parabolas. Usum v. p. 311, 44. 71 Arellium Fuscum oratorem amicum suum forte taxat. 72 Hic apologus appositissime ad rem expressus est e fabulis Æsopi, seu potius ex earum compendio, quod Chabrias carmine expresserat. Initium erat, Θέτο μοι ἀλλήλοισιν ἑταιρείην μύε δοιὼ Οὐ κάδομα ζωόντες, ὁ μὲν κατὰ νειὸν ἐρήμην Ἔρέφετ' ὅσδε δόμοισιν ἐν ἀφνειῶν τρέφετ' ἀνδρῶν. Doleant iterum & sæpe oculis, qui similes veterum imitationes, quia ignorant, in nobis nunc misere carpunt. 73 Sic ad rem attentus, ut tamen ad hospites benigne excipiendos quid in promtu haberet. 74 Græcissimus. 75 Alibi, *Cœna desurgat dubia.*

Cum pater ipſe domus [76], palea porrectus in horna [77],
Eſſet ador, loliumque, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc, quid te juvat, inquit, amice,
Prærupti nemoris patientem vivere dorſo?
Vin' tu homines, urbemque feris præponere ſilvis?
Carpe viam, mihi crede, comes: terreſtria quando
Mortales animas vivunt ſortita [78]. NEQUE ulla eſt
Aut magno, aut parvo lethi fuga [79]: quo, bone, circa
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus:
Vive memor, quam ſis ævi brevis. Hæc ubi dicta
Agreſtem pepulere: domo levis exilit [80]. Inde
Ambo propoſitum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia nocturni ſubrepere. Jamque tenebat
Nox medium cœli ſpatium, cum ponit uterque
In locuplete domo veſtigia: rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos [81]:
Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo ubi purpurea porrectum in veſte locavit
Agreſtem [82]. Veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatque dapes; nec non vernaliter [83] ipſis
Fungitur officiis, prælambens omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte, boniſque
Rebus

76 Mus ruſticus. 77 *Hornum* v. p. 194, 4. 78 Mus quaſi Epicuri ſcedia roſiſſet, (certe ſervus ejus Mus dictus eſt) loquitur. Nec illo mure melior Horatius. V. p. 51, 13 & 88, 24. 79 Ita Hercules in Eurip. Alceſt. Loquitur hic Horat. pro more conviviorum, ubi epulis ipſis ingerebantur tales admonitiones, illatis larvis, oſſibus, quæ in medium projiciens rex convivii parem proclamabat ſententiam, ſcilicet genium vino & floribus placarent, memores brevis ævi. Exemplum Trimalcionis in Petron. 80 Dactyli ipſi celeritatem referunt. V. p. 12, 30 & 31. 81 V. p. 215, 4. 82 More Romanorum divitum, Accumbit in lecto. 83 Al. *Verniliter*, Notum ut

Rebus agit lętum convivam, cum ſubito ingens
Valvarum ſtrepitus lectis excuſſit utrumque.
Currere per totum pavidi conclave, magiſque
Exanimes trepidare [84]. ſimul domus alta moloſſis [85]
Perſonuit canibus. Tum ruſticus [86], Haud mihi vita
Eſt opus hac, ait: & valeas. Me ſilva, cavuſque
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur ervo.

ligurire & ſingula carpere ſoleant vernæ ſeu ſervi. Ita mus, muri dum ſervit, facit. 84 *Currere, trepidare.* Hiſtorismus. 85 Dixerat v. 102 *in locuplete domo ponit veſtigia.* Moloſſi tales domos ſervant, v. p. 272, 3. 86 Anton. in vita ſua l. 11 meditari præcipit τ῾ μῦν τ῾ ἀγρῖνον῾ καὶ τ῾ κατοικίδιον καὶ τὴν τότε πτόιαν, καὶ διασάβησιν. *murem ruſticum & urbanum, & conſternationem, & metum.*

SATYRA VII.

DAVUS & HORATIUS.

Ut Stoïcum tractet paradoxum, *ſolum ſapientem eſſe liberum*, Davum ſervum inducit ut in comœdiis, veteratoris perſonam ſtrenue agentem, nec timide reprehendentem ſua aliorumque dominorum vitia, idque pro libertate quæ Saturnalibus dabatur, de qua v. Sat. 3 h. l.

Dav. *Jam dudum auſculto* [1], *& cupiens tibi dicere ſervus*
Pauca, reformido. Hor. *Davusne?* Dav. *Ita, Davus, amicum*
Mancipium domino, & frugi, quod ſit ſatis: hoc eſt,
Ut vitale [2] *putes.* Hor. *Age, libertate Decembri.*

Quando

1 Videtur ſervum, jamjam ad obſequium paratum, paulo vehementius vocaſſe, & is libertate tum conceſſa viciſſim, ſatisque callide utitur. V. verſ. 33. 2 *Vitalis* pro *vivax*, ut Sat. 1 h. l. Sic vero Davus (pro communi fere conſuetudine hominum) frugi ſe dicit, ut non ceu inſignite improbus a diis perdi dignus ſit: neque ſic omnibus numeris ſe abſolutum fatetur, ut dii vivere eum hic non ſinant: Nam olim dictum, Ὃν φιλεῖ θεὸς θνήσκει νέον. *Quem dii diligunt, adoleſcens moritur.* Et Sen. 1 controv. *Tam immature magnum ingenium non eſſe vitale.* Ita eſt. *Optima prima fere manibus rapiuntur avaris: Implentur*

Quando ita majores voluerunt, utere [3]: *narra.*
Dav. Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urget
Propositum: pars multa natat [4], modo recta capessens,
Interdum pravis obnoxia. *Sæpe notatus*
Cum tribus annellis [5], *modo læva Priscus inani* [6]
Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas [7]:
10 Ædibus ex magnis subito se conderet, unde
Mundior exiret vix libertinus honeste [8].
Jam mœchus Romæ [9], *jam mallet doctus Athenis* [10]
Vivere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis [11].
Scurra Volanerius, postquam illi justa [12] *chiragra*
Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum [13] *talos mercede diurna*
Conductum pavit. Quanto constantior idem
In vitiis, tanto levius miser [14], ac prior ille,

Qui

numeris deteriora suis. 3 Multæ gentes libertatem illam servis fecere. Al. ab Al. 2, 22. Seld. de dis Syris. V. Sat. 3 h. l. 4 Fluctuat: incerti an obsequi vitiis, ut torrenti, velint, an contra niti. 5 Mollis fere & delicati animi signum fuit, certe Horatii adhuc ævo, plures annulos gestare. Macrob. Sat. l. 7 c. 13 *Apud veteres nec plus annulorum habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero.* Quo vero luxus annulorum dein inoleverit, testis sit Mart. *Senos Charinus omnibus digitis gerit, Nec nocte ponit annulos.* l. 11 epig. 60. 6 *Priscus* orator fuisse dicitur senatorii vel equestris ordinis. Porro læva manus annulorum sedes, sicut hodieque est & in ea digitus minimo vicinus, quem *medicinalem* vocant. Illa enim dextrâ otiosior, & plus latet. Aliam causam dat Gell. l. 10 c. 10. 7 Modo latum, modo angustum clavum, aliamve potius vestem sumens, quo minus noscerentur. vers. 52. 8 Modo magnam incolebat domum, modo in parva sordidaque se condebat. 9 Roma non tantum lupanar, sed & ibi, teste Mart. *Ludus erat sacræ connubia fallere tedæ.* 10 Athenas ut bonæ mentis officinam vocat. Illæ certe Romanis fere pro academia fuere. 11 Indecenter, levis, inconstans. *Iratis, iniquis diis nasci*, est natura ineptum esse ad eas res quibus dii præsunt. *Vertumnis iniquis natus*, qui crebro quidem, sed indecore mutantur, sibique inæquales sunt. *Vertumnus* sub variis figuris exhibetur, & mutationi præest mentique, quæ quod varia sit, *Vertumnos* dicit. 12 *Justa*, magno suo merito contracta. 13 *Pyrgus*, *fritillus*, *orca*, *turricula*, *phimus*, est vasculum e quo aleæ jaciuntur. 14 Sententia vera. Qui

Qui jam contento, jam laxo fune laborat [15].
Hor. *Non dices hodie, quorsum hæc tam putida* [16] *tendant,*
Furcifer [17]? Dav. *Ad te, inquam.* Hor. *Quo pacto, peßime?* Dav. Laudas
Fortunam, & mores antiquæ [18] plebis, & idem
Si quis ad illa Deus [19] ſubito te agat, uſque recuſes:
Aut quia non ſentis, quod clamas, rectius eſſe:
Aut quia non firmus rectum defendis, & hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam [20].
Romæ rus optas: abſentem ruſticus urbem
Tollis ad aſtra levis. Si nuſquam es forte vocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum olus [21], *ac, velut uſquam*
Vinctus [22] *eas, ita te felicem dicis, amaſque,*
Quod nuſquam tibi ſit potandum. Juſſerit ad ſe
Mæcenas ſerum ſub lumina prima [23] *venire*
Convivam: Nemon' oleum [24] *feret ocyus? ecquis*
Audit? cum magno blateras clamore, furiſque [25].
Milvius, & ſcurræ tibi non referenda precati

modo virtuti, modo vitio ſe mancipat, nec falſis vitii nec ſolidis virtutis gaudiis fruitur. Omnino vitiis dediti, *Fortem animum præſtant rebus quas turpiter audent*, ut Juven. Sat. 8. De conſtanter probis v. init. odes 3 l. 3 Recte Sen. *Magnam rem puta unum hominem agere. ... Effice, ut poſſis laudari, ſi minus, ut agnoſci.* 15 Tranſ. a ludo διελκυστίνδα, quo pars una puerorum ſingulos alterius partis ad ſe attrahere conabatur. Meurſ. Græc. ludib. 16 Auditu ingrata, uti fœtida ſunt olfactui. 17 Servi delinquentes appenſam collo furcam ferebant, ad ludibrium: inde *furciferi*. Alia *furca* ſed pœnalis v. Suet. Nero c. 49. 18 *Antiquæ*, probæ. Terent. *Pol Crito antiquum obtines.* Ariſt. tamen *antiquum* velut ſtolidum oppoſuit *prudenti*. Lib. 2 polit. c. 6. 19 L. 1 Sat. 1 v. 15. 20 Fruſtra animum vitiis volens expurgare. 21 Ita & Jovi Baucidis olus ſic placuit, ut domus ejus in templum ſit verſa. Ovid. met. l. 8 f. 9. 22 Velut cogatis. Marcil. male, *velut uſquam invitus eas.* 23 Veſperâ, luminibus accenſis. Negotiis enim ſic obruti, ut Mæcenas, non ita ſervabant cœnæ tempus, de quo Matt. l. 4 ep. 8 *Imperat extinctos frangere nona toros.* 24 Ad inungendum corpus. V. p. 99 n. 8. l. 1 Sat. 6 Niſi forte ad lucernam, quo parare ſe poſſit, oleum popoſcerit. 25 Al. l. *fugiſque*, ad cœnam

Discedunt [26]. *Etenim fateor, me dixerit ille* [27],
Duci ventre levem [28]: *nasum nidore supinor* [29],
Imbecillus, iners, si quid vis, adde, popino [30].
Tu, cum sis, quod ego, & fortasis nequior [31], *ultro*
Insectere, velut melior, verbisque decoris
Obvolvas vitium? quid, si me stultior ipse
Quingentis empto drachmis [32] *deprenderis? auser* [33]
Me vultu terrere: manum, stomachumque [34] *teneto,*
Dum, quæ Crispini docuit me janitor [35], *edo.*
Te conjux aliena capit [36], *meretricula Davum.*
Peccat uter nostrum cruce dignius? acris ubi me
Natura incendit, sub clara nuda lucerna [37]
Quæcunque excepit turgentis verbera [38] *caudæ* [39],
Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum [40]:
Dimittit [41] *neque famosum, neque sollicitum, ne*
Di-

Mæcenatis, ne *domi cænio laboret.* Mart. 26 Milvius & scurræ domi tuæ te non invenientes, speratæque cœna fraudati, diris te devoventes, abeunt. 27 *Ille*, quidam. 28 Fatetur Davus se *ventre duci.* 29 Gestum odorantis, qui nasum attollit, exprimit. Estque hic κατὰ intelligendum, ut sæpe. V. art. v. 302 &c. 30 Popinonem se ait, qui beluatur in popinis. 31 Inutilior. Cic. in Catil. 1 de se, *Sed jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno*, i. e. quod reip. nimis inutilis sim, ut ibi noto. 32 Davus (nationc Δάους, *Dacus*) per 500 dragmas commune fere servi pretium computat, ubi Romani per 50 aureos. Post Justin. pretium servi definiit l. 1 par. 5 C. de comm. serv. man. v. p. 167, 15. 33 Desine. 34 *Stomachum*, iram. l. 1 od. 16. 35 Servus a servo quæ didicit, refert. Janitores vero cum audire multa poterant, tum & plura præ se ferebant. Testis est Socratis ille janitor apud Aristoph. ad quem alludit. De Crispino Stoico l. 1 Sat. 1 & 3. 36 Hæc in Horatium dici nequeunt, qui adulteria passim damnat, sed forte quod non tuta satis. l. 3 od. 6 l. 1 Sat. 2 & hic v. 72. 37 Meretrices prostabant ad lucernam, idque in fornicibus istis necesse fuit. Juven. sat. 6 v. 132 de Messalina Claudii uxore, *Fumoque lucernæ Fœda, lupanaris tulit ad pulvinar odorem.* 38 Juv. d. l. *ictus.* 39 Membri nomina p. 361, 4. *Mille modi Veneris.* Davus simplici minimique laboris non contentus, inequitationem meretriculæ suæ insuper cupit, uti *Andromachen Hectoreo equo sedisse* dicit Ovid. Sed luto hoc amplius non lavo. V. Sciop. priap. c. 25. 41 Dimittit missione, ut in militia ajunt, honesta, si dis placet.

Ditior, aut formæ melioris mejat 42 *eodem.*
Tu, cum projectis insignibus, annulo equestri 43,
Romanoque habitu 44, *prodis ex judice* 45 *Dama* 46
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna 47,
Non es quod simulas? metuens induceris 48, *atque*
Altercante libidinibus tremis ossa pavore.
Quid refert, uri virgis, ferroque necari,
Auctoratus eas 49: *an turpi clausus in arca,*
Quo te demisit peccati 50 *conscia* 51 *herilis*
60 *Contractum genibus tangas caput? estne marito*
Matronæ peccantis im ambo justa potestas 52?
In corruptorem vel justior 52: *illa tamen se*
Non habitu, mutatve loco, peccatve superne 53,
Cum te formidet mulier, neque credat amanti.

42 *Mejere* obscæna vox, sed non adeo uti *permingere* l. 1 Sat. 2 v. 44 & recte Sannazario diem dixit Scioppius, eique adest eximius poëta Broekhusius, cum ille *permejere* debuisset scribere l. 2 epig. 29. 43 Hoc ab Augusto donatus erat. 44 Toga, ne noscereturr, Vers. 9. Id quam turpe, dicit Gell. l. 13 c. 20. 45 Equites in selectis judicibus erant. 46 Sat. 5 n. 15 h. l. 47 Ad opera tenebrarum, ut S. Paulus vocat, tecti *lacerna*, pallio, seu cucullo, ibant. Petron. sæpe, *Operire caput.* 48 In domum mœchæ. Ita servi semper metuunt: eoque dimidia animæ parte carere eos, dixit Homerus. 49 Constr. *quid refert auctoratus eas uri* i. e. ut uraris &c. Præter servos, captivos, & fugitivos, qui ad ludos gladiatorios dabantur, erant & ingenui, qui mercede conducti, & ita, veluti milites ad pugnam, *auctorati* erant. *Eadem* enim *honestissimi hujus, & illius turpissimi auctoramenti verba sunt, uri, vinciri, ferroque necari*, Sen. epist. 37. Petron. *In verba Eumolpi sacramentum juravimus, uri virgis, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus jussisset, tanquam legitimi gladiatores domino corpora vitasque religiosissime addiximus.* Mœchorum vero pericula l. 1 Sat. 2. 50 *Peccare*, κατ' ἐξοχὴν pro mœchari. V. 56 n. 18. 51 Conciliatrix d. Sat. v. 130 52 An maritus in uxorem adulteram furet, nonne multo magis in te ejus corruptorem? Augustus viro concessit adulterum, sed vilem, domi suæ deprehensum occidere, l. 24 D. ad l. Jul. de Adult. Theodos. sustulit, ut adultera στίγμοις, seu lupanaribus includeretur ad promiscuam scortationem, pullis tintinnabulis, ut ipsarum supplicium omnibus innotesceret. E Socrat. Hist. Eccl. l. 5 c. 18 probat. Jac. Tollius V. Cl. ad tract. Bacchini de sistris. *Ambo* plur. num. v. indic. 53 Illa sibi non metuit a viro, quin potius pro te metuit ut inequitare tibi non ausit. Nisi Davus forte dicere velit, Il-

Ibis sub furcam 54 *prudens* 55, *dominoque* 56 *furenti*
Committes rem omnem, & vitam, & cum corpore famam.
Evasti? credo metues, doctusque cavebis 57.
Quæres, quando iterum paveas, iterumque perire
Possis. O toties servus 58! Quæ bellua ruptis,
Cum semel effugit, reddit se prava catenis 59?
Non sum mœchus, ais. Neque ego, hercule, fur, ubi vasa
Prætereo sapiens argentea. Tolle periclum,
Jam vaga prosiliet frænis natura remotis 60.
Tune mihi dominus, rerum imperiis, hominumque
Tot, tantisque minor 61, *quem ter vindicta* 62, *quaterque*
Imposita haud unquam misera formidine privet 63?
Adde supra dictis, quod non levius valeat. Nam
Sive vicarius est, qui servo paret, uti mos
Vester ait, seu conservus: tibi quid sum ego 64? *nempe*
Tu, mihi qui imperitas, aliis servis miser, atque

Duce-

la mea meretricula nil metuit, licet vel superne peccat. Et hæc cum sequentibus conveniunt. 54 V. n. 17 Val. Max. l. 6 c. 1, 13 l. 1 Sat. 2. 55 Tu voluntate tua servus fies, cum ego ad servitium sim coactus? At *nulla servitus turpior quam non coacta.* Et hanc ob rem Cappadoces, quod liberi esse nollent, adhuc per historias ridentur. 56 Marito. 57 Ironia. 58 Cic. 5 parad. *Ille mihi non videtur liber, cui mulier imperat* &c. 59 Servum dixerat. At hoc parum est. Ne belluæ quidem assimilari potest, uti quæ catenas non sponte repetit. Pers. Sat 5 v. 158 hoc imitatur. 60 Davus ut Stoicus animum peccandi plus spectat, quam factum. Mœchum, furem vocat, qui periculi tantum causa non mœchatur aut furatur. 61 Servus quis non solum hominum, sed & rerum est ac vitiorum. Docuit hoc summus magister Christus, cum Judæos vocat servos, & servum quicunque peccata facit. Joh. c. 8 v. 33 &c. 62 *Vindictâ* per Prætorem manumittebatur servus, capite virgulâ ter percusso. Pers. Sat. 5 v. 88 *Vindicta postquam meus a Prætore recessi.* 63 Nullus Prætor mentem liberam facit. 64 Davus dominum dixerat servum. Jam vero lepide rogat, an vicarium eum dicet, ut qui alii paret servo, vitiis scilicet, an conservum? In familia enim licet alius (uti v. c. *atriensis*) honestius serviat quam alius, omnes tamen servi habentur.

Duceris, ut nervis alienis mobile lignum [65].

Hor. Quisnam igitur liber? *Dav.* Sapiens, sibique imperiosus:
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
Responsare [66] cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres, atque rotundus [67],
Externi ne quid valeat per læve [68] morari:
In quem manca ruit semper fortuna. *Potesne*
Ex his, ut proprium quid noscere? Quinque talenta
Poscit te mulier [69], *vexat, foribusque repulsum*
Perfundit gelida: rursus vocat [70]. *Eripe turpi*
Colla jugo. Liber, liber sum, dic age. Non quis [71].
Urget enim dominus [72] *mentem non lenis, & acres*
Subjectat lasso stimulos [73], *versatque negantem.*
Vel cum Pausiaca torpes, insane, tabella [74],
Qui peccas minus, atque ego, cum Fulvi, Rutubæque,
Aut Placidejani [75] *contento poplite* [76] *miror*

Prælia

65 Transl. ab imagunculis, quæ occultis fidiculis seu nervis intensæ per se moveri videntur, eoque vocantur νευρόσπαστα, αὐτόματα, αὐτοκίνητα. His circulatores & præstigiatores vulgi admirationem captant, & pecunias emungunt. V. Jun. pict. vet. l. 2 c. 8. 66 Resistere. 67 Sapiens comparatur globo, cui nihil resistit, quem nil remoratur. *Teres* autem quod torno tritum est, ac in oblongo rotundatum. *Tero* enim est a τορεῖν. Ita quis de viro probo, *Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus.* Rotunda enim ut perfectissima externæ impressioni optime resistunt. Eoque Plato mundum dixit æternum & a solo conditore destrui posse. 68 Λεῖον, *politum*, nulla parte gibbosum, aut inæquale. 69 Respicit scenam 1 Eun. Terent. 70 V. Sat. 3 v. 264 h. l. 71 Non potes dicere, *Nolo.* 72 Libido. *Domini* vox jam adhuc tyrannum notat. Patuit id, cum Augustus, quin & Tiberius *domini* nomen rejecere. 73 Transl. ab equis refractariis. 74 Tabellæ pictæ amore teneri eum ait. Ut Sat. 3 l. 2 *Insanit veteres statuas Damasippus. Pausias* nobilis pictor fuerit necesse est, qui stupore defixos tenere poterat spectatores, miracula artis justa æstimatione ponderantes: quod non nisi nobilibus pictoribus contingit. V. Jun. cat. pict. in *Pausias.* 75 Hos tres triviales pictores post Erasmum alioque putat Jun. in cat. pict. Sed male. Torrent. gladiatores esse contendit, & totus locus id postulat. 76 Gestum

Prælia rubrica picta, aut carbone[77] *: velut si*
Revera pugnent, feriant, vitentque moventes[78],
Arma viri : nequam, & ceſſator Davus : at ipſe
Subtilis veterum judex[79], *& callidus audis*[80].
Nil ego[81], *ſi ducor libo fumante*[82] *: tibi ingens*
Virtus atque animus cœnis reſponſat opimis[83],
Obſequium ventris mihi perniciosius eſt cur?
Tergo plector enim. Qui tu impunitior illa
Quæ parvo ſumi nequeunt obſonia captas?
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ[84],
Illuſique pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus[85]. *An hic peccat, ſub noctem qui puer*[86] *uvam*
Furtiva mutat ſtrigili[87]*? qui prædia vendit*[88],
Nil ſervile gulæ parens habet? adde, quod idem
Non horam tecum eſſe potes[89], *non otia recte*
Ponere; teque ipſum vitas fugitivus, & erro[90],
Jam vino quærens, jam ſomno fallere curam[91],
Fruſtra: nam comes atra[92] *premit, ſequiturque fugacem.*

Hor.

certantium *contento* ſeu *extento poplite* exprimit. Lipſius ob oculos ponit explicato adductoque eò hoc ipſo loco l. 2 Saturn. c. 18. Adde Nepot. in Chabria c. 1. 77 Laniſtæ (quos Val. Max. doctores vocat, voce honeſta nimis) & editores ludi gladiatorii picturas proponebant, in quibus alliciendæ plebi, & exſpectationi commovendæ deſcribebant munus habitumque pugnantium, ut Lipſ. d. l. Et licet lineari ſolum picturâ ea exhiberent, ut tamen & hæc oculis placeat, v. Jun. pict. vet. l. 3 c. 2. 78 Batuentes. Lipſ. d. lib. 79 Elegans antiqui operis judex. 80 Diceris. 81 Stilus comicus, *nil ego, ego homo nihili.* 82 Si jentaculo libi fumantis detineor. 83 Ironice. verſ. 31. 84 Tu ventri cum nihil negas majores das pœnas. 85 Verſ. 73 Sat. 2 h. l. 86 *Puer*, ſervulus. 87 Quo uva potiatur, ſtrigilem furatus mutat. Hujus inſtrumenti, quo ſudor abſtergebatur, formam dat Pitiſc. ad Suet. Aug. c. 80. 88 De Horatio hæc dici nequeunt : quin alius quis luxu perditus taxatur. 89 Quam bene Perſ. *Tecum habita*, & *Ne tequæſiveris extra.* V. ſi lubet Lucret. l. 3 ſub. fin. 90 *Fugitivus*, & *erro* ſervus differunt, uti in militia *Deſertor* & *Emanſor.* 91 Damaſippus Horatio hoc exprobrat, *quod vini ſomnique benignus* l. 2 Sat. 3. 92 Ingens monſtrum *Cura.* l. 2. od 16.

Hor. *Unde mihi lapidem* 93 ? Dav. *Quorsum est opus ?*
Hor. *Unde sagittas* 94 ?
Dav. *Aut insanit homo* 95, *aut versus facit.* Hor. *Ocyus hinc te*
Ni rapis : accedes opera agro nona Sabino 96.

93 Quo Davum petam. Hæc est illa libertas Saturnalitia ! 94 Quo eum confodiam. 95 Furit contra servos. 96 Quasi 8 *operas* seu *servos* herus miserit in ergastulum agri Sabini. In agros mali, viles, & corpore valentes servi, quibusque cerebrum omne in manu, mittebantur. His fere pares *terræ glebæ ascripti.*

SATYRA VIII.

HORATIUS & FUNDANIUS.

Ridet hic Horatius cœnam a Nasidieno sordido ac inepto convivatore præbitam Mæcenati ejusque comitatui, referente ipsi Fundanio, qui una ibi fuerat. Sat. 4. h. l. præcepta Epicurei ad gulam pertinentia, hic exempla vides, sed utraque ridicula.

Hor. Ut *Nasidieni* [1] *juvit te cœna beati* [2] ?
Nam mihi quærenti convivam, dictus heri illic
De medio potare die [3]. Fund. *Sic ut mihi nunquam*
In vita fuerit melius [4]. Hor. *Da, si grave non est,*
Quæ prima iratum [5] *ventrem placaverit esca.*
Fund. *In primis Lucanus aper* [6] *leni fuit Austro*
Captus [7], *ut ajebat* [8] *cœnæ pater* [9]. *Acria circum*
Rapula

1 Synæresis. Ita & l. 1 Sat. 7 v. 30 *Vindemiator.* 2 Ironice. V. Indic. in *Beatus.* 3 Tu, Fundani, dictus es mihi, cum te convivam quærerem, potare jam ab ipso meridie : Quod in solemnibus epulis solebant. Juv. Sat. 11 v. 88 *Ad has epulas solito maturius ibat.* 4 Narratio grata in ore Fundanii, Comici eximii, & elegantis hominis, quam gestu & oratione, ut in comœdia, adjuvit. V. l. 1 Sat. 10 v. 41. 5 Plaut. *Fames & mora bilem in nares conciunt.* 6 Contra legem convivii, Nam *Vacuis committere venis Nil nisi lene decet.* Sat. 4 h. l. 7 Excusat fœtorem apri, quasi sit captus Austro leniter flante. V. Sat. 2 h. l. v. 41. 8 Contra fidem narium. 9 V. 36.

Rapula [10], *lactucæ*, *radices*: *qualia laſſum*
Pervellunt ſtomachum [11], *ſiſer* [12], *alec* [13], *fæcula Coa* [14].
10 His ubi ſublatis, *puer alte cinctus* [15], *acernam*
Gauſape purpureo menſam perterſit [16], *& alter*
Sublegit quodcunque jaceret inutile, *quodque*
Poſſet cœnantes offendere [17]: *ut Attica virgo*
Cum ſacris Cereris, *procedit fuſcus Hydaſpes*,
Cæcuba vina ferens [18]: *Alcon*, *Chium*, *maris expers* [19].
Hic herus, *Albanum*, *Mæcenas*, *ſive Falernum*
Te magis appoſitis delectat: *habemus utrumque.*
Divitias miſeras [20]. Hor. *Sed queis cœnantibus una*,
Fundani, *pulchre fuerit tibi*, *noſſe laboro.*
20 Fund. *Summus ego* [21], *& prope me Viſcus Turinus*, *& infra*,
Si memini, *Varius*: *cum Servilio Balatrone*
Vibidius: *quos Mæcenas adduxerat umbras.*

Nomen-

10 Ad fætorem apri corrigendum rapulis cingit lancem, cum pomis id ſolebant facere. Sen. de provid. 11 Queis *Languidus in cubitum jam ſe conviva reponit.* Vel queis ſtomachus *in morſus refici* ſolet, Sat. 4 v. 39, 61. 12 H. Junio, medico & literario ſummo in nomenclatore, quem hactenus vidi, optimo, *Siſer* eſt *Geele peen.* 13 D. Sat. 4 v. 73. 14 Condimentum e fæce vini Coi. *Ibid.* 15 *Alticinctum* vocat Phædrus, quales in magnatum domibus, *ſtatores* dicti. 16 En tibi cumulatas ineptias. Puer *alte cinctus*: *acerna menſa*, e vili ligno, & illa *abſterſa gauſape* ſeu *villoſa mappa purpurea.* V. indic. in *menſa.* 17 Sen. ep. 47 *Cum ad cænandum diſcumbimus*, *alius ſputa detegit*, *alius reliquias temulentorum ſubtus colligit.* 18 Hydaſpes ſervus tanta gravitate incedit vina Cæcuba capite ferens, ac virgo Attica Cereris ſacra in caniſtris portat. L. 1 Sat. 3 v. 11 *velut qui Junonis ſacra ferret.* V. od. 18 l. 1. 19 *Alcon* famulus fert vinum Chium, *expers maris*, per quod (ni fallor) ænigmatice, ut in conviviis olim ſolebat, vult intelligi vinum in Italia natum e Chia vite. Vel *expers maris*, cui aqua marina admixta non ſit, quod Græci ſolebant, ut firmius defæcatiuſque redderetur. Colum. l. 23 c. 1 *In primis igitur vinum marina aqua factum*, *inutile eſt ſtomacho*, *nervis*, *veſicæ.* 20 Naſidienus munus ornat verbis. Trojani dona ferentes Didoni, ajunt, *Relliquias Danaum*, *atque immitis Achillei.* 21 Situm convivantium nota. Lectus medius, ut honoratior, capiebat Mæcenatem accumbentem inter Servilium Balatronem & Vibidium, *quos adduxerat umbras*: Summus lectus habebat Fundanium inter Viſcum Turinum, & Varium. In imo erat Fun-

Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra,
Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas [22].
Nomentanus ad hoc, qui, ſi quid forte lateret,
Indice monſtraret digito [23]. *Nam cætera turba* [24],
Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, piſces,
Longe diſſimilem noto celantia ſuccum [25].
Ut vel continuo patuit, cum paſſeris, atque
Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi [26].
Poſt hoc me docuit melimela [27] *rubere minorem*
Ad lunam [28] *delecta. Quid hoc interſit, ab ipſo*
Audieris melius. Tum Vibidius Balatroni,
Nos, niſi damnoſe bibimus, moriemur inulti [29].
Et calices poſcunt majores [30]. *Vertere pallor*
Tum parochi faciem nil ſic metuentis [31], *ut acres*
Potores: vel quod maledicunt liberius [32]: *vel*
Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum [33].
Invertunt Aliphanis vinaria tota [34]

40 *Vibi-*

danius, inter Viſcum Thurinum, paraſitos ſuos, & infames decoctores. 22 Paraſiti iſti vocati erant, quo convivis hos illosve cibos commendarent. Porcius non melius id ſe præſtare poſſe credebat, quam ſi totas placentas uno morſu in ventrem dejiceret. 23 Nomentanus ideo aderat, ut indice ſeu primore digito indicaret quid, cujusve ſaporis erat, quod apponeretur. 24 Ignorabant bonitatem rerum appoſitarum. 25 Paraſitus dixerit, *piſces* &c. *ſuccum habere inguſtatum*, ſeu qualem non ante guſtaſſent. Quâ vero gratiâ, Fundanius elatiori voce ſatis retulit. 26 Pergit in ironia, & ſenſu ambiguo. *Paſſer*, *Een Schol.* 27 *Melimela*, muſtea mala, *St. Jans appelen.* 28 Ridiculum poma rubere decerpta luna decreſcente. 29 Obtundemur, & occidemur inulti hoc tam inepto hoſpite & inſulſis ejus paraſitis, niſi ſtrenue bibendo multum illi vinum abſumamus. Heroum pocula p. 278, 29. 31 *Parochus*, *cœnæ pater* fit pallidus, ubi tantum vini perire ſibi videt. l. 1 Sat. 5 Parochus erat qui ligna ſalemque præbebat. 32 Ratio ironica. 33 Et hæc ironica ratio, & tranſl. de ſenſu ad ſenſum quod ſæpe fit. *Exſurdare* ad aures pertinet, hic ad guſtum tranſfertur, quaſi templum illud linguæ, ut Lucret. palatum vocat, ſapores minus audiat, vino largius hauſto. 34 *Aliphana*, ſunt pocula majora, ex *Allifis*, urbe Samnii, quam Volaterranus prope Beneventum ſupereſſe, alii in ruinis jacere, dicunt. Illa pocula, ut ſolebant olim, invertunt. Virg. *Pertunt crateras alienos*,

40 Vibidius, Balatroque, ſecutis omnibus: imi
Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis 35.
Affertur ſquillas inter murænа natantes
In patina porrecta 36. *Sub hoc herus, Hæc gravida, inquit,*
Capta eſt 37, *deterior poſt partum carne futura.*
His miſtum jus eſt oleo, quod prima Venafri
Preſſit cella 38, *garo de ſuccis piſcis Iberi* 39,
Vino quinquenni, verum citra mare nato,
Dum coquitur (cocto Chium ſic convenit 40, *ut non*
Hoc magis ullum aliud) pipere albo 41, *non ſine aceto.*
50 Quod Methymnæam vitio mutaverat uvam 42.
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monſtravi incoquere, illutos Curtillus echinos,
Ut melius, muria quam teſta marina remittit 43.
Interea ſuſpenſa graves aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri 44,

Nos

Et hinc in Græca verſ. 2 reg. c. 21 v. 13 ἀπαλείψω τὴν Ἱερουσαλὴμ, καθὼς ἀπαλείφεται ὁ ἀλάβαστρος ἀπαλειφόμενος καὶ καταστρέφεται ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ. 35 Nomentanus & Porcius, Naſidieni paraſiti, in imo ſedentes lecto, videntes hujus pallorem, nihil voluere, vel forte quod nihil ſupereſſet, nihil potuere bibere; & hoc e verſ. 82. Torrentio hic locus crux fuit. 36 Ridiculum murænam unam poni, eamque in magna patina circumnatare ſquillas, piſciculos viles, qui incedere tamen magis ſolent, quam natare. 37 phyſica ratio, ſed falſa. Piſces gravidi minus pingues, minuſque probati ſunt. 38 Squillæ in jure natantes, cui oleum Venafranum &c. miſtum, quas delicias præbent! Certe quod primum preſſum eſt, præ alio purum eſſe nequit. 39 *Garum* liquor ex inteſtinis gari piſcis ſale maceratis: inventum Græcum. Hiſpani poſt e ſcombris ſimilem liquorem conficiebant, retento gari nomine. *Muria* in pauperum, *garum* in divitum menſis erant. 40 Vinum Italicum, dum coquitur, condimento convenit, at cocto Chium. Quid niſi hoc ſapere eſt! 41 V. Indic. in *Piper*. 42 Acetum quod ex vino optimo Lesbi urbis, ſed vitiato, provenit. 43 *Ego primus monſtravi incoquere erucas virides & inulas amaras muria, quam remittit ſeu præbet teſta marina. Curtillus monſtravit incoquere eadem muria echinos illutos* &c. Colum. de inula in muria dura macerata meminit. V. indic. in *Inula*. 44 Tres verſus heroici graves hic interveniunt, & attentionem re-

Quantum non Aquilo Campanis excitat agris,
Nos majus veriti, poſtquam nihil eſſe pericli 45
Senſimus, erigimur. Rufus poſito capite, ut ſi
Filius immaturus obiſſet, flere: quis eſſet
Finis 46, *ni ſapiens ſic Nomentanus amicum*
Tolleret; heu, Fortuna, quis eſt crudelior in nos
Te, Deus 47? *ut ſemper gaudes illudere rebus*
Humanis! Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. Balatro ſuſpendens omnia naſo 48,
Hæc eſt conditio vivendi 49, *ajebat. eoque*
Reſponſura tuo nunquam eſt par fama labori 50.
Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum, ne panis aduſtus,
Ne male conditum jus apponatur, ut omnes,
Præcincti recte pueri, comtique miniſtrent 51.
Adde hos præterea caſus: aulæa ruant ſi,
Ut modo: ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adverſæ nudare ſolent, celare ſecundæ 52.

ficiunt. Triclinii camera velo ſeu tapetiis, ad arcendum pulverem, obtendebatur. 45 *Campania*, plana & campeſtris regio, flante Aquilone multum pulveris dat. 46 Ne camera rueret; uti Tiberio cœnanti accidiſſet, ni Sejanus manibus ſuppoſitis prohibuiſſet. 47 *Senſus interruptus.* Videtur dici debuiſſe, *quæ dea* &c. At Serv. ad 2 Æn. *Deſcendo ac ducente deo*, pro Venere, notat, Virg. *loqui ſecundum eos qui dicunt utriuſque ſexus participationem habere numina.* Huc refer quod Romæ legitur in S. Urſo, SIVE DEO SIVE DEÆ. C. TER. DEXTER EX VOTO POSUIT. V. Boxhorn. Quæſt. Rom. 13. 48 *Sat.* 61. 1 *naſo ſuſpendis adunco* 49 *Uſque adeo nulla eſt ſincera voluptas, Sollicitumque aliquid lætis intervenit.* Ovid. 50 Fama non ſatis laudare poterit tuum, Naſidiene, laborem in parandis reparandiſque epulis. 51 Ridiculum, Balatronem, qui umbra Mæcenatis ſolum erat, hunc laborem ut ſua cauſa ſuſceptum arrogare, & contraria omnia acerant dicere. *Aduſtus panis, mala condimenta, agaſo menſæ miniſter*, qui pede fimoſo lapſans patinam frangit, ut mox dicet. 52 *Ingenium mala ſæpe movent.* Lepidum quod convivatorem in inſtruendo convivio comparet duci exercitus, ejuſque in inſtruenda & reparanda acie ſcientiæ. Fecerat hoc ante P. Æmilius. Heins.

Naſidienus ad hæc, Tibi Dii, quæcunque preceris,
Commoda dent: ita vir bonus es, convivaque comis.
Et ſoleas poſcit 53. *Tum in lecto quoque videres*
Stridere ſecreta diviſos aure ſuſurros 54.
Nullos his mallem ludos ſpectaſſe. Hor. *Sed illa*
Redde age, quæ deinceps riſiſti. Fun. *Vibidius dum*
Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena 55,
Quod ſibi poſcenti non dentur pocula, dumque
Ridetur fictis rerum 56, *Balatrone ſecundo* 57:
Naſidiene, redis mutatæ frontis 58, *ut arte*
Emendaturus fortunam. Deinde ſecuti
Mazonomo 59 *pueri magno diſcerpta ferentes*
Membra gruis 60, *ſparſi ſale multo, non ſine farre,*
Pinguibus & ficis paſtum jecur anſeris albi 61:
Et leporum avulſos, ut multo ſuavius 62, *armos,*
Quam ſi cum lumbis quis edat. Tum pectore aduſto
Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes 63:
Suaves res 64, *ſi non cauſas narraret earum, &*
Naturas dominus 65: *quem nos ſic fugimus ulti,*

Ut

54 Cœnæ pater tanto caſu perculſus, ſed Balatronis oratione erectus, ſurgit, poſcitque ſoleas, ad inſtauranda, quæ lapſu aulæorum turbata erant omnia. Vett. accubituri ſoleas ponere, quin & rogas cum cœnatoriis mutare ſolebant. Lipſ. 3 ant. lect. 54 Litera Stoties expreſſa ſuſurros belle exprimit. 55 Ita ut v. 72 patina fracta erat. 56 Fingunt aliam ridendi cauſam. 57 Secundas partes agente. V. ad Sat. 9 l. 1 v. 46. 58 Græciſmus. 59 Grandi lance. 60 Grus in deliciis, ſed ea integra Mæcenati, tanto viro, comitibuſque ejus debebatur, non cervix, pedes &c. v. *Kroofl.* 61 Anſer albus (quem *ganſam* vocat Plin.) commendatur a Varrone, jecur vero ejus in deliciis erat: ſicut ſuis inter quadrupedes, mulli inter aquatilia. Marſil. Cagnatus l. 2 obſ. c. 14. 62 Ironice. Melius Tiberius ajebat, *Omnia eadem habere quæ totum.* Suet. c. 34. *Leporis ſapiens ſectabitur armos.* Sat. 4 63 Columbas paluſtres ſine clune, quæ pars tamen optima, apponit. Forte ibi, ut ſolet, corruptio apparuiſſet. 64 Varro apud Nonium, DOMINUM CONVIVII, VINUM, ALIUDVE QUID NI LAUDATO. At in hoc convivio omnia præter dominum laudantur, ait Torrent. 65 Certe qualiacunque fuiſſent obſonia jucunda forte fuiſſent, ſi Naſidienus ineptis

Ut nihil omnino guſtaremus: velut illis
Canidia afflaſſet, peior ſerpentibus Afris 66.

ſuper iis ſermonibus abſtinuiſſet. Non enim ſine nauſea appoſita extolli adeo poſſunt: & inſipidum naturam & conditionem ſingulorum cum tam falſis rationibus exponere. 66 Canidia nota in Horatio venefica. Al. l. *ſerpentibus atris* ut l. 3 od. 4.

Q. HOR. FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER PRIMUS.
AD MÆCENATEM. I.

Libro primo Sermonum, vitia, ſecundo, errores, falſaſque opiniones evertere conatus eſt. Duobus his epiſtolarum libris, altera Sermonum parte, præcepta tradit ad virtutem, amoremque in animis excitat erga illam. Adeo ut tota moralis doctrina 4 hiſce libris contineatur. Illi quidem, more Socratico, & ex rationis præſcripto, proque uſu medicorum, ad deſtruenda & expurganda primum vitia, hi vero ad inſinuandam & præcipiendam ſuaviter ac familiariter virtutem comparati ſunt. Quare & Epiſtolæ nihil minus ac Satyræ placebunt judiciis omnium, qui præjudiciis non ſunt occupati. Certe Scaliger, ſatis ſæpe poëtæ noſtro obliquus, *ſapientes epiſtolas*, & *nitidioris ſtili* eſſe fatetur.

Prima, inquit idem Scaliger, *quovis melle dulcior eſt, ſententiæ appoſitæ, dictio caſta, rotunda, ſuavis. Quapropter arbitror poſtremum ovinium factam, primam poſitam ob luculentam varitatem.* Nihilominus certum eſt, odas & ſatyras quaſdam poſt multas epiſtolas eſſe factas. Reſpondet autem prima hæc epiſtola Satyræ primæ, in qua etiam de inconſtantia & avaritia tractavit, niſi quod hic inſuper ambitionem addit.

PRima dicte mihi, ſumma dicende Camœna [1],
Spectatum [2] ſatis, & donatum jam rude [3],
quæris, Mæ-

[1] Uti de odis ac ſatyris vidimus, ita & epiſtolas Mæcenati dedicat. Virg. ad Pollionem ſeu Auguſtum, *A te principium, tibi deſinet, accipe juſſis Carmina cœpta tuis.* Et hoc iterum Homeri eſt, ἐν σοὶ μὲν λήξω, σεῦ δ' ἄρξομαι. Ita vero qui numina canunt, loqui ſolent.
[2] Tranſl. a ludis gladiatoriis. [3] Perfuncti omnibus gladiatorum

Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo [4].
Non eadem eſt ætas, non mens. Vejanius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro [5],
Ne populum extrema toties exoret arena [6].
Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem [7]:
Solve ſenescentem mature ſanus equum [8], ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat [9].
[10] *Nunc itaque & verſus, & cætera ludicra* [10] *pono:*
Quid verum atque decens, curo [11], *& rogo* [12], *& omnis in hoc ſum:*
Condo, & compono, quæ mox depromere poſſim:
Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter [13]:

Nul-

officiis *rudem* ſeu virgam a laniſta accipiebant: ſignum eos porro immunes fore a pugna. 4 Continuatio metaphoræ. Rude donati, ſeu Rudiarii interdum ad munus gladiatorium revocabantur. Perinde Mæcenas volebat Horatium, uti in juvenili ætate, ludicra adhuc ſcribere. 5 Vejanius, celebris gladiator, armis in Herculis templo, quod ad Amphitheatrum erat, ſuſpenſis, in villula ſua otio fruitur. V. p. 346, 50. 6 Ne in *extrema arena*, ad podium, ubi populus ſpectabat, ab adverſario compulſus, miſſionem oret a populo, & arma ſubmittat ſeu digitum tollat. Lipſ. Saturn. l. 2 c. 21. 7 Ita Socrates de genio ſuo loquitur, qui per omnem vitam ſuadebat & diſſuadebat quæ factu vitatuque eſſent opus. Simplicius genium illum ſeu rationem *pædagogum* vocat. 8 Tranſl. ab equo, qua utitur Ovid. l. 4 Triſt. el. 8. Quaſi ne gloriæ ſuæ ſupervivat. Reſpicit ad illa Ennii 18 Annal. *Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſupremo Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.* Nero equos σχολὴ ἀξιοπρεπῶς, forenſi veſte inſtar advocatorum emeritorum ornaſſe, & ſtipendia decreviſſe legitur. 9 Ne anhelus & ilioſus in curſu deficiat, & riſum præbeat. Equos, uti homines, ilia trahere, ſeu difficultate ſpiritum trahendi laborare, notum. Remedium dat Plin. verbaſcum quod & tuſſientibus auxilietur, l. 26 c. 6. 10 V. od. 6 l. 1. Per *ludicra* intelligit amatoria: non vero poëſin in genere. Hæc enim nulli graviori ſtudio officit, ut Voſſ. in Poët. nat. ac conſtit. docet. 11 *Virum* & *decens* dum curat, Morali philoſophiæ theoreticæ operam dat, ut Turn. & Torrent. volunt. Ita Plato veritate nobis duce mores quoque bonos ait facile ſequi: & Auguſtin. ubi male creditur, ibi male vivitur. niſi τὸ *verum* pro juſto Hor. hic accipiat. 12 Alios conſulo. 13 *Tutari ſe lare*, eſt ſectam aliquam ſequi. Nam Lares Familiarum Tutani ac Præſtites ſunt. V. p. 61 n. 10.

Nullius addictus jurare in verba [14] *magistri,*
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes [15].
Nunc agilis fio, & mersor civilibus undis [16],
Virtutis veræ custos, rigidusque satelles [17]:
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor [18],
Et mihi res, non me rebus, submittere conor [19].
[20] *Ut nox longa, quibus mentitur amica* [20], *diesque*
Longa videtur opus debentibus [21]: *ut piger annus*
Pupillis, quos dura premit custodia matrum [22]:
Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quæ spem
Consiltumque morantur agendi gnaviter id [23], *quod*

14 Transl. a Sacramento militari. Heinſ. putat Horatium hic ſe declarare *Eclecticæ ſectæ*, quam Potamo Alexandrinus docuit Romæ, ante mortem Auguſti. Sed qui cerebrum in calcaneo non geſtant, tota armenta ſequi nunquam voluere. Ita Cic. 4 Tuſc. *quod ſit in quaque re maxime probabile, ſemper requiremus.* Nec proin Academicos ſequebatur, quorum mos patrius *adverſari ſemper omnibus in diſputando*, Cic. Sup. p. 287, 4. 15 Philoſophos comparat navigantibus, qui parati eſſe debent animo, vivere, ubicunque terrarum tempeſtas eos ejecerit. Cic. *ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt.* S. Petitus ut levem hominem, ac velut navem male ſaburratam, loqui putat, l. 4 obſ. c. 3 Sed malim Horatium per tempeſtates intelligere varios caſus humanos, ad quos medendos ſumeret, quæ in quavis philoſophia eſſent potiſſima. 16 Nunc popularis fio, & a ſedata gravique Stoicæ diſciplinæ indole remitto. l. 2 Sat. 6 de ſe dixit, *aliena negotia centum Per caput & circa ſaliunt latus.* Plato quoque & Cicero philoſophum a rep. capeſſenda minime removerunt. 17 Ita Auguſto ac Mæcenati placere poteſt. Illius enim partes amplexus eſt deſerto Bruto, quem juvenis ſecutus fuerat. 18 *Ariſtippus, quaſi animum nullum habeamus, ita corpus ſolum tuetur.* Cic. *furtim* a Stoica ad Epicuream ſectam delabitur: non quod ſe ſubinde Stoicum mentiretur, ſic enim incideret in id de quo in art. Poët. *ut turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.* Sed cum rigida doctrina Stoica temperabat ea, quæ in Epicurea ſunt optima. Adde huc quæ ad od. 34 l. 1. 19 Ariſtippi (qui Epicuri magiſter fuit) bona doctrina erat, omnibus uti oportere indifferenter, ſed nulli reiſervum fieri. Hac ratione cum objiceretur, habere eum Laïda, reponebat, ἔχω κοὐκ ἔχομαι. V. epiſt. 17. 20 Philoſophiæ ſtudium comparat amatoris, cum nocte amicam exſpectat, impatientiæ. Utriuſque exemplum hic in Horatio eſt, & l. 1 Sat. 5. 21 Operariis dies videtur ſtare. 22 *Pupillus relictus ſub tutorum cura uſque ad decimum quartum annum fuit ſub matris cuſtodia ſemper.* Sen. de filia Marcia. 23 Scribendi philo-

Æque pauperibus prodeſt, locupletibus æque:
Æque neglectum pueris, ſenibuſque nocebit.
Reſtat, ut his ego me ipſe regam, ſolerque elementis [24].

Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi [25]:
Nec, quia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra [26].
Est quodam prodire tenus [27], ſi non datur ultra [28].
Fervet avaritia, miſeroque Cupidine pectus.
Sunt verba, & voces [29], quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi deponere partem [30].
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quę te
Ter pure [31] lecto poterunt recreare libello.

Invidus

ſophiam moralem. 24 Objici poterat, ſero eum & tam magna ſapere. Reſpondet mediocrem quoque philoſophiam fructu ſuo non carere. 25 Licet acie viſus certare nunquam poſſis cum Lynceo, collyrium tamen non negliges. V. l. 1 Sat. 5 & index in *Lynceus*. 26 Epiſtolæ decus ſervat cum inter tam ſeria de ſe tam familiariter ſcribit: quanquam chiragra eum laboraſſe nondum legi. Lycon (Glycon ob linguæ ſuavitatem dictus) philoſophus *firmo corpore, & habitu prorſus athletico* fuit, teſte Diogene. Horatio ſimilia habet Epict. Οὐδὲ ἰσχὺς Μίλωνος ἔσομαι, καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τοῦ σώματος. *Nunquam Milo ero, at ſimul corpus non negligam.* 27 Poſſumus ſtudio & aſſiduitate, ſi non primas, certe ad ſecundas tertiaſque eniti. 28 Ambitio quoque comparatur igni, qui inter 4 inſatiabilia ſcribitur, devoratque tanto avidius, quanto plura injicias. V. Prov. 30 v. 16. 29 *Verba* præcepta. *Voces*, blandæ perſuaſiones. Barth. e gloſſa pervet. l. 37 adv. c. 14 Sup. p. 166, 5. 30 Muretus, credo, quod *verba* & *voces* æque ad magiam pertineant, quam ad philoſophiam, hæc ex Eurip. ſumta cenſet, ubi in Hippol. coron. act. 2 nutrix Phædram inſano privigni amore incenſam admonet, ut morbum illum ſuum fortiter ferat, eſſe enim cantus & ſermones quoſdam ἐπῳδὰς, in quibus inſit vis ad eum mulcendum ac molliendum. Sed idem fere dixero, quod p. 120, 11 &c. Adde indic. in *Muret*. 31 Nota 3 verba a ſacris & religione ſumta. *Piacula*, *ter*, *pure*. Ad illa enim, uti nec ad magica illotis manibus veniebatur. Tib. *Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite Et manibus puris ſumite fontis aquam.* V. l. 1 epiſt. 2 v. 34, Sat. 3 l. 2 De *numero tern.* p. 216, 16.

Invidus 32, iracundus 33, iners 34, vinosus 35, amator 36:

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem 37.
Virtus est, vitium fugere 38, & sapientia prima,
Stultitia caruisse 39. Vides, quæ maxima credis
Esse mala, exiguum censum, turpemque repulsam,
Quanto devites animi, capitisque labore 40.
Impiger extremos curris mercator ad Indos 41,
Per mare pauperiem fugiens 42, per saxa, per ignes 43:
Ne cures ea, quæ stulte miraris, & optas 44,

32 Stoici veram felicitatem in nostra manu posuere, externa bona pro imaginariis solum habentes. Illi sine ratione invideri, hæc vero invidiâ haud digna esse existimarunt. 33 Ira (cui Horat. obnoxius fuit in calore juven[tæ] excluditur foras, ex quo persuasi sumus, nihil eorum quæ extra no[s] sunt nos lædere. Salomo proinde *iram stulti* dixit: & notum est pr[o]verb. *infante iracundior.* p. 412, 83. 34 Iners, piger, sanari posse, si attenderet celeres illos animi motus non frustra nobis esse inditos, nosque ad laborem creatos, sicut equus ad cursum, avis ad volatum, pisces ad natatum; & communem hominum societatem adjuvari a nobis oportere. Illi vitio deditus videri possit Horatius, nisi cruditas ejus & lippitudo largiorem sommum ac quietem suasissent. 35 Lippiens vino abstinebat, ut Sat. 5 vidimus; alias vini haud parcus. Pœni magistratibus, & armatis vinum interdicebant, & Lex Mosaica sacerdotibus. Plato autem præcepit ut in festis magistratus modum ejus tenerent, neque in venenum verterent, quod deus ad vires tutandas & spem gaudiumque in corde alendum dedit. 35 Noti passim Horatii *Mille puellarum, puerorum mille furores.* Sentiebat subinde falsa amoris gaudia, certos vero exinde dolores. 36 Dictis ergo vitiis deditos feris comparat. 37 *Cultura animi philosophia est.* Cic. Triplex hic transl. *infesum, mitescere*, & *cultura* Adeo in transl. cœpta sæpe non desinitur, quod Fab. vult. 38 Socratico more breves dat definitiones. *Virtus est vitium fugere*, i. e. pravas animi affectiones. Ita per ἀφαίρεσιν τῶ ἐνιαυτῶ, a remotione contrariorum multa rectius intelligimus. Docuerat eum hac ratione pater, Sat. 61 1 Frustra ergo Lactant. hoc carpit. 39 Vulgum non sequi, sed rationem. 40 Majore labore quam voluptas ad te redit ex acquisitione. 41 Indi orientis cis Gangem tum solum noti erant. 42 V. p. 111 n. 22. 43 Per syrtes æstuosas, per ardorem solis & tenacissimum sabulum, qualia sunt Africæ, cum qua Romani multum usum ac commercium habuere. 44 *Nil admirari prope res est una, Numici, Solaque quæ possit facere & servare beatum.* Epist. 6.

Discere, & audire, & meliori [45] credere non vis?
Quis circum pagos, & circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ [46]?
VILIUS argentum est auro, virtutibus aurum.
O cives, cives, quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos [47]. Hæc Janus summus ab imo
Perdocet [48]: hæc recinunt juvenes dictata senesque.
Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto [49].
Si quadringentis, sex septem millia desunt [50],
Est animus tibi [51], sunt mores, & lingua, fidesque:
Plebs eris. At pueri ludentes, Rex eris, ajunt,
Si recte facies [52]. Hic murus aheneus esto [53]:
Nil conscire sibi [54], nulla pallescere culpa [55].

Roscia,

45 Veræ infucatæque rationi, seu Philosophiæ. 46 Quis catervariorum, aut trivialium ex circo ludiorum aut gladiatorum, qui in triviis ad ostentationem virium virtutisque pugnabant, non malit victor esse in celeberrimis illis ludis Olympicis, idque sine pulvere, ἀκονεὶ, sine magno labore. Victoria in his ludis Rom. triumphis celebrior quoque fuit. *Coronari Olympia*, est vincere: Græce, στεφανοῦσθαι Ὀλύμπια ἆεθλα. De trivialibus illis ludiis Suet. in Oct. c. 45, 74. 47 Apud Salomonem Sapientiæ fere ascribitur vox, qualis hic pecuniæ. 48 Vers. 18 Sat. 3 l. 2. Lambin. e 3 codd. l. *Prædocet*. 49 Alia dictata seu præcepta sibi data fuisse adolescenti scribit l. 1 Sat. 6 ibique v. 75. Hic apparet Rom. tabulam calculatoriam gestasse, ut promte rationes expedirent, uti Judæi nunc solent. 50 Quadringena millia sestertium erant census equestris, vulgo decem millia Philippicorum seu scutatorum. V. Suet. Jul. c. 33. 51 Licet egregio sis animo, si sex septemve millia desint equestri censui, plebs eris. 52 Insigni a pueris sumta similitudine, qui τὰ ἄριστα, *optima*, ut Alexander moriens faciebat, regnum deferunt. Ludus iste βασιλίνδα dicebatur. v. Meurs. Græc. Ludib. 53 Unde *muri ahenei* locutio manarit, quærit Fruter. conject. l. 1 c. 14. Sed otio abundans id fecit. Nam obvia ubivis hæc locutio est. Arist. de Mose ex persona Judæi ea usus est, & quis non? περιέφραξεν ἡμᾶς ἀδιακόποις χάραξι, καὶ σιδήροις τείχεσι. 54 *Conscire* in mala re usitatum verbum. Unum Cic. locum excipit Loens. epiphyl. l. 7 c. 21. 55 Mirum quanti gentes fecerint munditiem conscientiæ. Plaut. in Amph. *Qui non deliquit, decet Audacem esse, & confidenter prose & proterve loqui.* Auro contra cariora sunt quæ hanc in rem cumulavit illust. Huetius in Alnet. Quæst. l. 3 c. 9.

Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
Nænia [56] quæ regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis, & decantata Camillis [57]?
Iſne tibi melius ſuadet, qui ut rem facias, rem
Si poſſis recte: ſi non, quocunque modo rem:
Ut propius ſpectes lacrymoſa poëmata Puppî [59]:
An qui fortunæ te reſponſare [60] *ſuperbæ*
Liberum, & erectum præſens [61] *hortatur, & optat* [62]?

Quod ſi me populus Romanus forte roget, cur
Non, ut porticibus, ſic judiciis fruar iiſdem,
Non ſequar, ac fugiam, quę diligit ipſe, vel odit [63]:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam: quia me veſtigia terrent
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum [64]:

56 Roſcia lex bona tantum, puerorum nænia virtutem ſpectat. Pag. 265 n. 13 & p. 82 n. 28. Aſpergere huc liceat, ut Cyrus adhuc puer rex fuerit creatus, & colluſores ſuos ut ſervos ob contumaciam admiſſam flagellis cæciderit, atque ita puerili ſimulacro regno Perſico a ſe conſtituendo præluſerit. Idem de Romulo notum Sed quam male ceſſerit Ruffino Criſpino Neronis privigno Ducatus & imperia ludere v. Suet. c. 35. V. Mur. var. lect. l. 13 c. 9. 57 De egregiis his viris l. 1 od. 12 59 *Lacrimoſa*, ambiguo ſenſu. Quanquam Acron de Puppio Tragico Poëta referat, quod ita affectus ſpectantium moverit, ut eos flere compelleret, unde de ſe ſcripſerit: *Flebunt amici & bene noti mortem meam: Nem populus jam me vivo lacrimavit ſatis.* 60 L. 2 Sat. 7 v. 82 &c. 61 Vera Philoſophia cultoribus ſuis præſens ſemper & auxiliatrix eſt. 62 Barth. Adv. l. 37 c. 19 e codd. ant. pro *optat* legit *aptat*, i. e. *informat docendo* Al. l. *orat*. Turn. e ix codd. l. *aptat*. 63 Si populus roget, cur non, uti in iiſdem ſecum ſpatior porticibus, idem quoque ſecum ſentiam &c. Pythagoræ mentem ſequitur, qui præcepit Ἀπὸ φέρε ἰδὲς μὴ βαδίζειν. V. Brodæi miſc. l. 2 c. 20. V. L. 1 Sat. 4 v. 133. 64 Leo rex animalium ægrotans feras complures officii cauſa illum adeuntes, devorat. Venit & vulpes ad ſpeluncam, & intrare renuens, reſpondit leoni cauſam roganti, quia deterrent belluarum veſtigia, te verſus ſpectantia, at nulla retrorſum: Lucil. apud Non. *Deducta tunc voce leo, cur tu ipſe venire Non vis huc? . . . . . Quid ſibi vult? quare fit ut introverſus & ad te Spectent atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus.* In moralibus Perſicis memini me legiſſe, Mundum inſtar fucatæ

Bellua multorum es capitum[65]. *Nam quid ſequar, aut quem*[66]*?*
Pars hominum geſtit conducere publica[67]*: ſunt qui*
Fruſtis, & pomis viduas venentur avaras,
Excipiantque ſenes[68]*, quos in vivaria mittant.*[69]
Multis occulto creſcit res fœnore[70]*. Verum*
Eſto aliis alios rebus, ſtudiiſque tenori:
Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus Bajis prælucet amœnis,
Si dixit dives: lacus, & mare ſentit amorem
Feſtinantis heri[71]*. Cui ſi vitioſa libido*[72]
Fecerit auſpicium[73]*: cras ferramenta Teanum*[74]
Tolletis fabri. Lectus genialis in aula eſt?
Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita[75]*.*

Si non

feminæ induci, quæ cum infinitos ad ſe admiſſos procos occiderit, miratur tamen quotidie novos ac innumeros ad ſe commeare. 65 Populum Julian. Cæſ. Ὕδραν πολυκέφαλον, Plato jam ante θηρίον πολυκέφαλον dixit. 66 Macrob. de Cic. refert eum ſolitum dicere, *Quem fugiam habeo, quem ſequar non habeo.* E tam vario populi ſenſu patet ejus ignorantia, & error. Qui felix eſſe cupit, veritatem ſequi eum decet. Hæc eſt virtutum fundamentum ac principium, ut Pind. ait. eoque & felicitatis fons puriſſimus. 67 Equites Rom. & innumeri cum iis ſocii vectigalia redimebant, ac exigebant. Hæc uti magna erant, ita a Romanis ſolum inſtitui poterant. Præter antiqua illa, *Decumas*, *Scripturam*, & *Portoria*, quæ habuerint, docet Vir doctus ac elegans Petrus Burmannus, in tract. de Vectig. c. 6 & 12. 68 V. L. 2 Sat. 5. 69 Ibid. divites ſenes grandibus piſcibus comparat, v. 44 *Plures annabunt thynni, & vivaria creſcent.* 70 *Occulto*, quia illicito ac mordaci nimis. V. l. 1 Sat. 2 *Quinas hic capiti mercedes exſecat.* 71 En levitatem hominum! Hodie Bajæ ſunt, quas Sen. *diverſorium vitiorum* dixit, in oculis divitis tam amænæ, ut eo quam poteſt propereet, & in lacu aut mari ædificet. Ædificandi libido, οἰκοδομία ut quem corripiat, in diris fuit Lacedæmone. Quam inſane Rom. ædificarint, v. l. 3 od. 1. De luxu Bajarum Matt. l. 1 epig. 63. 72 L. 1 Sat. 2 v. 76 ait leves hosce homines *laborare ſuo vitio, non rerum.* 73 Libido, utcunque vitioſa ſit, pro *auſpicio*, religione, ac pro deo eſt. Virg. l. 9 Æn. *Diine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale, an ſua cuique deus fit dira libido.* 74 *Teanum Sidicinum*, urbs Campaniæ, a mari remotior. Nobilis balneis contra calculum ſalubribus. V. Plin. 75 Si uxorem habet, cælibes laudat, & contra. *Genius* generationi præeſt. *Lectus Genialis in aula*, quem Aſcon. vocat *Adverſum*,

Si non eſt, jurat bene ſolus eſſe maritus 76.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo 77?
Quid pauper 78? *ride, mutat cœnacula* 79, *lectos,*
Balnea, tonſores: conducto navigio æque
Nauſeat 80, *ac locuples, quem ducit priva* 81 *triremis.*
Si curtatus inæquali tonſore 82 *capillos*
Occurri: rides: ſi forte ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ 83, *vel ſi toga diſſidet impar* 84,
Rides: quid, mea cum pugnat ſententia ſecum?
Quod petiit, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit:
Æſtuat 85, *& vitæ diſconvenit ordine toto:*
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:
Inſa-

quod in aula ſeu atrio januæ exadverſum collocari, & ad religionem ſervari ſolebat, uti conjugii monumentum & pignus: Vel ſi ad uſum, matronæ in eo ſedebant, & telas texebant. Lipſ. Elect. l. 1 c. 18. 76 Certe virgo Veſtalis, guſtato ſemel quod maritus uxori dare ſolet, exclamat, apud Sen *Felices nuptæ! moriar niſi nil eve dulce eſt.* 77 *Proteus* vaticinia effari nolebat, niſi conſtrictus vinculis, quando priorem reſumebat formam. L. 1 od. 2 diluvium Deucalioneum ſub eo ſcribitur accidiſſe, cum Proteo Ægypti rege diluvium Pharonicum dictum contigerit. Probat hoc e Xenoph. Jacob. a Cruce Bonon. ad d. l. Et poëtas alia pro aliis ita ſubjicere, ac hiſtoriæ leges tranſgredi, docet Loenſis miſc. l. 2 c. 22. Sup. p. 399 n. 51, 53. 78 Humani ingenii vitium inconſtantia pauperes æque ac divites affligit. Horatius hoc ſe morbo laborare fatetur Sat. 7 l. 2. 79 Pauperes in cœnaculis habitabant, quæ erant in ſuprema ædium parte ſub tegulis. Prud. *Omnis qui celſa aſcendit cœnacula vulgus.* 80 Ditiores Romani navigia voluptaria habebant. Gripus in Rud. Plaut. jam dives factus ait, *Poſt animi cauſa mihi navem faciam, atque imitabor Stratonicum; Oppida circumvectabor.* Baſil. epiſt. ad Gregor. de vita in ſolitudine agenda ſe quoque comparat nauſeantibus qui de magno navigio in minus & viciſſim tranſire fruſtra volunt. 81 *Priva*, propria. 82 Quantacunque vult dicere, ſit mentis inconſtantia, non rides: Sed cum capillus ſub inæquali tonſoris manu male curtatus (Al. l. *curatus*,) rides. Ovid. *Nec male deformet rigidos tonſura capillos: Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.* Quando tonſura Romæ cœpit v. p. 30, n. 41 & quam perdite viguerit v. Sen. l. de brev. vitæ c. 12. 83 *Subucula* ſeu *linea*, erat induſium lineum, *tunica* ſeu *ſuperaria pexa*, i. e. nova, cui pili non ſunt detriti. 84 L. 1 Sat. 3 v. 31 *Ruſticius tenſo toga deſluit.* 85 *Æſtus*, fluxus & refluxus maris.

Insanire putas solennia [86] *me, neque rides,*
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati [87], *rerum tutela mearum*
Cum sis [88], *& prave sectum stomacheris ob unguem* [89]
De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens [90], uno minor est Jove [91], dives,
Liber, honoratus, pulcher [92], rex denique regum [93],
Præcipue sanus [94], *nisi cum pituita molesta est* [95].

Ita S. S. Scriptura impios mari agitato comparat. 86 *Insanire solennia* scil. vitia, vel *solenniter*. Græcismus. 87 Juven. *medicis medium pertundite venam* L. 2 Sat. 3 v. 218. 88 Mæcenas Plautinum illud Trinum. sc. 1 sequitur, *Amicum castigare ob meritam noxiam, Immane est factum*. Et Publ. Syr. *Amici mores noveris, non oderis*. Et ita Plut. in libro, quo adulatorem ab amico distinguit. Id vanæ gentes voluerunt. At Christiani severiori lege proficere cupiunt, & non exiguum ad sanctitatem progressum putant. observari ab aliis, ac reprehendi æquo animo posse, εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων, ad Hebr. c. 10 v. 24. quin in hoc se effert Rex Davidus psalm. 141 v. 5. 89 Ovid *Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues*. 90 Crucquius ridiculus hic, qui ad *summam sapiens*, i. e. *sapiens ad quæstum*, explicat. 91 Stoici tam arrogantes erant, ut sapientem suum Jovi parem dicerent, & Epicurus, pane & aqua si fruatur, contendere cum Jove de felicitate vult. Horat. plus hic sapit: at non perinde l. 2 Sat. 6 v. 15. 92 *Recte etiam sapiens pulcer appellatur; animi enim lineamenta sunt pulcriora quam corporis*, V. pag. 333, 97. 93 *Irrideri ab imperitis solent* hæc, ait Cato apud Cic. Attamen vera sunt, & Salomonis quoque proverbiis consona, v. c. 16 v. 32 Regum corona auferri facile potest, & iidem per alios fere sapiunt. Sapienti autem divitiæ suæ sunt propriæ. Alia ratione risit philosophos illos reges l. 1 Sat. 3 v. 123 &c. 94 Stoïci sapientem non solum felicem in tormentis, sed & si ægrotet, sanum esse, ajebant. Hor. hos deridet. 95 *Pituita molesta esse* dicitur stupidis, deprehensis, ac convictis argumentis.

AD LOLLIUM. II.

Poëta rure degens Homerum relegerat (nec enim turpi otio illic marcessebat) & exinde quæ contra iram, voluptates, invidiam, avaritiam observarat ad Lollium scribit. Id enim tum placuisse debuit, & præcipue Lollio, Viro Consulari, & Cajo Cæsari rectori ab Augusto dato, cum & Augustus *in evolvendis utriusque linguæ auctoribus nihil æque spectabat, quam præcepta & exempla publice, vel privatim salubria, eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercitum*

exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent, ut Suet. refert in Oct. c. 89. Sed quam parum emendatior exinde fuerit Lollius, notavi I. 4 od. 9 n. 24 Nisi tamen ad Lollii istius filium natu maximum hæc scripta sint: nam juventuti Homeri lectio semper fuit commendatissima. Petron. *Det primos versibus annos Mæonium que bibat fœcundo pectore fontem.*

Trojani belli scriptorem [1], *maxime Lolli,*
Dum tu declamas Romæ [2], *Præneste* [3] *relegi:*
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile [4], *quid non,*
Plenius [5], *ac melius* [6] *Chrysippo* [7], *& Crantore* [8] *dicit.*
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula [9], *qua Paridis* [10] *propter narratur amorem*
Græcia Barbariæ [11] *lento collisa duello* [12],

Stul-

1 Homerum. Hic scriptor Epicus præcipuos belli Trojani casus, & motus animorum inter duces, Ulyssisque errores exhibet. Ælian. var. hist. l. 13 c. 14, Cic. de Orat. 3 referunt, Pisistratum primum Homeri libros confusos antea sic disposuisse, ut nunc habemus. Hinc sunt qui conjiciunt totum Homeri opus consarcinatum e carminibus, quæ singulis annis & a pluribus prodibant de iis quæ ad Trojam evenerant, idque voce *Rhapsodia*, & patriæ Homeri incertitudine putant comprobari. Argumenta vero quibus id probetur, uti & quod varii poëmatis istius auctores cæci fuerint ac mendici, qui ostiatim stipem emendicarint cantu suorum carminum, quod Homerus cæcum notet, adhuc desideramus. Sed bene factum quod aliunde quam a se sperare ista jubeat Peraltus. 2 Declamabat Lollius vel recitando Homeri carmina, vel defensione reorum. Quod utrumque juvenum fuit. P. 215, 7. 3 *Præneste*, Latii urbs, Hod. *Palestrina.* 4 Ita veteres de Homero censuerunt: nisi quod Plato eum e rep. sua ejecerit. 5 Marcil. leg. *Planius.* Quod Homerus vivis rerum documentis faciat, quæ Stoici & Academici subtilibus & obscuris sicciisque præceptis haud consequuntur. 6 Scaliger 6 Poëtic. hoc valde carpsit. Quin ineptias vocat quæ Hom. scripsit. Agamemnon recte neget filiam patri suo? At quis non videt cum Briseida non vult reddere, quod regum stultorum exemplum ac imaginem in eo præbuerit. 7 L. 1 Sat. 3 v. 127. 8 Hic fuit Academicus, laudatus Ciceroni, ut & ejus de luctu ad verbum ediscendus libellus, quo acute universam doloris medicinam complexus est, visus ei fuerit. 9 Ilias. 10 Cognomen Paridis fuit Alexander. De eo mater prægnans somniavit, ardentem se facem parere. Nam raptu Helenæ Menelai uxoris excidii Trojani causa fuit. 11 Phrygiæ. p. 90, 6. 12 Bello Trojano decennali. A *duellum* est *bellum*, a *du-*

Stultorum regum, & populorum continet æſtus.
Antenor cenſet belli præcidere cauſam 13.
Quid Paris? ut ſalvus regnet, vivatque beatus,
Cogi poſſe negat 14. *Neſtor componere lites*
Inter Peliden feſtinat, & inter Atriden 15:
Hunc amor 16, *ira quidem communiter urit utrumque* 17.

QUICQUID delirant reges, plectuntur Achivi 18,
Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine, & ira 19,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Rurſus quid virtus, & quid ſapientia poſſit,
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem 20:

Qui

num, *bonum*, a *duidens*, *bidens* &c. 13 A Trojanis incipit. Antenor, unus e principibus eorum, æquus auctor ſuis erat reddendæ Græcis Helenæ, Paris vero negabat Il. 7. Socrat. apud Plat. ait cauſam hujus, ut & aliorum eſſe differentiam de juſto. Ταῦτα ποιήματα (Iliados) ἐσὶ περὶ διαφορᾶς δικαίων τε καὶ ἀδίκων. 14 Paris nullo præmio cogi ſeu induci ſe poſſe ait, quo Helenam reddat, licet vel ſolus regnet, vivatque beatus. Quin ſpolia Græcis reddere quidem omnia, præter Helenam vult: Atque ita dividit ſententiam Antenoris. Et cunnus tetterrima belli cauſa, ſatiſque juſta, ſtulto illi videtur. V. Nann. miſc. l. 4 c. 14. 15 Inter Græcos gravis quoque vir, Neſtor exhibetur, qui Achillem & Agamemnonem ſtudet componere. Sed quam mellita ejus oratio ſit cum dicit 1 Il. ſe uſum fuiſſe hominibus illis melioribus, & illum eſſe præ hoc fortiorem, haud video. Nec decore ſatis Achilles Agamemnonem vocat ebrioſum, impudentem, κύναπα, utrem vini &c. 16 Agamemnon Briſeida amabat, etiam præ Clytemneſtra ſua. Illa diſſenſionis cum Achille cauſa fuit. 17 Homerus quoque iram in Achille præcipue notat, quod Briſeida, quæ ut præmium virtutis ipſi ceſſerat, poſt cogeretur reddere. Hor. hic ut philoſophus veros animi motus repræſentat, ſed l. 2 od. 4 ut qui ſudicra ſolum tractat. 18 Plebs luit peccata regum. Hinc Tib. ad filios ſuos, Bona malaque eorum ad remp. ſpectare, ait. *A lirare*, quod eſt *arare*, ſulcos ducere, eſt *delirare*, pro declinare a recta via. Feſt. Iſid. 19 *Seditione*, *dolis*, *apud Græcos*, *ſcelere atque libidine apud Trojanos*, *& ira apud utroſque*, ait vet. interpr. Sed male. In epico Homeri carmine hæc mala, ut utrique genti communia, leguntur. Et ita Hor. ſentit. 20 In Odyſſea ſcribit Ulyſſis terra marique pericula, magnumque præbet virtutis exemplum, quæ nec deis ſuccumbat, cum Jupiter & Neptunus naves frangunt: Fruſtra quoque Lotophagi, Cyclopes, Læſtrigones, Circe, Sirenes, Scylla & Charybdis, & proci exitium

Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes,
Et mores hominum inſpexit[21], *latumque per æquor,*
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat[22], *aſpera multa*
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis[23] *undis.*
Sirenum voces[24], & Circes pocula noſti[25]:
Quæ ſi cum ſociis ſtultus, cupiduſque bibiſſet[26],
Sub domina meretrice[27] fuiſſet turpis, & excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus[28].

Nos

ei machinantur. 21 Hæc ex Hom. init. Odyſ. expreſſit. Ulyſſem Trojæ domitorem vocat. Ejus enim prudentia magis, quam cæterorum viribus Troja cecidit. Ille ſignum fatale Minervæ Troja abreptum ad ſuos retulit. Unde vero de Prez pro πολύτροπον, quod Vulcanius vertit *verſutum*, legat πολίτροπον, *urbis everſorem*, (vult dicere πολιτρόπον) ipſe viderit. 22 Ἀρνύμενος ἦτορ ψυχὴν καὶ νόστον, ἑταίρων, inquit Hom. & Didymus eruditus ejus interpres ἄρνυσθαι ab agnis deducit, qui ἄρνες vocantur, ut & ὠνεῖσθαι ἀπὸ τῶν ὄνων, & παλεῖν ἀπὸ τῶν πώλων. Nam nummorum uſu non reperto, agnis, aſinis, equuleis &c. parabant ea, queis egebant. Hoc ergo dicit Hom. Ulyſſem, ſi res ita tuliſſet, ἄρνυσθαι. quaſi pro pretio dare καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ νόστον, ἀντὶ τῶν ἑταίρων. 23 Hoc ex Pind. od. 2 Pyth. qui contra calumniam dicit, ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὥς, ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας, *Immerſabilis ſum, ſuberis inſtar ſuper ſuperficiem maris*. 24 Sirenes non cantu ſolum ſtudebant Ulyſſem detinere, ad quem comitum & nautarum aures ceræ obturavit, ipſe malo navis alligatus, (fictio enim illa contra decorum perſonamque Viri fuiſſet) ſed ſimul multa eum ſe edocturas, quin & patriæ oblivionem, ut Cic. hunc locum admirans vertere voluit, pollicebantur. V. Odyſ. 12 v. 38 &c. Sup. p. 395, 13. 25 Al. l. *Circæ*. Circe venefica 22 comites Ulyſſis in porcos mutavit potu vini cum caſeo, farina, & melle novo mixti. Ulyſſes ope Mercurii herba *Moly*, radice amara, a ſolis diis eruenda ac evellenda, cujus flores albi ſunt ut lac, ſalvus evaſit. Herba iſta ſapientiæ emblema eſt, quæ ſolum dei donum dicitur a Socrate & Pindaro, Non ita Hor. aliique. V. l. 2 Sat. 6 v. 15. 26 Si Ulyſſes bibiſſet ut ſtultus & cupidus Circes pocula, quemadmodum ſocii. Bibit enim, ut Hom. narrat, ſed innoxie dum antidoto eſſet præmunitus. Voluptas ſapienti interdicta non eſt, quin & neceſſaria, niſi quæ animum corrumpit: Socrates ſapientiam ſummum hominis bonum eſſe negat, niſi voluptas eam comitetur. 27 Circe meretrix fuit infamis. *Dominam* dicit, uti Quartilla apud Petronium, & aliæ amaſiæ apud alios appellantur. Adhæc Circe divinis honoribus culta eſt ab incolis Circeenſibus, Ciceronis quoque ætate. 28 Canis & porcus immundiſſimi animalium, & in ſacris literis junguntur. V. 2 Epiſt. Petri c. 2 v. 22. De Prez hic ait, ſocios Ulyſſis in porcos fuiſſe mutatos, quod fœdis voluptatibus corrupti

Nos numerus 29 *ſumus, & fruges conſumere nati,*
Sponſi Penelopes 30, *nebulones, Alcinoique*
In cute curanda plus æquo operata juventus 31:
30 *Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &*
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones 32.
Ut teipſum ſerves, non expergiſceris? atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus 33, *&* ni
Poſces ante diem 34 librum cum lumine, ſi non
Intendes animum ſtudiis, & rebus honeſtis:
Invidia, vel amore vigil 35 torquebere. Nam cur,

Quæ

rationis uſum amiſiſſe viderentur, additque ex Bodino, homines in belluas ſæpe mutatas arte magica, & hæc de ſociis Ulyſſis vera eſſe, aliis quoque exemplis ab Auguſtino adductis, credit: & huc Nabuchodonoſorem, qui inter boves ut bos fœnum edit, refert ex Dan 4. Sed fœno dignum judicet quivis, qui tam putida, tam diſſona legerit. 29 Hor. nos, & inordinatam vitam noſtram exhiberi docet, ſub imagine iſta Ulyſſis ſociorum, amatorum Penelopes, Alcinoï, ejuſque popularium. 29 *Numerus*, uti ἀριθμὸς apud Græcos, nullius loci, ordinis, claſſis. *In aliquo apud aliquem numero eſſe*, i. e. honore vel exiſtimatione. Talis erat Therſites, iners & inglorius. 30 Al. l. *Penelopæ*. Luxui & gulæ dediti, ut Ithacenſes duces, qui culinam Penelopes, abſente Ulyſſe, plus inſaniebant, quam culum. Quin heros aliquis veſpera cum porcis cubat, & mane pugnis rem ſtrenue gerit contra vilem mendicum ob reliquias culinæ Penelopes. v. Sat. 5 l. 2 v. 80. Pag. 171 n. 7. 31 *Alcinous*, Phæaciæ hod. *Corfu*, Rex, de aula ſua loquitur Odyſ. 8, Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε, Εἵματα τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί, *Grata nobis ſemper feſta, cithara, & choreæ, & veſtes ſæpe mutatæ, calida balneæ, & cubilia.* 32 Furibus, quos *internunculos* Petr. vocat, nihil moleſtum, nihil periculoſum eſt, ſi quid rapere poſſint, & tu in Sapientiæ ſtudio ſegnis eris? Torrent. quæ hic a. v. 32 ad v. 64 legis, disjecta & loco mota eſſe dicit, & redigenda poſt v. 51 epiſt. præc. 33 Heinſ. l. *Si non is ſanus, curres hydropicus*, ſc. factus, ad medicum. Ex nimio otio ſomnoque hydrops oritur. Tumorem illum Celſus ambulatione & curſu diſſipari jubet: eoque ait facilius eum in ſervis, quam liberis tolli. 34 Summæ Sapientiæ vox eſt. Prov. 8 *Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me invenient me.* 35 Pravi affectus iſti inſomnem te reddent. Male *vigil* pro *evigilatus*. De invidia Ovid. 2 met. nec *fruitur ſomno, vigilacibus excita curis*. Et Parmeno de heri amore, & ſtulto ad Thaidem reditu, contra obfirmatum ejus animum, ait, *Vigilabis laſſus*: & *horſum te adigent inſomnia*.

Quæ lædunt oculos, festinas demere [36]: si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
DIMIDIUM facti, qui cœpit, habet [37]. Sapere aude [38]:
Incipe, vivendi qui recte prorogat horam [39],
Rusticus expectat dum defluat amnis [40]: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.
Quæritur argentum [41], puerisque beata creandis
Uxor, & incultæ pacantur vomere silvæ [42].
Quod satis est, cui contigit, hic nihil amplius optet [43].
Non domus, & fundus, non æris acervus, & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres [44],
Non animo curas. Valeat [45] possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit, aut metuit, juvat illum sic domus, aut res [46],
Ut lippum pictæ tabulæ [47], fomenta podagram [48],
Auriculas citharæ collecta sorde dolentes.
SINCERUM est nisi vas, quodcunque infundis, acescit [49].
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas [50].

36 Ratio est, l. 2 ep. 2 n. 99. 37 Hes. & Plato ut proverbiis utuntur iisdem verbis. Quin Plato addit, Ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. H. Steph. l. 1 Sched. c. 20. 38 Virg. *Aude, hospes, contemnere opes, & te quoque dignum finge deo.* 39 In procrastinantes v. Mart. l. 5 epigr. 69. 40 Fabulam hinc facile conjicias de rustico, qui cum iret faciens ad amnem pervenerat, præstolabatur, donec aqua defluisset, ut per siccum alveum transiret. 41 Pro sapientia quæritur argentum, & corporis bona. 42 Silva hîc sunt agri asperi spinis, lappis, & tribulis. Pro *pacare* Virg. dixit *mansuescere*: quod fit aratro. V. Georg. 1 v. 152. 43 V. p. 140, 20. 44 L. 3 od. 1. 45 *Valere* ad animum & corpus pertinet. 46 *Res*, fortunæ. 47 Vividi maxime colores lippos offendunt. 48 Externa remedia podagram non levant: Ita nec fortunæ bona motus animi componunt. Anacr. Τί ταῦρε βαλλόμεθ' ἴσως Μάχης ἴσως μ' ἐχούσης. 49 Imitatio Lucretii l. 6. 50 Quanto studio

SEMPER avarus eget [51] : certum voto pete finem [52].
Invidus alterius macreſcit rebus opimis [53] :
INVIDIA Siculi non invenere tyranni [54]
Majus tormentum. QUI non moderabitur iræ,
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mens [55],
Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto [56].
Ira furor brevis eſt. animum [57] rege : qui niſi paret,
Imperat [58] : hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
Fingit equum tenera docilem cervice magiſter
Ire viam, quam monſtrat eques [59]. Venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula [60],
Militat [61] in ſilvis catulus. Nunc adbibe [62] puro
Pectore verba puer [63], nunc te melioribus offer [64].

QUO

voluptates fugerint qui inter gentes in excolendo animo toti fuere, ex eorum ſcriptis cumulavit ὁ πανὺ Huet. Alnet. quæſt. l. 3 c. 12. 51 Pub. Syr. *Avaro tam deeſt quod habet quam quod non habet.* 52 L. 3 od. 16. 53 Invidiæ imaginem nuſquam melius videas quam l. 2 Met. Ovid. f. 12. 54 Juſtin. l. 4 de Sicilia, *Singulæ civitates in tyrannorum impetium conceſſerunt, quorum nulla terra feracior fuit.* Teſtes Dionyſii, Agathocles, & Phalaris (ad quem Hor. reſpicit) qui in æneo candentique bove homines torruit, quorum clamores taurorum mugitus referebant. 55 Mur. l. 18. c. 3 Var. lect. in c. Vat. l. *dolor quod ſuaſerit amens.* Et amentem vocat, qui hanc ſcripturam vulgatæ non præferat. Nam quomodo quæ facta ſunt per iram, mens ſuaſiſſe dicetur? H. Steph. in Sched. l. 5 c. 2 quod Muret. non audebat tamen emendare auſus eſt, & pro *& mens* legit *exmens.* Dacier *mentis* ſignificationem ab origine petit, quæ eſt μένος, *animi impetus*, uti *gens* eſt aſὲνος. 66 Juven. *At vindicta bonum vita jucundius ipſa.* 57 *Animus*, θυμὸς, pro animo ira commoto, ut ad orat. pro Marcel. noto. 58 Socrates jam docuerat medium non dari inter bonum & malum, ſapientiam & ſtultitiam, obſequium & tyrannidem. 59 Bruta quoque ut equi, & canes duci ac doceri ſe patiuntur. De illis Ælian. l. 16, 25 refert Perſas eos ad ſtrepitum armorum non ſolum inſtruere, ſed & cadavera paleis referta incitatis objicere. 60 Pellem cervinam catulis monſtrando & incitando ad venationem optime inſtruuntur. 61 Venatio militiæ ſpeciem præbet. Xenoph. ἔοικεν τῇ πολεμικῇ ἐπιστήμῃ ἡ κυνηγετική. 62 Al. male *Adhibe.* 63 Dum purus adhuc a vitiis, vel purgato animo verba ſeu rationes philoſophorum hauri. *Verba, Sermones* ita ſæpe apud Hor. uſurpantur. V. & *argum.* 64 Ducendum ac docendum te præbe.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu [65]. *Quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis:*
Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſto [66].

65 *Animum* vaſis jam comparaverat v. 54. 66 Ludit ex parte Lollium, & egregium quoque ad ſapientiam præceptum tradit. In curſu ſapientiæ alios expectare tardi eſt, & præcedentibus cum impetu inſtare, invidi. Antonin. perfectionem morum ponit, ut non urgeamus nimis, neque ſegnes ſimus: μήτε σφύσιν, μήτε ναρκᾶν.

AD JULIUM FLORUM. III.

Tota bella eſt hæc epiſtola, pura admodum, minimeque ambitioſa, negotialis partim, partim moralis, In ea rogat de Claudio Tiberio Nerone, ubi militet, & quid literati amici ſcribant. Tum Florum ad ſapientiæ ſtudium hortatur, & ad reconciliationem cum Munatio. Scripta eſt A. V. C. 733, æt. Hor. 46, eoque ante od. 4, 14, 15 Lib. 4.

Juli [1] *Flore, quibus terrarum militet oris*
Claudius Auguſti privignus [2], *ſcire laboro.*
Thracane [3] *vos, Hebruſque nivali compede vinctus* [4],
An freta vicinas inter currentia turres [5],
An pingues Aſiæ campi, colleſque morantur [6]:
Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit [7]: *hæc quoque curo,*
Quis ſibi res geſtas Auguſti [8] *ſcribere ſumit?*

1 *Julii* tribules ruſtici & qui civitatem a Jul. Cæſare acceperant, noti ſunt ex auct. qui de nomin. Rom. ſcripſere. Ad hunc eſt epiſt. 2 l. 2. 2 Cl. Tib. Nero erga quem & Druſum paternus Auguſti animus fuit: nam illi imperium reliquit. V. l. 4 od 4. 3 Θρήκη Thracia. Neſciri adeo Romæ non poterat, ubi exercitus moraretur. 4 Od. 25 l. 1 Hebrum hyemis ſodalem vocat. 5 An ad Helleſpontum, hod, *Dardanelles*. Seſton Thraciæ & Abydon Aſiæ urbes 30 ſtadiis ab invicem Helleſponto intermedio diremtæ. *Turres* al. l. *terras*. Certe Græci πύργον, dicunt *Burgum*, unde & oppidani adhuc dicuntur *Burgers*. 6 An detinentur in opima & fertili Aſia? Aſiæ luxum Rom. corrupiſſe v. Flor. 7 In comitatu Tiberii multi erant viri literati. Hos Romani duces ſecum habere ſoliti, ad exemplum, credo, Alexandri M. v. Orat. Cic. pro Archia. Tiberius certe literas dilexit. Aug ad eum, *Vale, jucundiſſime Tiberi, & rem gere feliciter.* Ἐμοὶ καὶ τοῖς Μούσαις σπουδάζεις. v. Suet: in Tib. c. 70. 8 Auguſtus enim *copiæ, conſilium*, & *diver ſuos* præbebat, ut od. 14 l. 4 loquitur. Tib. ſuper hac in Armeniam expeditione quaſi ſua quic-

Bella quis, & paces longum diffundit in ævum 9*?*
Quid Titius 10*, Romana brevi venturus in ora* 11*:*
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus 12*,*
Faſtidire lacus, & rivos auſus apertos 13*:*
Ut valet? ut meminit noſtri? fidibuſne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet 14*, auſpice Muſa?*
An tragica deſævit 15*, & ampullatur* 16 *in arte?*
Quid mihi Celſus 17 *agit? monitus, multumque monendus,*
Privatas ut quærat opes 18*, & tangere* 19 *vitet*
Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo 20*:*

Ne,

quam virtute egiſſet, ſe extulit, cum & ſacrificia propter eam eſſent decreta: ac jam de ſummo imp. cogitabat: Ita enim Dio l. 54 Ὁ δ' ἐν Τιβέριῳ, ἄλλας τε καὶ ἐπινείκιον θυσίαν ἐπὶ τούτῳ ἐψηφίσθησαν, ἐσεμνύνετο, ὡς καὶ κατ' ἀρετήν τι ποιήσας καὶ ἥδηγε καὶ περὶ τῆς μοναρχίας ἐνενόει. 9 Dum Tib. erat in illa expeditione, Auguſtus in Samo multa bella finiebat, & populis multis pacem dabat. Hæc & Tiberii geſta ſcribi vult Horat. 10 Titius Septimius ad quem eſt od. 6 l. 2. Fecit lyrica & tragica carmina. De eo putat Brodæus ceciniſſe Ovid. *Pallade, ſit Titio doctior ille licet.* 11 Cic. *volito ſumma per ora virum.* Videtur ſcripta nondum edidiſſe. 12 Qui Pindari ſtilum & majeſtatem imitari potuit. V. od. 14 l. 2. 13 *Lacus & rivos apertos* vocat Latinos poëtas, qui e Pindari amne ſua derivarunt & cuivis erant in manu: laudatque Florum, ut qui ſciret, quod *tutius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.* 14 An Latine carmina facit ad Pindari imitationem? 15 *Deſævit*, valde ſævit. Tragici enim heroica tractant, & terribilia. 16 Tragicis convenit ſtilus ſeverus inflatus & magnificus. Inde & *cothurnus* & *ſoccus* iis aſcribitur. *Ampulla* λήκυθος, eſt vas rotundum, ventre inflato. 17 Celſus Albinovanus, comes & ſcriba Tiberii qui hac cenſura irritatus, ſed & perſtrictus videtur epiſt. 8. An ab ejus manu ſint epicedium in Mæcen. & conſolatio ad Liviam de morte Druſi, certo dici poſſe non videtur. Hujus enim nomen eſt C. Pedo Albinovanus. 18 Ut de ſe, quæ ſcribit proferat, nec plagiarius appareat. Imitatio autem, uti toto cœlo diverſa a furtis iſtis literariis licita ſemper ac laudi fuit: in qua ſcil. quis ſuus manet, nec alieni beneficii eſſe apparet. Sine illa omnis veterum lectio pene infructuoſa eſt, & nemo magni quid effecit. Plorantibus certe Muſis Parnaſſum conſcendere tentant, qui ſacros illos fontes contemnunt. Ut v. c. Horatium quis bona fide imitetur, probet If. Caſaub. Perſii exemplo in tract. cui tit. *Perſiana Horatii imitatio.* v. epiſt. 19. 19 *Furari.* 20 Ex bibliotheca Palatina, quam Aug. Apollini ac Muſis dedicatam publicavit. Eo ſcripta & imagines doctorum deferebantur. Auguſtum vero ſtatuam ſibi

Ne, si sorte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum,
Furtivis nudata coloribus[21]. *Ipse quid audes?*
Quæ circumvolitas agilis thyma[22]? *non tibi parvum*
Ingenium, non incultum est, nec turpiter hirtum[23],
Seu linguam causis acuis[24], *seu civica jura*
Respondere paras, seu condis amabile carmen:
Prima feres hederæ victricis præmia[25]. Quod si
Frigida curarum fomenta relinquere posses[26]:
Quo te cœlestis sapientia duceret[27], ires.
Hoc opus, hoc studium parvi properemus, & ampli.
Si patriæ volumus, si nobis vivere chari[28].
Debes hoc etiam rescribere, si tibi curæ,
Quantæ conveniat Munatius[29]. *An* male sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur[30]? *at vos*
Seu calidus sanguis[31], *seu rerum inscitia*[32] *vexat,*
Indomita cervice feros; ubicunque locorum

illic posuisse habitu ac statu Apollinis, ut vet. interpr. vult, nusquam inveni. 21 Phædrus hæc finxit de graculo, qui *Pennas pavoni quæ deciderant, sustulit, Seque exornavit; deinde contemnens suos Immiscuit se pavonum formoso gregi. Illi impudenti pennas eripiunt avi, Fugantque rostris. Male multatus graculus Redire mœrens cæpit ad proprium genus: A quo repulsus tristem sustinuit notam.* L. 1 fab. 3. 22 L. 4 od. 2 *Ego apis Matinæ More modoque Grata carpentis thyma per laborem Plurimum* &c. 23 Litotes. Laudat enim Flori magnum, cultum, elegansque ingenium. 24 Cic. in Bruto, *Linguam acuere exercitatione dicendi.* 25 Oratores & poëtæ coronabantur. Docuit hoc Paschal. in de Coronis, tam variis locis, ut mirer Dacierium illud de oratoribus negasse, eoque post *paras* requirere punctum. Vel unus e 15 Met. locus fab. 49 id evincat. 26 *Frigida fomenta* curarum sunt honores, divitiæ. Ep. præc. v. 52. 27 V. epist. 1 l. 1 v. 106 *Sapiens uno minor est Jove,* 28 Amorem patriæque nostrumque, duos humanarum actionum fines statuit. V. Cic. off. 29 Forte hic filius Munatii ad quem est Od. 7 l. 1. 30 Transl. a vulnere, quod coit quidem, sed aut manet cicatrix, aut rescinditur. 31 In odis de se, *Calidus juventa.* 32 Usus rerum, qui docet summum jus urgeri semper non posse, & amici mores nosse, at non odisse nos debere. Quod juvenes, & magis si juris alicujus jam gnari sint, non capiunt.

Vivitis 33, *indigni fraternum rumpere fœdus* 34:
Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca 35.

33 Thraces ac barbari, inter quos jam forte versabantur, fratres dissidere non patiantur. Scilurus Scytharum rex 80 filiorum pater id docuit. Sed nota nimis mitto. 34 Verum solet esse nimis Ovid. illud in ferreo seculo l. 1 met. *fratrum quoque gratia rara est.* Et Virg. *infidos agitans discordia fratres.* Exemplo sunt Polynices & Etheocles. Florus & Munatius, an fratres fuerint, haud liquet, nec scire multum interest. Nominum ratio tamen non vetat: nam & Muræna & Proculeius (at nulla nominum ibi affinitas) germani fuere. 35 Od. 35 l. 1.

AD ALBIUM TIBULLUM. IV.

Albius Tibullus consumtis bonis, & obæratus, æger animi secesserat in fundum. Hor. ut residuis adhuc fruatur, & animi bonis gaudeat, jocoso sui exemplo eum monet.

Albi 1, *nostrorum Sermonum* 2 *candide judex* 3,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana 4?
Scribere quod Cassi Parmensis 5 *opuscula* 6 *vincat*,
An tacitum silvas inter reptare salubres 7,
Curantem quicquid dignum sapiente 8, *bonoque est* 9?

Non

1 P. 65, 1 & 340, 71. 2 Satyrarum & epistolarum. V. præfat. epist. 1. 3 Forte ad Albii nomen alludit, dum candidum vocat. Veteres edituri carmina, amicorum judiciis primum ea committebant: Nec hi in admirationem tantum advocabantur. De art. poët. *Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes, Culpabit duros.* 4 In territorio ad Pedum, fundum habebat. 5 Tibulli graves ac molles elegi celebrati semper fuere. Domit. Marsus in mortem ejus, *Te quoque Virgilio comitem non æqua, Tibulle, Mors juvenem campos misit ad Elysios,* 5 Stultam Cassii festinationem risit p. 375 v. 5. Quintil. vim & acerbitatem ejus laudat, sed plus stomacho quam consilio dedisse ait. 6 Diminutivo per contemtum utitur. Homerus eo nusquam usus est. 7 Hor. l. 2 ep. 2 v. 77 *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes.* Ita & ægri animo solent. Alii male *Silvas Academi* intelligunt. V. Epist. 2 l. 2 v. 45. 8 Academici virtutes sapiente dignas docebant. Horum scripta commendat in Arte poët. v. 309, *Scribendi recte, sapere est & principium & fons. Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.* 9 Sapientem bonumque solet jungere. Epist. 16 *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Cic. 3 Off. recte dicit, *Hæc igitur est illa pernicies, quod alios bonos alios sapientes existimant,*

Non tu corpus eras ſine pectore [10]. *Dii tibi formam* [11],
Dii tibi divitias dederant [12], *artemque fruendi* [13].
Quid voveat dulci nutricula majus alumno [14],
Quam ſapere [15], & fari ut poſſit, quæ ſentiat, & cui
Gratia [16], fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus [17], non deficiente crumena [18]?
Inter ſpem, curamque, timores inter, & iras [19]
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum [20].
GRATA ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora.
Me pinguem; & nitidum bene curata cute viſes [21],
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum [22].

10 *Corpus* & pro homine ſumi, notum e Nep. in Dat. c. 9, & *Pectus* pro intelligentia. Mart, *Et nuſquam in toto corpore pectus erat.* 11 Tibullus forma fuit egregia. 12 Ad Meſſalam divitiarum ſibi fuiſſe ait, *Et domino ſatis & nimium furique lupoque.* v. eleg. 3 l. 3. Sed parum ſolatii ſit habuiſſe. Loquatur ergo potius, ſatis ipſi adhuc reſtare. Certe al. codd. l. *dederunt.* 13 De reſiduis bonis eum loqui neceſſe eſt: nam tam parum vitæ rerumque ſuarum modum tenuit, ut juvenis admodum fere omnia dilapidaverit. Quicquid ſit, duplex dei beneficium, divitias habere, iiſque bene ſcire uti, agnoſcit Salomo Eccleſ. 5. 18. 14 Nutricum pro alumnis vota tanta ſunt, ut Perſ. Sat. 2 de eo dicat, *Hunc optent generum Rex & Regina: puellæ Hunc rapiant, quicquid calcaverit hîc roſa fiat.* 15 Ratio & oratio, σόμα καὶ σοφία, quæ Apoſtolis promittuntur orbem peragraturis, optima dona ſunt. Tibullus *ſapere*, ſeu in fundo, quod ajunt, parcus eſſe, jam fere jubebatur. At quanto plus ſapuiſſet, ſi μέσσοδι φείδεσθαι, *in medio parcere*, ut Heſ. jubet, potuiſſet. 16 Favore & meritis apud magnates. Neſcio quid mali ſub hac *Gratia* Robort. videat c. ult. l. 1 Emend. 17 Sat. 2 l. 2 *in neutram partem cultus miſer.* V. od. 29 l. 3. 18 Tibull. de ſe el. 1 *Me mea paupertas vitæ traducat inerti, Dum meus aſſiduo luceat igne focus.* Catull. alio ſimili utitur, *Plenus ſacculus aranearum.* 19 Ipſe Tib. de ſtatu ſuo ad Meſſalam, *Nunc deſiderium ſupereſt, nam cura novatur Quum memor anteactos ſemper dolor admonet annos. Sed licet aſperiora cadant ſpolierque relictis.* 20 Epicurea conſolatio, Mors adimet tibi dolores. At recte grata dicit, quæ inſperato eveniunt. Ter. Phorm. *Quicquid præter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro.* Mur. ſcriptum putat, *Omnem crede diem tibid illuxiſſe ſupremum*, ſed id jam obſoleverat. Al. l. *deluxiſſe.* 21 Aug. de Hor. *Sed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deëſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, cum circuitus voluminis tui ſit oncodecaſtos, ſicut eſt ventriculi tui.* 22 Epicurus docuerat ſummam voluptatem eſſe ſanitatem corporis

poris & tranquillitatem mentis: vita erat sobria frugalique, ut cum polenta & aqua cum Jove de felicitate certasset, & ita Sen. quoque eum laudat. Epist. 66. *Grex*, seu discipuli oris & ventris voluptati tribuerunt omnia.

AD TORQUATUM. V.

Torquatum vocat ad cœnam frugalem, credulam, nec ἀδεῖπνον seu *inviniam*, ut Apul. verbo utar.

Si potes Archaicis conviva recumbere lectis [1],
Nec modica cœnare times olus omne [2] *patella* [3],
Supremo te sole domi [4], *Torquate* [5], *manebo.*
Vina bibes iterum Tauro diffusa [6], *palustres*
Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum [7].
Sin melius quid habes, arcesse, vel imperium fer [8].
Jam dudum splendet focus [9], *& tibi munda supellex.*
Mitte leves spes [10], *& certamina divitiarum* [11],

Et

1 *Archaïci lecti*, ἀρχαικὰς κλίνας vocat Dion. Hal. & in jure Can. *Palæa* sæpe deprehendas, pro *antiquæ simplicitatis*. Luxus in lectis jam non parum Romæ invaluerat. Hor: vero mediocritatis ac frugalitatis, (nisi quod vini benignior fuerit) mirus amator fuit. Acro, *Archaici fabri* meminit. Sed Acrone hæc indigna vidit Nannius, & Junius Catalogum pictorum male hoc nomine auxit. 2 Herbæ omnigenæ olus, vel totum consumere olus. *Sat.* 1 l. 2 v. 74. 3 Quali & diis dapes offerebantur: unde patellarii dii. 4 Sub vesperam. Nam Torquatus non magis ante vacare cœnæ poterat, quam Mæcenas, l. 2 *Sat.* 7 v. 32. 5 Diu idem hic Torquatus creditus est, cum eo ad quem od. 7 l. 4 sed reclamat Marcil. *Euge! sic mortuum vocat Quintus scilicet.* Is ergo invenit hîc Q. Nonium Asprenatem, qui & Torquatus dictus est. Suet. A. 43 Ego litem hanc meam non facio. 6 Sed v. 13 pro priore sententia decidere videtur. Vina Statilio Tauro, secundum Consule cum Aug. A. V. C. 727, *diffusa*, e doliis, & condita in cadis ad servandum. Nova ergo fuerint. V. l. 1 od. 20. 7 Vina inter Minturnas, Latii urbem, & Petrinum Sinuessanum, montem Sinuessæ vicinum, hod. *Rocca di mondragone*, copiosa nascuntur, sed non optima. 8 Si hac conditione cœnare mecum non vis, arcesse domo vinum melius, vel parari domi tuæ jube. 9 Jam æstas erat v. 11, eoque culinæ ignem intelligit ad cibum & balneum necessarium: nam hoc igni temperabatur, od. 19 l. 3. Nisi hoc malis intelligere ut od. 11 l. 4 *Ridet argento domus.* 10 Eurip. *Alatas spes* dicit. πτηνὰς ἐλπίδας, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας. Soph. spem dicit πολύπλαγκτον, *vagabundam*, si sic loqui liceat. 11 Patroni causarum pro facundia sua (at hæc sine labore & meditatione non acquiri-

Et Moſchi cauſam [12]. *Cras, nato Cæſare* [13], *feſtus*
Dat veniam ſomnumque dies [14]. *Impune licebit*
Æſtivam ſermone benigno tendere noctem [15].
Quo mihi fortuna [16] ſi non conceditur uti?
Parcus ob hæredis curam [17], nimiumque ſeverus
Aſſidet inſano [18]. *Potare, & ſpargere flores*
Incipiam [19]: *patiarque vel inconſultus haberi* [20].
Quid non ebrietas deſignat [21]? operta recludit [22]:
Spes jubet eſſe ratas: in prælia trudit inermem [24]:
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes [25].
Foecundi calices quem non fecere diſertum [26]:
Contracta quem non in paupertate ſolutum [27]?
Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Invitus: ne turpe toral [28], *ne ſordida mappa* [29]

tur) honoraria accipiebant. Ulp. l. 1 par. 10 Dig. De extraord. cogn. Mart. *Dives eris Romæ ſi cauſas egeris.* Contra legum contortores & bonorum extortores Plin. l. 5 ep. 14. 12 Moſchus rhetor, reus veneficii, ut interpretes hic. 13 *Divi Cæſaris natalem intelligit.* Porph. Is incidebat in 12 Julii. Et hoc convenit cum v. 11. 14 Juſtitium tunc erat. 15 Noctem per ſe brevem variis ſermonibus producere. 16 Mur. *Fortunas*: Sed ſine fide codd. ait Torrent. & addo, ſine neceſſitate. 17 Stulta nimis heredis cura Torquatum cruciarit, ſi idem qui od. 7 l. 4. Illic dicit, *Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico Quæ dederis animo.* Eodem ad lætitiam argumento utitur Eccleſ. c. 2 v. 18 &c. 18 *Aſſidere* eſt ſimilis eſſe. *Diſſidere*, contra, od. 21. 2. 19 In ſolemni lætitia menſas, aliaque loca floribus ſparſa fuiſſe, ſæpe not. ſupra. 20 *Miſce ſtultitiam conſiliis brevem Dulce eſt deſipere in loco*, od. 12 l. 4. 21 *Deſignare eſt rem novam facere, in utramque partem, bonam & malam*, Donat. ad Ter. Adel. *modo quid deſignavit?* 22 Od. 21 l. 3 de vino, *Tu ſapientium Curas & arcanum jocoſo Conſilium retegis Lyæo.* Arcana ergo jocularia aperiri ait vino, ut od. 17 l. 1 & l. 5 od. 11 nam laudes ejus hic dicit: contra vitium eſt quod vini dicitur, *Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro*, od. 18 l. 1. 23 Veterum neſcio quis, *Spes res omnes ſpiſſas facit.* V. od. 21 l. 3. 24 Baccho cornua appinguntur, eoque e cornibus olim bibebant, & illum nunc cum tauro comparant, nunc cum pantthera. Athen. l. 11 c. 2, 7. Certe pugnacem fuiſſe narrant Græci, & Indos deviciſſe, V. p. 135, 26. 25 Germani *de pace ac bello in conviviis conſultant: tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.* Tac. de mor. Germ. 26 Mart. *Sobrius nil poſſum, bibenti Occurrunt quindecim poëtæ.* 27 P. 42, 6. 28 Sciebat quod *Plerum-*

Corruget nares [30]*: ne non & cantharus, & lanx*
Oſtendat tibi te [31]*: ne fidos inter amicos*
Sit, qui dicta foras eliminet [32]*: ut coëat par*
Jungaturque pari [33]*. Brutum tibi, Septimiumque,*
Et niſi cœna prior [34]*, potiorque puella* [35]*, Sabinum* [36]
Detinet, aſſumam. Locus eſt & pluribus umbris [37]*:*
Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ [38]*.*
30 Tu, quotus eſſe velis [39]*, reſcribe, & rebus omiſſis,*
Atria ſervantem poſtico [40] *falle clientem.*

rumque gratæ divitibus vices Mundæque parvo ſub Lare pauperum Cœnæ, &c. Od. 29 l. 3 Curat ergo prout agilis erat, ne ſint *illota toralia* lectis ſcil. inſtrata. V. in f. Sat. 4 l. 2. 29 Ergo convivæ non ſemper mappas afferebant. V. d. l. 30 Nares irriſioni dicatæ. Mart. *juveneſque ſeneſque Et pueri naſum rhinocerotis habent.* l. 1 ep. 4 31 *Magna movent ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis Tractavit calicem manibus* &c. d. Sat. 4. 32 Apud Lacedæmones publica intrantibus convivia ſenior fores monſtrans monebat, *Per has ne verbum ullum egrediatur.* Et prov. eſt Græcorum, *Odi memorem compotorem.* Certe Bacchus eſt σύμβολος συνετώτατος, *conſiliarius prudentiſſimus*, cujus eſt tacere. Mart. l. 1 ep. 28 in Apion. 33 Nam *Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi:* Et *convivium ſine amico leonis ac lupi vitam* ait Epict. 34 Prior invitatio, vel melior. 35 Puella potior quam cœna noſtra. 36 G. J. Voſſ. Sabini putat eſſe epiſtolas Ovid. Heroid. vulgo aſcriptas, ut cui tit. Paridis ad Helenam, Helenæ ad Paridem, Leandri ad Heronem, Heronis ad Leandrum, Acontii ad Cydippum & Cydippi ad Acontium. 37 L. 2 Sat. 8 v. 22. Vocatis concedi facile ſolebat plures adducere, vel definire quoti eſſe vellent: eoque imitabantur eos, qui deo alicui ſacra facientes una ſacrificabant diis eodem in templo habitantibus, qui communem habebant aram, licet nominatim eos non appellarent. Plutarch. 38 *Olidas capras* vocat convivas male olentes. Mart. l. 10 ep. 87. 39 Convivarum numerus recte incipit a Gratiarum numero, & progreditur ad Muſarum. Gell. l. 13, 11. 40 *Poſticum* Græce ψευδόθυρον. Græci Romanique libertatis amantiores erant, ut non per poſticam effugere ſemper poſſent. *Antica* vocabant anteriora ædium.

AD NUMICIUM. VI.

Admirabilis, erudita, ac *aurea* hæc epiſtola a variis jure dicta eſt. *Admirabilis*: nam nihil mirari h. e. cupere ac timere copioſe ac mire docet: *erudita*; uti quæ philoſophiæ moralis ac Stöæ myſteria tradit: *aurea*; quoniam aureæ mediocritatis veræque virtutis imaginem eleganter exhibet.

Nil

Nil admirari, prope res est una, Numici;
Solaque, quæ possit facere & servare beatum [1].
Hunc solem, & stellas, & decedentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent [2]. Quid censes munera terræ [3]?
Quid maris [4] extremos Arabas ditantis, & Indos?
Ludicra [5] quid, plausus [6], & amici dona Quiritis [7]?
Quo spectanda modo, quo sensu credis, & ore?
Qui timet his adversa, fere miratur eodem,
Quo cupiens, pacto. Pavor est utrique molestus:
Improvisa simul species exterret utrumque [8].
Gaudeat, an doleat: cupiat metuatve: quid ad rem [9]?
Si, quicquid vidit melius, pejusve sua spe [10],

Defixis

1 Loquitur ad Numicium (forte e patricia illa Numiciorum gente virum) de admiratione vitiosa, quæ ex ignorantia procedit rerum per se minorum amore nostro ac desiderio. Virtus certe nobilius animo nostro objectum est. Illam optimus quisque mirari ac deperire maxime solet. 2 Sunt Philosophi, Epicurus, Democritus, qui ipsum solem & sidera certasque rerum vices ac ordinem sine formidine ac religione intuentur. Excusabiles, si sic docuissent ut creatorem iis longe eminentiorem mirarentur, ac in eo desinerent. Sed pessime exinde collegerunt, neque illa, neque aliud quippiam quod extra nos sit, bonum malumve nobis posse afferre. Socrates plus sapuit, cum mane solem orientem duas per horas admirabundus contemplaretur. 3 Aurum, argentum &c. miraris. 4 *Maris*, munera scilicet, margaritas, quæ nascuntur maxime in sinu Persico, & mari Indico circum insulam Zeilaniæ, quæ priscis forte *Taprobana* est. 5 *Ludicra* apud Liv. aliosque pro ipso ludo & certamine sæpe invenias. Stoici illa, uti Sapientiæ contraria, & neminem sane corrigentia, non mirabantur. 6 Plausus populi oratoribus, & potentioribus Romæ viris in theatrum prodeuntibus frequens fuit. V. l. 1 od. 20. 7 *Quiritis dona* i. e. Quiritium beneficia & honores. p. 350 v. 9. 8 Non minus stulta admiratione tenentur, qui his omnibus adversa, inopiam, contemtum, & sibilos, timent, quam qui divitias & honores nacti ad eorum fulgorem obstupescunt, & de amissione sunt solliciti. Cic. pro Sextio utrosque conjunxit, *Et qui talis rumore tenetur ac ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est.* 9 Uterque enim animo perturbatur. 10 *Spes* etiam pro

Defixis oculis [11], animoque & corpore torpet [12]?
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Ultra, quam satis est, virtutem si petat ipsam [13]?
I nunc: argentum, & marmor vetus, æraque & artes
Suspice [14]: cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem [15]:
Gnavus mane forum, & vespertinus pete tectum [16]:
Ne [17] plus frumenti dotalibus emetat agris
Mucius, indignum, quod sit pejoribus ortus [18]:
Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi [19].

Quic-

metu sæpe. Virg. *At sperate deos memores fandi atque nefandi.* 11 Epod. 5 *fixas pupulas* dixit. 12 *Torpet*, stupet. 13 Adeo admiratio, quæ cupiditatem excitat ac timorem, mala est, nec sapiens & justus insani ac iniqui nomen evitare possint, si virtutem vehementer nimis appetant, sive, ut Ter. ait, *nihil mediocre sapiant.* Cic. 4 Tusc. *Studia vel optimarum rerum, sedata tamen & tranquilla esse debent.* 14 Si & res optimas moderato affectu quærere oporteat, quali studio argentum, vetera marmora, vasa antiqui & artificiosi operis, gemmas, purpuram, nominis celebritatem, & lucra assidua, &c. sectabere? *Artes* hic pro operibus arte elaboratis, v. 13 epist. 1 l. 2 ut od. 8 l. 4. Antiquitatis studium supellectili & frivolis veterum, mitto ingenii eorum monumentis, tantum semper pretium fecit, ut Epicteti lucerna M dragmis, & Protei Stoïci baculus talento venierit. 15 Quod plaudant tibi oratori, v. 7. 16 A summo mane ad vesperam lucrum in foro facere quærito, vel prensato homines ad suffragia eorum emendicanda, quæ v. 7 *dona Quiritis* dicit. Vel de causarum patronis hæc accipe, ut Torrent. vult. Ratio n. 11 epist. præc. 17 Simon Sylvius, ait Dacier, ex ant. c. leg. *me* pro *ne*, indeque infert, Numicium ut ambitiosum cum indignatione rogare, *Me plus frumenti dotalibus emetat agris Mucius?* Et Hor. reponere, *Indignum, quod sit pejoribus ortus, Hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi?* Sed recta verba sic perplexa magis fiunt. 18 Torrent. ait in MSS. ant. omnibus se reperisse *Mutus, & indignum quod sit, pejoribus ortus.* Q. d. Causas toto die age, ne mutus aliquis & indoctus, & te multo ignobilior, sola matrimonii sorte te appareat beatior. Qui *Mucium*, illustris Muciæ gentis nomen, ut bene positum hic tuentur, libertum aliquem eorum fingunt. Sed ex se fingere contra MSS. fidem, & rationem satis eis congruam, si semel liceat, ut Dacier hic vult, quis tandem corrigendi, librisque insidendi finis erit? 19 Hic notam interrogationis e codd. l. Torrent. & jubet sic scribi Dacier.

Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas,
Defodiet, condetque nitentia [20]. Cum bene notum
Porticus Agrippæ, & via te conſpexerit Appi:
Ire tamen reſtat, Numa quo devenit, & Ancus [21].
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. Vis recte vivere? quis non?
Si virtus hæc una poteſt dare: fortis omiſſis
Hoc age deliciis [23]. *Virtutem verba putas* [24], *ut*
Lucum ligna [25]? *cave ne portus occupet alter* [26],

Ne

20 Avarus tam in cumulandis divitiis indefeſſus, dixerat (ut multas ſolent cauſas afferre) ſe æquo animo ignobili obſcurique loci homini poſtponi non poſſe. Jam reſpondet Hor. ita tamen fieri, & fatalem illum eſſe rerum circulum, ut obſcuri & terræ filii eniteſcant, & contra nobiles deprimantur: & hoc e Soph. Ajace v. 656 Απαντ' ὁ μακρὸς κ' ἀναρίθμητος χρόνος Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται, *Omnia longum & infinitum tempus Occulta in lucem producit, & abolet præſentia.* 21 Cum diu ſuſpexerint te in porticibus (qualis erat ſuperbiſſima illa a M. Agrippa facta) ſpatiantem, & viam Appiam multo comitatu & mannis terentem, ibis tamen quo Tullus dives & Ancus. Od. 7 l. 1. Quam bene Sen. *Illi mors gravis incubat Qui notus nimis omnibus, Ignotus moritur ſibi.* 22 Si laboras pleuritide, aut nefritide. Epiſt. 2 v. 37 alio ſimili uſus eſt, *cur quæ ladunt oculos feſtinas demere; Si quid Eſt animum differs curandi tempus in annum.* Lucret. l. 2 *Nonne videre Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi ut cum Corpore ſejunctus dolor abſit, mente fruatur Jucundo ſenſu, cura ſemota metuque.* 23 *Delicias* vocat honores, opes, voluptates, quæ animum ſanare nequeunt. 24 Dum Epicureum hominem refellit, alludit ad Bruti ſuprema verba quæ Dio Herculi quoque tribui refert, *non in re, ſed in verbo tantum eſſe virtutem*, Flor. l. 4 c. 7. Certe virtus paganorum, cum ad rem ventum eſt, cultores ſuos deficiebat. Præclare Paulinus ad Auſon. *Quid enim tenere vel bonum aut verum queant, Qui non tenent ſummum caput. Veri bonique fomitem & fontem Deum? Quem nemo niſi in Chriſto videt.* Et alibi, *Virtus mea non mihi virtus. Si caream virtute dei.* 25 Ut opinio & communis hominum ſermo luco religionem ineſſe, facit, non ipſæ arbores. In ſilvis ſacra facere gentes conſuevere, Abrahamum æmulantes, qui Berſebæ nemore plantato deum invocaſſe legitur. Gen. 21, 33. Sed deus id poſtea vetuit Deut. 16, 21. 26 Occaſiones negotiandi diteſcendique ſolum capta, uti e portorii vectigalis redemtione quæſtus erat uberrimus: nam virtus nihil eſt. Perſ. in f. Sat. 6 in oculis habuit hunc locum, *Mercare, atque excute ſolers Omne latus mundi, ne ſit præſtantior alter*, Sat. 6 v. 79.

Ne Cibyratica [27] *ne Bithyna negotia perdas* [28].
Mille talenta rotundentur, totidem altera: porro
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret acervum [29].
SCILICET uxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia [30] donat:
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venuſque [31].
Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex [32].
Ne fueris hic tu [33]. *Chlamydes* [34] *Lucullus, ut ajunt,*
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus [35],
Qui poſſum tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo
Mittam. Poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque [36]
Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes.
Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,

Et

27 *Cibyra*, Phœnicum lingua *magna*, urbs Piſidiæ erat 100 ſtadiorum in ambitu, in qua 25 urbium erat conventus. V. Bochart. 28 *Bithynia* Aſiæ minoris regio. Hæc tam frequens fuit Romanis negotiatoribus, ut una literarum ſignificatione Mithridates centum & quinquaginta eorum millia trucidaverit. Plut. in Sylla. 29 Perſ. d. l. *Vende animam lucro, mercare atque excute ſolers Omne latus mundi . . . . Rem duplica. Feci: jam triplex, jam mihi quarto, Jam decies redit in rugam* i. e. multiplicatur. Ad acervum logicum, (de quo l. 2 ep. 1 n. 27) vel rotunda M talenta in Athenienſi arce ſemper reſervata, alludi videtur. V. Suidas in Αβυσσος. 30 Ex avari perſona loquitur, qui de pecunia nihil minus ſentiunt ac loquuntur, quam Stoici de virtute. Petr. *clauſum poſſidet arca Jovem.* L. 2 Sat. 3 v. 95. 31 *Suadela*, *Suada*, πειθω perſuaſionis dea. Plut. nuptiarum præſidem quoque facit, eoque Veneri forte hic jungitur. 32 Oſtendere jam vult, quantus in divitiis quærendis ſit labor, & multa petentibus deëſſe multa, & curtæ rei ſemper quid abeſſe: Idque exemplo Cappadocum regis in Aſia minore qui locuples eſt ſervis, (omnes enim ſubditi ſponte ſervi ſunt) ſed æris raram habet copiam. Cic. l. 6 Att. 1 *nihil illo regno ſpoliatius, nihil egentius.* Lucullo ibi verſante bos una dragma, & homo 4 dragmis venit. 33 Sis ditior tali rege: quin tam dives ut Lucullus, qui neſciebat quantum poſſideret: cum ſapienti divitiæ ſuæ ſemper præſto ac notæ ſunt. 34 Paludamenta. 35 A prætore munus populo daturo. 36 Plut. centum chlamydes miſſas, ducentas petitas fuiſſe, refert. Uſum v. l. 2 epiſt. 1 v. 190.

Et dominum fallunt 37, & prosunt furibus 38. Ergo
Si res 39 sola potest facere, & servare beatum:
Hoc primus repetas opus; hoc postremus omittas.
Si fortunatum species 40 & gratia 41 præstat,
50 Mercemur servum, qui dictet nomina 42, lævum
Qui fodiat latus 43, & cogat trans pondera dextram
Porrigere 44, hic multum in Fabia valet, ille Velina 45:
Cuilibet hic fasces dabit, eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur 46. Frater, pater, adde:
Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta 47.
Si bene qui cœnat, bene vivit 48: lucet: eamus,
Quo ducit gula: piscemur, venemur: ut olim
Gargilius 49, qui mane plagas, venabula, servos,
Differtum transire forum; populumque 50 jubebat,

60 Unus

37 *Fallunt*, latent. Plut. in Lucullo Flaccum nostrum ἐπιφάνημα historiæ illi subjecisse ait, εἰς ὁ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν &c. 38 Plaut. *nihil est hic quæsti furibus: ita inaniis sunt oppletæ atque maneis.* 39 Divitiæ. 40 *Species*, splendor, magnificentia. Cic. *Hic meæ vitæ cursus offendit eos forta sse, qui splendorem & speciem hujus vitæ intuentur.* 41 Auctoritas. 42 Primum divitiarum usum monstrat, quod ad honores viam pandant. Emamus, ait, nomenclatorem, qui nomina civium nobis edat. 43 Qui dominos moneat, quo prensare cives ad suffragia possit. Ter. Hec. a. 3 S. 5 Lach. *Dic jussisse te.* Phid. *Noli fodere, jussi.* 44 Nullæ fere moles, trabes, saxorumque pondera in via obesse possunt (v. 73 epist. 2 l. 2) quin ea transiliat, ut prenset manus civium. Ita simpliciter hic locus varie a variis vexatus, videtur vere rectèque explicari. Nec id displiceat V. Cl. Grævio qui exponit *trans pondera* i. e. contra gravitatem. quia & Cic. *pondus* dixit pro *gravitate.* V. Thes. Antiq. t. 2 præfat. Nanni misc. l. 1 c. 11. 45 Nomenclator servus domino suggerit, hic valet multum in tribu Fabia, ille in Velina. Tribus erant 35 Romæ. 46 Hic tantum pollet gratia, ut daturus sit aut ademturus cui voluerit fasces & curule ebur i. e. consulatum, præturam &c. 47 Suadet Horatius ut blandis nominibus patris, fratris, prout civis cujusque ætas est, uratur in iis prensandis. 48 Alter divitiarum usus, lauta mensa. De hac Pers. Sat. 4 v. 17 *Quæ tibi summa boni est? unctæ cixisse patellæ Semper & assi duo curata cuticula sole.* 49 Gargilius inani ductus gloria videri volebat venando cepisse feram, quam tamen ab alio captam pretio emerat. 50 Tan. Faber emendat, & pro *populumque* legit *pontemque* scil. sublicium, quo per forum ad Tusciam ibatur. Nam in seq. v. iterum est vox *populi.*

Unus ut e multis populo ſpectante referret
Emptum mulus aprum 51. *crudi, tumidique lavemur,*
Quid deceat, quid non obliti 52, *Cerite cera*
Digni 53; *remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei,*
Cui potior patria fuit interdicta voluptas 54.
Si, Mimnermus uti cenſet 55, *ſine amore, jociſque*
Nil eſt jucundum: vivas in amore, jociſque.
Vive: vale, ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

51 In Gargilio apparet Ovidianum, *Stultitiam patiuntur opes.* 52 Mox a cibo balnea intremus. Id autem ut inſalubre, ita & turpe erat. Juv. Sat. 1 *Pœna tamen præſens cum tu deponis amictus Turgidus & crudum pavonem in balnea portas. Hinc ſubitæ mortes, atque inteſtata ſenectus.* 53 Digni a Cenſoribus referri in tabulas Cæritum, i. e. a Cenſore infamia notari, ut urbis Cære populus, cui ob defectionem ſuffragii jus, olim una cum civitate ob receptas bello Gallico Veſtales conceſſum, ademtum eſt. Inde *tabulæ Cærites*, in quas Cenſores referebant, queis notæ cauſa ſuffragii jus adimebant. Talis certe eſt qui opes, malorum irritamenta, ſectatur. In hunc convenit quod Philo refert, & M. Antonin. adoptat l. 11 Δοῦλος πίφυκας, ὦ μετεσί σοι χόλε, *ſervus es, jus ſuffragii non habes.* 54 Socii Ulyſſis, qui mactatis contra hujus monitum ſolis bobus, patriam non reviſerunt, ſed naufragio ſunt abſumti. Sup. epiſt. 2 n. 26 55 Tertius divitiarum uſus, quod amori ſerviat. *Mimnermus* Poëta ſenſu vitaque Epicureus, 7 Sapientibus æqualis, aut paulo antiquior, ſcripſit amatoria elegiaca tam ſuaviter & acute, ut Ligyoſtades appellaretur. Propert. l. 1 el. 9 *Plus in amore valet Mimnerni verſus Homero. Carmina manſuetus lenia quærit amor.* Apud Plut. de virt. mor. hoc diſtichon ei aſcribitur Τίς δὲ χάρις, τί τὸ τερπνὸν, ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης; Τεθνάιην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλει. *Quid vita eſt, quæſo? quidve eſt ſine Cypride dulce, Ah peream, cum non ſint ea grata mihi.* V. Miſc. Nannii l. 4 c. 20.

AD MÆCENATEM. VII.

Septima epiſtola adeo elegans eſt, adeo urbana, ut ad ejus virtutes nihil addi poſſe videatur, ait Scal. In illa Mæcenati abſentiam ſuam purgat, ejuſque in ſe beneficia agnoſcit: at his omnibus otium, libertatem, & rationem vitæ frugalem nec ambitioſam aut operoſam præfert.

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum 1, *Sexti-*

1 Diſcedens a Mæcenate ſub finem Julii, 5 ſolum dies in Sabino

Sextilem totum [2] *mendax desideror, atqui*
Si me vivere vis sanum, rectèque valentem:
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti
Mæcenas veniam [3]*: dum ficus prima* [4]*, calorque*
Designatorem decorat lictoribus atris [5]*:*
Dum pueris omnis pater, & matercula pallet [6]*,*
Officiosaque sedulitas [7]*, & opella forensis* [8]
Adducit febres, & testamenta resignat [9]*.*
Quod si bruma nives Albanis illinet agris [10]*:*
Ad mare descendet vates tuus [11]*, & sibi parcet* [12]*,*
Contractusque leget [13]*: te dulcis, amice, reviset*
Cum Zephyris, si concedes, & hirundine prima [14]*,*
Non, quo more pyris vesci Calaber jubet hospes [15]*.*

fundo se mansurum promiserat, ut a rege illo patreque suo, ut eum vocat, diutius secedere honeste posset. 2 *Sextilis*, sextus mensis anni, qui a Martio incipiebat olim, & post id nomen quoque retinuit. 3 Quasi ad recuperandam valetudinem in villam secesserat: nunc utcunque Mæcenati desideratus, ob Caniculæ æstum, ejusque morbos vitandos remorari illic in umbra longius cupit. 4 *Ficus prima* furente Canicula matureſcit. p. 392, 98. 5 *Designatores* hic non sunt ii qui in theatro spectatoribus loca assignant, sed qui choragium, & reliqua ornamenta ad res funebres, ejusque pompam ordinant. Præibant eos, perinde ut lictores ante consules, ministri Libitinæ atrati, vespillones, pollinctores, ustores, sandapilarii, præficæ &c. V. Loens. epiph. l. 3 c. 25. 6 L. 2 Sat. 6 *Autumnusque gravis Libitinæ quæstus acerbæ.* 7 Ita loquitur de officiis mane adeuntium: quæ frequentia & molesta sunt, ea maxime tempestate. 8 Contentio illa, & cursitationes in foro. 9 Mortes adducit. Tum demum testamenta aperiuntur. 10 Si agri circum Romam nive cooperti erunt. 11 Ad maritimam quam urbem, Tarentum forte, *Ver ubi longum tepidasque præbet Jupiter brumas*, l. 2 od 6. 12 Ab officiis illis Romæ præstari solitis. Videtur sub finem vitæ hæc epistola facta. 13 Frigore quasi constrictus, cum corpus se contrahere solet, leget. Crucq. & multi eum secuti male explicant, *contractus leget* i. e. minus leget. 14 Νέα χελιδὼν Prov. Græcum, *nova, prima hirundo*, Aristop. in avib. pro *primo vere*, cujus est prænuncia, & tunc agminatim venit. Inde prov. *Una hirundo non facit ver.* Unde migratoria hæc avis, quæque *tempus nescit*, redeat, nescit Anacr. od. 35, χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος Η Νεῖλο ἤπι Μέμφιν. At a nobis cum aliis avibus Africam petere, notum. V. relationem legati nostri D. Liedekerken apud Aitzemam ad a. 1640 in f. 15 Liberalitatem Mæce-

Tu me feciſti locupletem. Veſcere ſodes.
Jam ſatis eſt. At tu quantum vis tolle. Benigne [16].
Non inviſa feres pueris munuſcula parvis [17].
Tam teneor dono, quam ſi dimittar onuſtus [18].
Ut libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
20 PRODIGUS & ſtultus donat, quę ſpernit, & odit [19].
Hæc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis [20].
Vir bonus, & ſapiens dignis ait eſſe paratus [21]:
Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis [22].
Dignum præſtabo me etiam pro laude merentis [23].
Quod ſi me noles uſquam diſcedere [24]: *reddes*

Forte

natis laudare vult, eumque in deſiderio ſui placare: nam & joco iratos ſedari, Hor. vaferrimus homo noverat. Huc adducit lepidam Calabri hiſtoriam, qui hoſpiti pyra dare vult, quæ ſi recuſet, porcis objiciat. De Calabro quod hæc narret, fabulam non parum ornat, nam ipſe Calaber dicitur Martiali, ejuſque lyra Calabra. 16 *Benigne.* Formula, qua modeſte quid recuſatur. Ita Græci, καλῶς & ἱκανῶ utuntur. 17 Si non tibi, at pueris tuis domum refer. Hæc *apophoreta* vocantur, & olim a convivio dabantur. 18 Tam agnoſco, inquit hoſpes, liberalem tuam oblationem, quam ſi pyris onuſtus abirem. 19 A differentia prodigi & ſtulti liberalitatem Mæcenatis effert. Qui donant de ſuperfluis, aut ſibi ingratis, liberales non ſunt. At qui cum judicio donat, habita ratione perſonæ reique quæ & ſibi in aliquo pretio eſt, is vere liberalis dici meretur. 20 Quæ aliter donantur δῶρα ἀδωρα, *dona non dona* ſunt. Cic. 1 Off. *quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia fecerit, ponderandum eſt. Multi enim faciunt multa temeritate quadam ſine judicio, vel morbo, in omnes, vel repentino, quodam quaſi vento, impetu animi incitati: quæ beneficia æque magna non ſunt habenda, atque ea quæ judicio, conſiderate, conſtanterque delata ſunt.* 21 Huc ſpectat locus Ter. Hec. a. 3 ſc. 2 *Nam qui amat, cui ipſus odio eſt, bis facere ſtulte duco, Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.* Canter. nov. lect. 7, 30. 22 Novit quid donet. *Lupinos* (fabæ genus) pro vera pecunia alter alteri in Comœdia dabant. Plaut. Pœn. A. 3 ſc. 2 Ag. *Agite, inſpicite, aurum eſt.* Col. *Profecto, ſpectatores, Comicum. Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boves. Lupinis* in alea quoque utebantur, ut eſt in Cod. Juſt. 23 Prout laudari per ſe liberalitas tua digna eſt, ita & in immerentem ne collata videatur, efficiam. 24 Ætatem ſuam plus otii minusque officiorum imperare, ait: at craſſe Crucquius accipit mentem ejus, quaſi libere dicat ei, optimam ſe vitæ ſuæ partem Mæcenati impendiſſe.

Forte latus[25] *nigros anguſta fronte capillos*[26]:
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum,
Inter vina fugam, & Cynaræ mœrere proterva[27].
Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam[28]
Repſerat in cumeram frumenti[29], paſtaque rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra.
Cui muſtela[30] procul, ſi vis, ait, effugere iſtinc:
Macra cavum repetes arctum[31], quem macra ſubiſti.
Hac ego ſi compellar imagine, cuncta reſigno[32]:
Nec ſomnum plebis laudo, ſatur altilium[33]: nec
Otia divitiis Arabum[34] liberrima muto.
Sæpe verecundum laudaſti[35]: *rexque, paterque,*
Audiſti coram[36], *nec verbo parcius abſens*[37]:

25 L. 3 od. 10 in f. 26 Exigua frons pulcra cenſebatur. L. 1 od. 33 v. 5. 27 Omnes poëtæ feræ amicæ imperium ſenſere. Mart. l. 8. ep. 73 *Non me Peligni, nec ſpernet Mantua vatem, Si qua Corinna mihi, ſi quis Alexis erit.* 28 Poterant forte objicere paraſiti, niſi ſatis proſpectum foret in longinquum, iiſdem adhuc in officiis aſſiduus eſſes. Hoc ergo faceto de vulpe apologo eos uti facit, cui mox reſpondet. 29 Dacier cenſet leg. *cameram frumenti*, quo pulli, & columbæ, eſca vulpium, advolant. Sed *cumera*, vas eſt quo tenuiores frumentum condebant, ut Sat. 1 l. 1 vidimus: & quid in hac vulpes? Hieron. fabulæ ſic meminit; *Docet Æſopi fabula plenum muris ventrem per anguſtum foramen egredi non valere.* Muri cumera melius certe convenient, quam vulpi. 30 Muſtelam columbas, & pullos quoque amare, notum. 31 *Cavum*, *rima*, cameræ convenit, non cumeræ. 32 Si fabula hæc narratur de me, reſigno reddoque quæ a te accepi. Didicerat illud Antonini, Ἀτυφῶς μὲν λαμβάνειν, εὐκόλως δ' ἀφίεναι, *recipere ſine faſtu, & reddere ſine dolore.* Oſtendit hic ſe Mecænatem non coluiſſe eo pretio, ut libertas ſibi periret. Talem enim non fuiſſe apparet, cum nec Auguſto a libellis ſcribendis eſſe, & ad regiam ejus menſam accedere vellet. V. od. 29 l. 1. 33 Ita vulgo dicitur, *Qui ſatur eſt pleno laudat jejunia ventre.* Hic ſatietatem & ſomnum opponit, ratione non obſcura. 34 V. od. 29 l. 1. 35 Nam ſi & plura voluiſſet, Mæcenas nec dare denegaſſet. At Hor. ſatis beatus unicis Sabinis. Od. 18 l. 2. 36 Præſens honoratus a me & amatus fuiſti ut rex, & pater, *Regem* ſæpe dixit ob genus: *Patrem*, dum forte, ut Thais apud Ter. pitiſſando vinum abſumeret, dicendo, hoc acre, hoc lene, pater. 37 Id recti animi ſignum, *qui præſens abſenſque idem erit*, ut eſt in Ter. V. tamen Sat. 2 v. 25.

Inſpice, ſi poſſum donata reponere lætus.
Haud male Telemachus proles patientis Ulyſſei [38],
Non eſt aptus equis Ithacæ locus [39] *: ut neque planis*
Porrectus ſpatiis, nec multâ prodigus herbâ [40],
Atreide [41], *magis apta tibi tua dona relinquam.*
PARVUM parva decent: *mihi jam non regia Roma* [42],
Sed vacuum [43] *Tibur placet, aut imbelle* [44] *Tarentum.*
Strenuus [45], *& fortis, cauſiſque Philippus* [46] *agendis*
Clarus, ab officiis octavam [47] *circiter horam*
Dum redit, atque foro nimium diſtare Carinas [48]
Jam grandis natu queritur: conſpexit, ut ajunt,
Adraſum [49] *quendam vacua tonſoris in umbra* [50]
Cultello proprios purgantem leniter ungues [51].
Demetri (puer hic non lævè juſſa Philippi

Acci-

38 Telemachus Ulyſſis filius reſpondit Menelao ſibi equos dare volenti, haud ſibi aptos eſſe. Odyſ. 4. v. 601. 39 Tibur Horatio Ithaca eſt, ubi quæ acceperat tam parum erant illi utilia, quam Telemacho equi in Ithaca, parva Ionii maris inſula. Cic. dixit *Ithacam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidum affixam.* Quin ab Hebr. *Athac, durus*, Athacam ſeu Ithacam deducit Bochart. V. p. 423, 4. 40 Hæc e d. l. v. 605 expreſſa ſunt. 41 Menelae. 42 *Omitte mirari beatæ Fumum & opes ſtrepitumque Romæ.* Od. 29 l. 3. Roma urbium princeps jam ipſi erat, quod Telemacho Sparta. 43 Otioſum, vel ſolum. 44 Voluptatibus quam bello aptius. 45 Longa narratione, & cum qua definit epiſtola, docet craſſos etiam homines otium vitamque non operoſam amare. 46 L. Marcius Philippus vir conſularis ac cenſorius, ingenio facundia & opibus præclarus, verbo, ſocer Auguſti, qui gloriabatur ſe ſine ullo munere aſſecutum, quæ ampliſſima habentur, quemque eloquentia florentiſſimum civitatis vocat Cic. 47 Noſtram ſecundam meridianam. 48 Vicus longus & curvus uti eſt carina. Ibi & Pompeius habitabat, eoque Virg. *Lautas carinas* vocat. 49 *Adraſum*, liberrum. Plaut. Amph. ſc. 1 *quod ille faciat Jupiter ut ego hic hodie raſo capite calvos capiam pileum.* Petron. de liberto Trimalcione, *pallio coccineo adraſum incluſerat caput.* Servi ſolebant χείρεσθαι περιτρόχαλα, *tonderi in orbem.* 50 In tonſtrina. Umbra, σκιὰ, pro officina. 51 Otioſus ab animo & opere. Viles tantum ungues ſibi curtabant. Cæteri per tonſorem, aut cubicularium ſervum. Plaut. Aul. 4, 2 *quin ipſi pridem tonſor ungues dempſerat; Collegit, omnia abſtulit præſegmina.* Tib. l. 1 el. 8 ait dominas ſuos *ungues Artificis docta ſubſecuiſſe manu.*

Accipiebat 52) *abi, quære, & refer: unde domo* 53,
quis 54,
Cujus fortunæ, quo ſit patre, quove patrono.
It, redit, & narrat, Vultejum nomine Menam 55,
Præconem 56, *tenui cenſu, ſine crimine notum,*
Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti 57,
Gaudentem parviſque ſodalibus 58, *& lare certo* 59,
Et ludis 60, *&, poſt deciſa negotia, campo* 61.
60 Scitari libet ex ipſo, quodcunque refers. Dic
Ad cœnam veniat. Non ſane credere Mena:
Mirari ſecum tacitus. Quid multa? benigne 62,
Reſpondet. Negat ille mihi? negat improbus 63, *& te*
Negligit, aut horret 64. *Vultejum mane Philippus*
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello
Occupat 65, *& ſalvere jubet prior. Ille Philippo*
Excuſare laborem, & mercenaria vincla 66,
Quod non mane domum veniſſet 67: *denique, quod non*
Prævidiſſet eum. Sic ignoviſſe putato
70 Me tibi, ſi cœnas hodie mecum. Ut libet. Ergo
Poſt nonam venies 68. *nunci: rem ſtrenuus auge.*

52 Parentheſes hodie merito explodunturur. 53 *Unde domo.* Virg. *qui genus? unde domo?* 54 Cujus fortunæ. 55 *Vultejum Menam*, ſeu *Menodorum.* p. 424, 15. 56 Talis & pater Horatii fuit. Comparatio ergo ſatis juſta eſt. 57 Ait ſe, cum tempus ita fert, properare, rurſumque ceſſare; colligere, & collectis uti. Singulis vero rebus ſuum tempus eſt. 58 Æqualibus: nam inter pares optima conſtat amicitia. 59 Non ergo eſt ut Menius, *Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret.* 60 Spectaculorum. 61 Campo Martio, ubi juvenes ſe exercebant. L. 1 od. 8. 62 N. 16. 63 *Improbus*, pertinax. Virg. *labor omnia vincit Improbus.* 64 *Horremus* ſancta & magna. 65 Supervenit ei vendenti tunicato ſeu vili popello ſcruta, v. *rummelarie*: illud enim præconis erat. Mart. l. 1 ep. 86. Sine toga honeſtiores non prodibant. Pœna erat ſub Auguſto, cum pro delictis ante Prætorium tunicati per totum diem ſtabant. Suet. c. 24. 66 Tam præco ille curat minima, quam negotiator magnus maxima negotia. 67 Ad gratias agendas pro heſterna vocatione. 68 *Poſt nonam*, noſtra tertia, quæ cœnæ dabatur.

Ut ventum ad cœnam eſt: dicenda, tacenda locutus 69,
Tandem dormitum dimittitur. Hic ubi ſæpe
Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum,
Mane cliens, etiam certus conviva 70: *jubetur*
Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis 71.
Impoſitus mannis, arvum, cœlumque Sabinum
Non ceſſat laudare 72. *Videt, ridetque Philippus,*
Et, ſibi dum requiem, dum riſus undique quærit,
Dum ſeptem donat ſeſtertia 73, *mutua ſeptem*
Promittit: perſuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra,
Quam ſatis eſt, morer, ex nitido 74 *fit ruſticus, atque*
Sulcos, & vineta crepat mera 75: *præparat ulmos* 76,
Immoritur ſtudiis, & amore ſeneſcit habendi.
Verum ubi oves furto, morbo periere capellæ 77:
Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arando:

Offen-

69 Ἀπειράκαλοι, & vulgus illud hominum, quod in buccam venit, certe poti paulum, proſit obſit, effutiunt. 70 Cum ſemel de lauta mensa, ut piſces de eſca, guſtaſſet, jam domicœnio laboret, ut Marr. ait, niſi ad illam ſemper veniret. Mane quoque, ut clientes ſolebant, ſalutatum aderat Philippo jam patrono ſuo: Immemor interim quantum libertati ſuæ periculum arceſſeret. 71 Feriæ erant indictæ ſeu conceptivæ: nam Coſ. pro arbitrio in certam quam diem eas indicebat: Latinæ celebrabantur in monte Albæ (Roma pene ſola relicta) ad memoriam pacis cum Latii populis factæ. De aliis feriis ſtatis, imperativis, & nundinis Al. ab Al. l. 5 c. 7. 72 Ut hoſpes, Sabinos agros valde laudat. Et non immerito. Cic. ad Att. ait Reatinos ſe ad Tempe ſua duxiſſe. Illic *roſeus campus*, *roſea rura*, in quo, teſte Varrone, veſperi relicta pertica mane non appareret propter herbam. 73 *Septem ſeſtertia* i. e. ſeptem millia ſeſtertium: pro hoc demum pretio agellus emi poterat. P. 325, 15. 74 *Ex nitido* i. e. bene paſto potoque ad menſam Philippi. 75 *Crepat vineta mera*, nihil loquitur niſi de vinetis, uti jam magnus dominus. Vitem enim habere non ſemper & cuivis licuit. p. 65, 7. 76 Ut maritet vitibus. Pag. 238, 8. 77 *Capellæ* morbis obnoxiæ. Varro, *Capras ſanas ſanus nemo promittit: nunquam enim ſine febri ſunt.* Eoque pro ſola venditionis die moneri ſolebat nihil vitii vel morbi ſubeſſe. Gaberius eques Rom. lucrum denarii e ſingulis earum capitibus ſperans (habebat autem mille) *brevi omnes amiſit morbo.*

Offensus damnis 78, *media de nocte caballum*
Arripit 79, *iratusque Philippi tendit ad ædes.*
90 Quem simul aspexit scabrum intonsumque 80 *Philippus,*
Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris
Esse mihi 81. *Pol, me miserum, patrone, vocares,*
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen.
Quod te per genium 82 *dextramque* 83, *deosque penates*
Obsecro, & obtestor, vitæ me redde priori.
Qui 84 simul aspexit, quantum dimissa petitis
Præstent: mature redeat, repetatque relicta.
METIRI se quemque suo modulo, ac pede, verum est 85.

78 Od. 11. 3 *Desiderantem quod satis est* &c. 79 Jam homo iratus est. 80 V. n. 51. 81 Ita fere Chremes Menedemum, parcum hominem, compellat in Heaut. Ter. 82 Servi, clientes, per patroni genium, & ancillæ per heræ Junonem jurant. Sen. ep. 12 de colono suo ait. *Per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam suam.* epist. 2 l. 2 v. 187. 83 Ei inest religio quædam. v. orat. pro Dej. c. 3 nota 5. 84 *Qui.* An ille est Philippus Menæ votis respondens, reddensque eum vitæ priori? An vero Horatius Mæcenatem sententiose ita compellans? Sed prius magis placet: ità enim, optime & quemadmodum vult, scenæ præconis illius, suique simul deservit: nisi consulto hoc in ambiguo reliquerit. Certe non obsit mihi quod 3 hos versus, tanquam sine nexu illo sententiosos, distinxerim. Nam & pluries id feci, speroque æquos rerum æstimatores oculis proinde non dolituros. 85 *Pes*, mensuræ genus est apud Frontinum. *Verum* pro justo sæpe antiqui dixerunt. Sententia hæc vera ac sapiens in templo Apollinis Delphici scripta fuisse dicitur iis queis Pind. utitur verbis, in 2 Pyth. χρὴ δὲ κατ' αὐτὸν αἰεὶ πάντος ἐᾶν μέτρον, *In omnibus sua se mensura metiri decet.* Vitium vero est sui se normam facere, ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετρεῖν, ut S. Paul. 2 ad Cor. c. 10. Pers. Sat. 4 Horatii mentem, ut solet, percepit, cum dicit, *Tecum habita, & noris quam sit tibi curta supellex.*

AD CELSUM ALBINOVANUM. VIII.

Epist. 3 v. 15 dixerat Celsum esse monendum ne alienis superbiret plumis. Hoc male habebat virum. Hîc illi scribens, levitatis & arrogantiæ eundem arguit, sub sua tamen persona. *Eo enim ingenio Vulpecula hæc*, Horatius sc. est, *ut vitia sibi ipse tribuat, ut in aliis tanto liberius reprehendat*, Scal.

Celso gaudere, & bene rem gerere Albinovano [1]
Musa rogata, refer [2], *comiti, scribæque Neronis* [3].
Si quæret, quid agam: dic, multa, & pulchra minantem [4],
Vivere nec recte [5], *nec suaviter* [6]: *haud quia grando*
Contuderit vites [7] *oleamque momorderit æstus* [8]:
Nec quia longinquis armentum ægrotet in arvis [9]:
Sed quia mente minus validus, quam corpore toto,
Nil audire velim, nil discere, quod levet ægrum.
Fidis offendar medicis [10], *irascar amicis,*
Cur me funesto properent arcere veterno [11]:
Quæ nocuere sequar: fugiam, quæ profore credam:
Romæ Tibur amem ventosus [12], *Tibure Romam* [13].
Post hæc, ut valeat: quo pacto rem gerat, & se:

Ut

1 Χαίρειν καὶ εὐπράττειν. De *Celso* d. v. 15. 2 Ἐτῶ *refer*, videtur Celsum literas ad se dedisse. 3 d. l. n. 17. 4 Minari, promittere. V. Indic. 5 Secundum virtutis normam. 6 Epicurus ipse suavem vitam cum recta conjunxit. 7 Sub his exemplis sacri prophanique scriptores mala quæ nobis eveniunt complecti solent. V. Od. 1 l. 3. 8 Frigus & æstus oleæ nocet. Col. l. 4 c. 8 *Nulla ex his generibus aut perfervidum, aut gelidum statum cœli patitur.* 9 Uti in Calabria, quo ob frigus fugiendum, aut in Lucania ob æstum vitandum, pecus mittebant. p. 256, 16. 10 *Medicos* philosophos recte appellet, si de ægritudine animi sui hic loquatur. At Celsum urit qui consilium suum respuebat. Hanc pungendi artem in Demost. Olynt. 1 notat etiam Ulpian. v. n. 46 ad Pis. 11 *Veterno* i. e. pertinacia. Catull. ep. 17 de veterno suo, *Talis iste meus stupor, nil videt, nihil audit. Ipse qui sit, utrum sit, an non sit, id quoque nescit. Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum, Si pote stolidum repente excitare veternum. Et supinum animum in gravi delinquere cœno, Ferream ut soleam tenaci in voragine mula.* Ita vel optimi e paganis, quia sine deo certaque spe vivebant, cruciati sunt: adeo ut *Virtutem videant, intabescantque relicta.* 12 Barth. in perant. cod. pro *ventosus* l. *venturus*. *Ventosos* vocant Latini inconstantes. Ita Cic. Lepidum vocat *ventosissimum*: & Hor. epist. 19 *ventosam plebem* dicet. 13 V. f. Sat. 7 l. 2 ubi servus similem exprobrat levitatem. Ennius incertum illum animum vitamque vocat *præter propter vitam vivere*. V. Gell. 19, 10. Horat. tamen constare sibi se ait epist. 14 v. 16.

Ut placeat juveni [14] *percontare, atque cohorti* [15].
Si dicet, recte: primum gaudere, ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento [16],
Ut tu fortunam, ſic nos te, Celſe, feremus [17].

14 Juveni Tiberio Neroni. V. d. epiſt. 3 & Sequ. 15 *Cohorti*, comitibus Tiberii. 16 Tranſl. a pretioſo liquore, vel vaſculis, quæ nimiam ſuperfuſam copiam reſpuunt, ſed quæ leniter infundas recipiunt. Ita certe cum animis noſtris comparatum eſt. 17 Videtur Celſus in ſcribatu iſto & comitatu ſe extuliſſe: nam, *ut res noſtræ ſunt ita excelſi atque humiles ſumus.* Ter. Et Philoſophus, ſine virtute felicitatem haud facile ferri, docet. Horatius ergo libere hic ait, ſi tu fortunam non bene feras, nec tibi mecum bene erit. Clamat quaſi, *Cave, cave, namque in malos aſperrimus Parata tollo cornua.*

AD CLAUDIUM NERONEM. IX.

Hæc epiſtola eſt commendatitia ad Cl. Tib. Neronem pro Septimio, Horatii amico, in qua & ſuæ apud juvenem principem gratiæ, & periculi e commendatione, rationem ſervat cautiſſimam ſimul ac jucundiſſimam. Tempus ſcriptionis forte idem quod epiſt. 3.

Septimius [1], *Claudi* [2], *nimirum intelligit unus* [3],
Quanti me facias. Nam cum rogat, & prece cogit [4]
Scilicet, ut tibi ſe laudare, & tradere [5] *coner,*
Dignum mente, domoque legentis honeſta Neronis [6],
Munere cum fungi propioris cenſet amici [7],

Hh 5 *Quid*

1 Epiſt. 3 n. 10. 2 Ibid. n. 2. 3 Singula verba ſpirant jocum. *Nimirum, ſcilicet*, ſic in Comicis nota verba ſunt. 4 Preces amici quaſi armatas, ſeu προδαναγκην dicit. Certe *cogit rogando., qui rogat potentior.* Horatius vero hic ſolum monſtrat, quam ſit ipſi *amicitiæ ſanctum ac venerabile nomen.* Plus faciet, quam ex hodierna formula, *rogatus rogo.* 5 Ita importunus ſibi obvius rogat Sat. 9 l. 1 v. 47. *Hunc hominem ſi velles tradere*, i. e. introducere, & inſinuare Mæcenati. 6 Dignum ait Septimium benevolentia & familia Neronis, qui honeſtos ſolum eligit & ad ſe admittit. Certe non turpis Tiberii juventus, & initium quoque imperii fuit. 7 Putat Septimius me intimæ apud te admiſſionis eſſe. Romani multos amicorum gradus fecere. Sen. de Ben. 6, 34 *primus omnium Gracchus & mox Livius Druſus inſtituerunt ſegregare turbam ſuam, & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios cum univerſis.* Tiberius amicos in 3 claſſes diviſit, & eum ſecuti imperatores id renovarunt. Suet. c. 46 & jam ante ſub Aug. c. 10 Lamprid. in Alex. c. 20. Et hic mos in aulis bene

Quid poßim videt, ac novit me valdius ipſo.
Multa quidem dixi, cur excuſatus abirem [8]:
Sed timui, mea ne finxiſſe minora putarer,
Diſſimulator opis propriæ [9]: *mihi commodus uni.*
[10] *Sic ego majoris fugiens opprobria culpæ* [10],
Frontis ad urbanæ deſcendi præmia [11]. *Quod ſi*
Depoſitum laudas ob amici juſſa pudorem:
Scribe tui gregis hunc [12], *& fortem crede, bonumque* [13].

ordinatis, quin & magnatum domibus, adhuc viget. 8 Commendatitiam non dare quidem conatus erat. 9 *Quod non poteſt vult poſſe qui nimium poteſt.* Hoc odioſum apud principes. At non minus, qui ſui juris & beneficii tantum eſſe cupit. 10 Tanquam amicus eſſem parum officioſus, vel Epicureus, qui ἰδιοπάγμων ſolum habetur, & ſuâ omnia voluptate metitur. V. Cic. l. 7 epiſt. 12. 11 Frontem depoſui, *infantem pudorem* (ut l. 1 Sat. 6 vocat) abjeci, uti urbani, faceti ac ſcurræ ſolent, ut aliquis apud te viderer. Nam vox *Urbanus* pro faceto, dicace, & mimo ſæpe uſurpatur, qui non alio pretio tales eſſe poſſunt, quam ſi diſcant nullam ob rem erubeſcere. Cic. ait epiſtolam non erubeſcere. Certe *ruſticus pudor* exitioſum virtutibus & apud principes non leve malum eſt. V. Plut. tract. de δυσωπία. 12 Rem ipſam, grata principi brevitate, dicit, *Comitem fac tuum.* Hi cibariis & pecunia ſuſtentabantur. d. c. 46 in Tib. 47 Rom. qui omnia in fortitudine ponebant, bonum & fortem juxta habebant. Ter. *cavit ne unquam infamiæ Eas res ſibi eſſet, ut virum fortem decet*, V. epiſt. 18.

AD FUSCUM ARISTIUM. X.

Ubique de laudibus ruris uti ſcribit, ita hic maxime: idque contra Fuſcum Ariſtium, qui abſentiam ejus, ut multi ejus amici ægre ferebant.

Urbis amatorem Fuſcum [1] *ſalvere jubemus*
Ruris amatores: hac in re ſcilicet una
Multum diſſimiles, ad cætera pœne gemelli [2].
Fraternis animis, quicquid negat alter, & alter [3],
Annuimus pariter vetuli, notique columbi [4].

Tu

1 Od. 22 l. 1 & Sat 9 l. 1 *ecce Fuſcus Ariſtius occurrit mihi carus.* 2 Pares. Ita Græci ἀδελφὸν pro *ſimili*. V. l. 2 Sat. 3 v. 243, 3 Sall. *Idem velle atque idem nolle ea demum firma amicitia eſt.* 4 Columbi fide-

Tu nidum ſervas [5] *: ego laudo ruris amœni*
Rivos, & muſco circumlita ſaxa [6], *nemuſque.*
Quid quæris [7]*? Vivo, & regno* [8], *ſimul iſta reliqui,*
Quæ vos ad cœlum effertis rumore ſecundo [9].
[10] *Utque ſacerdotis fugitivus, liba recuſo* [10] *:*
Pane egeo, jam mellitis potiore placentis [11].
Vivere naturæ ſi convenienter oportet [12],
Ponendæque domo quærenda eſt area primum [13],
Noviſtine locum potiorem rure beato [14]?
Eſt ubi plus tepeant hyemes? ubi gratior aura [15]
Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis [16],
Cum ſemel accepit Solem furibundus acutum?

---

les in amore mutuo: de Venere non putem eum loqui. Expeditum hoc foret, ſi fabula Fontani 165 de duobus columbis, uno caſæ affixo, & altero peregrinante, Horatio fuiſſet nota. 5 Romam. Gell. *nidum migrare* dixit. 6 Virg. *muſcoſos fontes* dixit. Catul. *Rivus muſcoſo proſilit e lapide.* Horatius ad imagines rerum in animo formandas, cum quid deſcribit, ubique mirus. 7 Rationem reddituri dicebant, *Quid quæris?* Cic. ad Att. l. 2 ep. 1 *Verum præclare Metellus impedit & impediet. Quid quæris? eſt conſul,* φιλόπατρις, *ut ſemper judicavi, natura bonus.* 8 Sat. 6 l. 2 cum in fundum venit exclamat, *O noctes cœnæque deum.* Hic rure demum ſe vivere, & regnare, ſeu libertate uti, jactat. Sen. in Hippol. a. 2 dicit de ruſticante, *Et teſte cœlo vivit.* 9 *Fumum & opes ſtrepitumque Romæ.* Od. 29 l. 3. 10 Servi ſacerdotum faſtidiebant liba, ob uſum nimis frequentem. Non ſolos enim deos libis ſacrificiiſque fuiſſe gaviſos v. p. 177, 4, & paſſim *pontificum cœnæ*, deliciæque, notæ. p. 121, 25. *Liba ſacerdotum*, & *crambe recocta*, cur non in ſimili fere ſenſu proverbia ſint, non video; quanquam nemine ad hoc, quod ſciam, præeunte. 11 *Pane egeo* i. e. deſidero panem. Ita ſup. *Si plauſoris eges*: ſi cupias plaudi tibi. Non autem dulcibus delectatur, qualia erant liba, ſtomacho certe non ſic convenientia, ut panis. 12 Prius illud, ſe vivere probat. *Vivere bene, beate, ſibi, intra fines naturæ, convenienter naturæ*, ſynonyma fere ſunt Horatiana, queis Stoicorum ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν exprimit. Cic. 1 de Leg. *Sed certe ita ſe res habet, ut ex natura vivere ſummum bonum ſit, i. e. vita modica, & apta virtute, perfrui.* 13 Prima cura domus eſſe debet, ſi naturæ convenienter vives. Heſiod. *Arare, plantare, & ædificare conjunxit*: Sed Οἶκον μὲν πρώτιστα, inquit. 14 Beatum rus eſt, Varrone teſte, *in bona regione, quæ bonum cœlum habeat & bonum ſolum.* 15 *Æſtate habeat umbram, hyeme ſolem.* 16 Æſtum Caniculæ, Leonis, menſe Julio. V. od. 17 l. 1 At notandum quod *Rutilæ canes immolantur, ut ait Ateius Capito, canario ſa-*

Eſt ubi divellat ſomnos minus invida cura [17]?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis [18]?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum [19],
Quam, quæ per pronum trepidat cum murmure rivum [20]?
Nempe inter varias nutritur ſilva columnas [21].
Laudaturque domus, longos quæ proſpicit agros.
Naturam expellas furca, tamen uſque recurret [22],
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix [23].
Non qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum [24],

Certi-

crificio pro frugibus deprecandæ ſævitiæ cauſa ſideris Caniculæ. Feſtus. 17 *Somnus agreſtium Lenis virorum.* Od. 1 l. 3. 18 Nonne viridis herba Libyco ſeu Numidico marmore melius olet ac nitet? 19 An aqua per canales tuboſque plumbeos per vicos ſeu regiones (quod Romæ multa cum pecuniæ profuſione fiebat) purior eſt? 20 *Trepidare* eſt feſtinare. Od. 3 l. 2 *& obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo.* 21 Quam ſilva, & arbores, & proſpectus virides ſint grata, probant in urbe tot ædes, intra quas, quin & ſuper quas, ſilvæ quoque nutriuntur: erantque iſtiusmodi ædes Romæ 1780. Super domos fuiſſe ſilvas negat Dacier, quod apud Vitruv. mathematicus rideat pictorem qui columnas in tecto ædium pinxerat. Sed V. Lipſ. magnit Rom. l. 3 in f. ſupra p. 87 n. 15. 22 *Tranſlatio*, ait Eraſmus, *a ramis, quæ appoſita furca torquentur alio quam natura poposcerat: qua ſublata rurſum vergunt eodem quo prius.* Sed *furca expellere*, pro *cum vi & iguominia expellere*, propius vero videtur. Juv. *tamen ad mores natura recurrit Damnatos, fixa & mutari neſcia.* In hortos inducti ſemel, & inde expulſi, eodem tamen regredi omnes amamus: Quamvis *Nemo lubenter repetit quii læſit locum*, ut Phæd. ait. Quin Plato poſt mortem quoque in pratis animas deliciantes exhibet, & Virg. id imitatur. *Conſpicit ecce alios dextra lævaque per herbam Veſcentes* &c 23 Natura ſapientior, paucis contenta, vincet ac damnabit faſtidioſam luxuriem divitum pleraque male expetentium. Barth. e gloſſ. ant. l. *faſtigia*, ſummitates deliciarum, quæ & mala dicit. Torrent. in omnibus expertæ fidei codd. *faſtigia* legit, & eadem ſæpe manu aſcriptum *faſtidia*, *Natura*, inquit, *mala* ſeu pervicax vel *perrupto faſtigio*, i. e. contemta quavis dignitate ac copia, ſi non vi, at furtim & clam aditum ſibi patefacit. 24 Jam ſecundum illud, *Ruere ſe regnare*, probat, dum præjudicia tollit. Huc facit purpuræ veræ & falſæ comparatio. Tò *contendere* purpuram Aquinatem Sidonio oſtro, in dandi caſu, ut Græci dicunt *certare*, vel pro *comparare*, cum ablat. poſſit intelligi. Cic. in Catil. 2 c. 11 *Si ipſas cauſas, quæ inter ſe conſligunt, con-*

Certius accipiet damnum, propiusve medullis [25],
Quam, qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectavere secundæ,
Mutatæ quatient [26]. Si quid mirabere, pones
Invitus. FUGE magna: licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos [27].
Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit:
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frænum depulit ore [28].
SIC, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus [29], atque
Serviet æternum: quia parvo nesciet uti.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim [30],

Si

tendere velimus. Aquini, Latii urbe, Sidonis aut Tyri optimam quidem purpuram imitabantur, illaque fallere imperitos etiam poterant: nam, ut Cic. ait, *nil liberale unquam habuit officina.* 25 Transl. a morbis & venenis. Cic. in Cat. 2 *Periculum autem residebit & erit inclusum penitus in venis atque visceribus reip.* 26 Eoque ne quis commoveri possit facile, epist. 6 præcepit *nil admirari:* huc Ofelli historia deservit Sat. 2 l. 2. 27 Testis ille Corycius Virgilii senex 4 Georg. v. 125 qui in sterili exiguoque rure *Regum æquabat opes animis.* 28 Fabula 5 versibus hic tradita, de equo hominis auxilium implorante contra cervum, qui pascua, quæ equus solus habuerat, corrumpebat, & de fræno cum sessore accepto, quibus & semper paruit equus, usus est Stesichorus ad Hymæros, cum Phalari, summo duci cum libera agendi potestate creato, satellites quoque dare vellent. Arist. 2 rhet. c. 20 Phædrus, l. 4 f. 4 & Gabrias equi & apri exemplo utitur. Horatii applicatio felix & aperta est. Animus ipsi est equus, qui frænum ac sessorem recipit: homini equum frenanti respondet opum cupiditas; cervo extrudendo res angusta domi, quam nisi quis æquo animo tulerit & expellere fategerit, servitutis jugum sibi attrahit. 29 *Improbus* sc. factus. Ita Val. Max. Ptolomæus Cypri *rex insulæ titulo, animo pecuniæ miserabile mancipium* dicitur. Et Stoicis aliisque divitiæ sunt bonæ malæve, ut animus possidentis. *Divitiæ*, ait Sen. *apud sapientem in servitio sunt, apud stultum in imperio.* 30 Epict. in enchridio, quod Lipsius vocat animam philosophiæ Stoicæ, eadem

Si pede major erit, ſubvertet, ſi minor, uret.
LÆTUS *ſorte tua vives* 31 *ſapienter*, *Ariſti*:
Nec me dimittes incaſtigatum, ubi plura
Cogere, quam ſatis eſt, ac non ceſſare videbor.
IMPERAT, aut ſervit collecta pecunia cuique 32,
Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem 33.
Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ 34,
Excepto quod non ſimul eſſes, cætera lætus 35.

calcei ſimilitudine utitur c. 61 ubi modum divitiarum determinat: & Apul. Fortunam ut tunicam, concinnam magis quam longam probat. Sed nemo non pennas nido ſuo majores, ut in proverbio eſt, cupit. 31 *Vives* pro *vive*. Latini ab Orientalibus id cum aliis mutuati ſunt. Aliter hic vivere, quam Gevart, in elect. refert ex inſcript. AMICI DUM VIVIMUS VIVAMUS. 32 V. epiſt. 2 n. 58. 33 Supra ſenſum reddidit, *Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor.* Hic ad μίτου ἕλκος, *funem contentionis* reſpicit: luſum, quo pueri invicem pertrahere ad ſe nituntur, donec funis rumperetur, vel alter caderet. Plaut. Pœn. prol. v. 126 *jam tenetis? ſi tenetis, ducite. Cave dirumpatis.* Proverb. *ſertam* (male *ſerram*) *contentionis ducere. Serta* eſt funis tortus. V. H. Junii adag. Brod. miſc. 1, 19. Nann. 4, 22. Sup. l. 2 Sat. 6 v. 19. 34 In Sabina villa liber ac otioſus ab animo dicit, ſe hæc dictaſſe, ſeu deſcribenda dediſſe, & forte ipſis Vacunalibus, menſe Decembri. Ad hæc feſta reſpicit l. 2 ep. 1 v. 139. Fuit autem *Vacuna* ruſtica vacationis dea (quam Varro eandem cum Minerva & Victoria, alii cum Cerere &c. faciunt) in agro Sabino olim culta, ſed poſt deſerta: eoque *fanum putre* appellat, quod e fundo Horatii ſi non proſpici potuerit, ab eo non longe certe abfuit, teſte Plin. l. 3 N. H. c. 32. 35 Totus gaudio delibutus eſt, niſi quod amicus Romæ nidum miſere ſervet.

AD BULLATIUM. XI.

Bullatium, animi ægritudinem peregrinationibus, maxime per Aſiam, diſſipare cupientem, hac epiſtola compellat: & Romæ certe, vel in fundo ſito bene cum vivere poſſe, modo animo ſit æquo pacatoque, eleganter docet. Fatendum tamen in hac epiſtola plus ſatis obſcuritatis reſidere, non vitio Horatii, ſed culpa temporis, & defectu hiſtoriæ, unde explicari multa poſſent.

Quid tibi viſa Chios 1, *Bullati* 2, *notaque Lesbos* 3? *Quid*

1 Ionii maris inſ. p. 247, 8. 2 Neſcitur quis fuerit. 3 *Lesbos*, Ægæi maris inſula, *nota* vino, & Alcæo ſuo ac Sapphone.

Quid concinna Samos 4 *? quid Crœsi regia Sardis* 5 *?*
Smyrna 6 *quid, & Colophon* 7 *? majora, minorane*
fama ?
Cunctane præ campo, & Tiberino flumine sordent ?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una 8 *?*
An Lebedum 9 *laudas odio maris, atque viarum ?*
Scis, Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque
Fidenis 10 *vicus : tamen illic vivere vellem,*
Oblitusque meorum, obliviscendus & illis,
Neptunum procul e terra spectare furentem 11.
Sed neque, qui Capua Romam petit imbre lutoque
Aspersus, volet in caupona vivere 12 *: nec, qui*
Frigus collegit, furnos & balnea laudat,
Ut fortunatam plene præstantia vitam.
Nec, si te validus 13 *jactaverit Auster in alto,*
Idcirco navem trans Ægæum mare vendas 14.

Inco-

4 Inſ. maris Icarii, fertilis ac bene culta adeo, ut prov. ſit de ea, φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα, *pulli etiam lac ferunt.* 5 Sardis, Lydiæ metropolis, Crœſi regiâ inclyta. 6 Urbs Ioniæ maritima, terræmotu ſæpe convulſa; hod. regionis primaria, 20 ſtadia ab antiqua illa Smyrna diſſita. 7 Urbs Ioniæ maritima, Epheſum inter & Smyrnam, equitatu inſignis, unde prov. *Colophonem addere*, pro magnum rei alicui momentum afferre. 8 Placetne Aſiatica urbs aliqua, ex iis quas Attalus tenuit, & Romanis reliquit, præ Roma? 9 Urbem vel *vicum* min. Aſiæ ad oram ſinus Ionici, quo ludi ſcenici Baccho ſacri omnes undique ſcenicos quotannis alliciebant : alias urbs deſerta, 10 *Gabii*, *Fidenæ*, oppidula in Sabinis, villæ Horatii vicina, deſolata deſertaque. Dialogiſmus hic eſſe poſſit : Bullatius roget, *Scis Lebedus quid ſit ?* Ut ex ant. codd. probat Torrent. Vel Horatius pergat, *Scis Lebedus quam ſit Gabiis deſertior atque Fidenis vicus* : & reſpondeat Bullatius, *Tamen illic* &c. 11 Lucret. l. 2 *Suave mari magno turbantibus æquora ventis E terra magnum alterius ſpectare laborem Non quia vexari quemquam eſt jucunda voluptas, Sed quibus ipſe malis careas quia cernere ſuave eſt.* 12 Ludit forte Bullatium, ſeceſſum longiorem in Aſia excuſantem, ob expertam ſemel mari nauſeam, quod trajicere iterum horreſceret : perinde acſi quis in caupona, ubi lutum itinere collectum abſterſit, veſteſque ſiccavit, deſidere porro velit vitæ patriæque oblitus. 13 *Validus*, *rabidus*. 14 Contra mercator certe *mox reficit naves Quaſſas*, Od. 1. l. 1.

Incolumi Rhodos [15], *& Mitylene pulchra facit, quod*
Penula ſolſtitio campeſtre nivalibus auris,
Per brumam Tiberis, ſextili menſe caminus.
Dum licet, & vultum ſervat Fortuna benignum,
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Ut, quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas. Nam [16] ſi ratio, & prudentia curas [17],
Non locus effuſi late maris arbiter [18], aufert,
COELUM, non animum mutant [19], qui trans mare currunt,
Strenua nos exercet inertia [20]: *navibus, atque*
Quadrigis [21] *petimus bene vivere* [22]. *Quod petis, hic eſt:*

Eſt

15 Quinque verſus ſeq. ſunt crux interpretum. Simpliciter ſic accipio: *Si animus tibi ſit ſanatus, Rhodos & pulcra Mitylene perinde tibi placerent, ac pènula aut campeſtre* (veſtis tenuis qua in campo exercentes induti) *ſolſtitio æſtivo, vel Tiberis hyeme, aut focus Auguſto menſe. Dum potes, & Fortuna tibi favet, Romæ laudetur Samos* &c. *Si incolumis* ſis, inquit, ſeu *æquus animus*, ut v. ult. nihil te patriæ oblivi ſci faciet. At quid eſt quod laudari urbes illas jubeat, adire vetet? An ut Heſiodus, laudat parvam navim, ſed merces in magna imponit, & Virg. qui laudat ingentia rura, & exiguum colit, vel ut Soph. laudat juſtitiam, ſed lucro inhærendum dicit: Hoc eſt, an aliud in ore, aliud in pectore ferendum eſt? Abſit ut veteres id voluerint; ſed ſolum, ſinere nos debere unumquemque judicio ſuo uti, & potius quam ullam dimicationem aut contentionem ſuſcipiamus, laudare judicium alius, ſed tamen id quod optimum eſt, ſequi. Mur. var. l. l. 17 c. 8. 16 Hæc particula *ſi* vim exſerit uſque ad *navibus* &c. *Si ratio ſola nos ſanet, ſi nullus locus aufert curas, ſi, qui trans mare currunt, cœlum mutant, non animum, ſtrenue nos inertes ſumus.* Ita τὸ *ſi* V. od. 18 & 14 l. 3. Ita V. cl. Dacier hîc, ut ubique de Horatio, & de tota literatura, optime meritus. 17 Crebræ locorum mutationi, aut decurſui temporis non eſt tribuendum, quod ſola ratio ac prudentia poſſunt efficere. 18 Non locus qui in mare dominetur, qualis Mitylene, fere inſtar Venetiarum, uti hæ nunc Italiæ, quin & toti orbi ſunt ornamenta. Illius pulcritudinem v. in Mur. var. l. 9 c. 16. 19 Pyth. dixerat, mutatione locorum prudentiam non doceri, nec imprudentiam tolli. Æſch. contra Demoſthenem ſ. γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μετήλλαξας, *non mores, ſed locum mutaſti.* 20 Strenua inertia, negotium otioſum. 21 Cic. *velis equiſque*, Juven. *carpentis &*

Est Ulubris [23], *animus si te non deficit æquus* [24].

navibus, & Hor. *equis præcurreret albis*, l. 1 Sat. 7 n. 10. 22 N. 12 epist. præc. 23. *Ulubræ* vili oppido Campaniæ, ad quod forte fundus Bullatii, 24 Transl. a bilance. Sen. definit, quid sit animus æquus, *qui semper æqualis secundoque cursu eat, propitiusque sibi sit, & sua lætus aspiciat, & hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu maneat, nec attollens se unquam, nec deprimens.* Græcis is status vocatur εὐθυμία.

AD ICCIUM. XII.

Iccius agrorum Agrippæ in Sicilia si non donatarius, certe coactor, semper in augenda re anxius erat. Horatius eum ludens dilemmate utitur, Aut bonis tuis frueris, aut non frueris. Si frueris, non est quod queri possis, cum Regis instar beatus sis: si non frueris, nihilo minus gaudes ac beatus es, cum illa non-fruitio veniat e divitiarum contemtu: Sapientiæ studium tibi sunt omnia, in eoque vel Democriti ἀδιαφορίαν vincis, qui Sapientiæ studiis dedere se maluit, quam bona sua conservare, quæ & vicinis fuit reliquit. Fundamentum hujus ratiocinii est, quod Iccius erat philosophus, sed avaritiæ quoque plus nimis deditus, ut od. 29 l. 1 vidimus. Tandem commendat ipsi Grosphi causam: scribitque Hispanos plene domitos, Tigranem in Armeniæ, Phraatem in Parthiæ regna esse restitutos. Unde constat hanc epistolam esse scriptam A. V. C. 734, Hor. æt. 46.

Fructibus Agrippæ [1] *Siculis* [2], *quos colligis, Icci,*
Si recte frueris [3], *non est, ut copia major*
Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas.
PAUPER enim non est, cui rerum suppetit usus,
Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus [4].
Si forte [5] *in medio positorum absternius* [6] *herbis*

1 *Agrippæ* Augusti gener fuit. 2 Forte post S. Pompejum victum ad Siciliam, Agrippæ in præmium laborum ibi dati fuere agri, & ab hoc iterum Iccio. 3 Si bene exinde vivis, genium tuum non defraudans. 4 Hi 3 vers. e Theogn. sunt, quos Plut. attribuit Solonι, ὅσ' τὰ δέοντα πάρεστι, γαστρί τε καὶ πλευρῇσι, καὶ ποσὶν ἁβρὰ πατεῖν. Sed in tantas fortunas bellam advocat mulierem, exclamatque, τοῦτ' ἄφενος θνητοῖσι, Hæ demum mortalibus divitiæ dici possunt. 5 Alterum dilemmatis membrum. 6 *Absternius*, est *invinius*, ut Apul. ait, Auson. tamen dicit *vini cibique absternius*.

Vivis, & urtica[7]: *sic vives protinus*[8], *ut*[9] *te*
Confestim liquidus fortunæ rivus inauret[10]:
10 Vel quia naturam mutare pecunia nescit,
Vel quia cuncta putas una virtute minora[11].
Miramur, si Democriti pecus[12] *edit agellos*[13],
Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox[14]:
Cum tu inter scabiem tantam, & contagia lucri
Nil parvum sapias, & adhuc sublimia cures[15]:
Quæ mare compescant causæ[16]: *quid temperet annum*[17]:
Stellæ sponte sua, jussæne vagentur, & errent[18]:
Quid premat obscurum Lunæ, quid proferat orbem[19]:

Quid

7 *Urtica* quotidiani quoque usus fuit, & salubris, eoque forte etiam cum agno Paschali comesta. V. Bochart. 8 Propediem. 9 *Ut* hic pro *tanquam*. Ironice cum illo agit. 10 Alludit ad aquas aurifluas, Pactoli, & Tagi. *Inaurari* est apud Cic. cum ad Trebat. scribit, *Malle te puto a Cæsare consuli, quam inaurari*. Sed *rivus fortunæ* alibi haud temere invenias. 11 Fingit se credere frugalitatem Iccii venire, aut quia censet quod opes neminem reddant meliorem aut beatiorem, aut quod virtute certe sint inferiores. 12 *Pecus* scil. *alienum*. 13 Iccium præfert Democrito, & quibus rebus studeat, declarat. De illo Cic. de fin. 5, *Democritus dicitur oculis se privasse certe ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos* &c. Vixit fere 450 ante Christum annos, & ex atomis constare omnia docuit. V. Virg. in f. Georg. 2. 14 Platonici animi operationes sic a corpore super terrena omnia elevabant, ut Aristoph. in Nub. a. 2 sc. 1 Socratem ridens dicat, Μὴ νῦν περὶ σαυτὸν εἴλε τὴν γνώμην ἀεί. Ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθιον τῷ ποδός, *Animum intra te ipsum ne semper versato senex: Sed cogitationem, uti vinctum compede Quodam scarabæum, sursum laxa in aërem.* 15 Ludit in ambiguis his verbis *Tu inter scabiem & contagia lucri*, vel quod alii, vel quod ipse tam facis sordide, philosophum adhuc agis: idque plus miratur, quam ea quæ de Democrito vidimus. V. Od. 29 l. 1. 16 Propert. l. 3 el. 4 *Curve suos fines altum non exeat æquor*. Quæsivere hoc diu philosophi: Sed rationes eorum nondum satis fecerunt. *Deus est qui fines mari posuit quos transire iterum nequit*, ut est Jobi c. 38 & Psalmo 104, 9. 17 L. 1 od. 12 de summo deorum Jove scribit, *variisque mundum Temperat horis*. 18 An stellæ a se motum habeant, an a primo aliquo extra se motore. V. Jobi d. c. v. 31 &c. 19 Quid lunam lucere faciat, ac obscurari singulis mensibus, aut cum terra intervenit. Eclipsin ejus veteres non sine horrore vidisse, quasi certam rerum mutationem allaturam, v. in Curt. l. 4 c. 10.

Quid velit, & poſsit rerum concordia diſcors [20].
20 Empedocles, an Stertinii deliret acumen [21]?
Verùm ſeu piſces [22], *ſeu porrum, & cepe trucidas* [23],
Utere Pompejo Groſpho [24], *&, ſi quid petet, ultro*
Defer. Nil Groſphus, niſi verum, orabit, & æquum.
VILIS amicorum eſt annona, bonis ubi quid
deeſt [25].
Ne tamen ignores, quo ſit Romana loco res:
Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit [26]. *Jus, imperiumque Phraates*
Cæſaris accepit genibus minor [27]. *Aurea fruges*

20 Qualis ſit mira illa elementorum in ſe pugnantium temperies. Auctor libri de mundo, qui Ariſtoteli tribuitur, hujus rationem quærit integro capite, διὰ τὸ ὁ κόσμος ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν συνεστηκὼς, ὁ διαφθείρεται. Et vett. quis ait, πόλεμος ἁπάντων πατήρ. 21 Hujus inſanum exitum, ut qui *deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam Inſiliit*, non adeo comparat cum Stertinii inſania, (de qua l. 2 Sat. 3) quam philoſophandi rationem: quid enim aliud ſibi velit *acumen ingenii*? Ille certe e 4 elementis ajebat omnia conſtare. Stertinius autem qualiſcunque fuerit, fuit autem Stoicus, providentia dei hæc conſtare ac conſervari docebat. Hunc eo quoque nomine, ni fallor, minoris fecit Horatius. v. od. 34 l. 1. 22 Hoc ad primam partem, v. 2 *Si frueris*, pertinet. *Piſces* priſcis deliciæ, eoque obſonium vocabantur. Davus in Andr. Ter. cum ſenex piſciculos emiſſet, de iis dicit, *paululum obſoni*. Homerus carnes ſolum, ut ſimpliciorem cibum, heroibus ſuis dat, non piſces. 23 Hoc ad frugalem Iccii vitam, v. 7 ſpectat. Pythagorici non ſolum animas hominum in animalia migrare, ſed & porrum ac cepe venas habere ac ſanguinem, ut & Brachmanes adhuc, docuerunt: certe ait Sen. ep. 58, *ſatis & arbuſtis animam ineſſe* (vegetativam vocant) *& vivere illa ac moveri dicimus*, eoque Pſalm. 78, v. 47 eadem trucidandi voce vertas, *Trucidavit grandine vites eorum*. v. Mart. l. 11, ep. 31. 24 Amico ſuo, v. l. 2 od. 16. 25 Parvo ſuccurritur bonis viris, qui parvo ſunt contenti. Al. pro *deeſt* l. *des*. 26 Agrippa Hiſpanos perdomuit, Tiberius Tigranem in Armeniæ, & Phraaten in Parthiæ regnis confirmavit ac reſtituit. P. 167, 17. 27 Suet. in Tib. c. 9 Tib. Cæſar *Stipendia prima expeditione Cantabrica Trib. militum fecit. Deinde ducto ad orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema impoſuit. Recepit & ſigna quæ M. Craſſo ademerant Parthi.* Hic vero vox *Cæſaris* male accepta a me, quaſi ea Tiberium rerum ſummam jam tenuiſſe ſenſerint interpretes ad l. 2 od. 2, in errorem me induxit, eumque e n. 14 expunctum volo.

Italiæ pleno diffudit Copia cornu 28.

28 Hanc rerum abundantiam describit l. 4 od. 5. De *Copia* v. p. 41, 14.

AD VINNIUM ASELLAM. XIII.

Venustissimam hanc ad Asellam epistolam cum libris suis ad Augustum mittit, in qua lepide umbraticorum mores, cum principibus sistuntur, aut ad eos se conferunt, describit Horatius. Heins. l. 2 de Sat. Hor.

Ut proficiscentem docui te sæpe 1, *diuque*,
Augusto reddes signata volumina, *Vinni* 2,
Si validus, *si lætus erit*, *si denique poscet*,
Ne studio nostri pecces, *odiumque libellis*
Sedulus importes 3, *opera vehemente minister* 4.
Si te forte meæ gravis uret sarcina chartæ 5:
Abjicito potius, *quam quo proferre juberis*
Clitellas ferus impingas 6, *Asinæque paternum*
Cognomen 7 *vertas in risum*, *& fabula fias*.
Viribus uteris per clivos 8, *flumina* 9, *lamas* 10.

Victor

1 Quæ verbo ante monuerat, hoc memoriali velut libello repetere eum jubet. 2 *C. Vinnius Fronto.* Vet. Comm. Nisi unus e patribus, de quibus ep. seq. v. 3. 3 Cic. l. 2 ep. 16 ad Brutum, *Nam quemadmodum qui ad nos intempestive adeunt, molesti sæpe sunt; sic epistolæ offendunt non loco redditæ.* Noverat Hor. quod *nisi dextro tempore Flacci Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.* Virg. *Illa viri molles aditus & tempora norat.* 4 Magno inconsultoque conatu. Ter. *ah Vehemens in utramque partem es nimis.* 5 Augustus ad Hor. scribit, *Vereri autem mihi videris ne majores tui libelli sint quam ipse es.* Jocari ergo hic Horatius videtur, & misit forte epistolam 1 l. 2. 6 Ne volumina, uti asinus clitellas, terræ impingas. Certe Augusti majestas non parva fuit, cum ad eum quis admissus *libellos ipsi porrigeret, velut elephanti flipem.* 7 *Asella*, *Asellus*, *Asellio*, Anniorum, Claudiorum, & Semproniorum cognomina fuere. Romani a vitio corporis nomina sæpe habuere: cujusmodi erant, Pansa, Brocchus, Labeo, Strabo, Pætus, Scaurus, Silus, Valgus, Varus, Verres. Hinc jocus Cic. in Verrem, cum impurum Verrem vocat, apud Plut. in Cic. Alia ratio nominis Asellæ, v. Sigon. de Nom. Rom. c. 6. Sup. p. 425, 24. 8 Jocatur adhuc; neve segnis, & tanquam magno gravatus onere, colles & clivos perrepat, monet. 9 Veniebat enim a fundo Horatii. 10 *Lamæ*,

Victor propositi simulac pervenerus illuc,
Sic positum servabis onus, ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum [11], *ut rusticus agnum:*
Et vinosa globos furtivæ Pyrrhia [12] *lanæ:*
Ut cum pileolo soleas conviva tribulis [13].
Ne vulgo narres te sudavisse ferendo [14]
Carmina, quæ possunt [15] *oculos, aureſque morari*
Cæsaris. Oratus multa prece nitere [16] *porro.*
Vade, vale, cave ne titubes [17], *mandataque frangas* [18].

πηλοὶδεις τόποι, lacunæ, voragines ubi pluviæ manserunt. Enn. *Silvarum saltus, latebras, lamasque lutosas* 11 Διπτυχῶς loquitur, & ostendit quomodo volumina manu tenere debeat, non sub brachio. Heins. vult rescribi *sepositum*, ne risum debeas aulicis. In oriente in capite gestata fuisse pretiosissima quæque, V. p. 47, 9. 12 Nomen ancillæ in Comœdia Titinii, (*Fullones* forte dicta) quæ furata globos (al. l. glomos) ita gestavit, ut deprehensa sit. 13 Ut *tribulis rusticus*, qui, vocati aliquo ad contribules, pileolos, seu ob arcendam aëris injuriam, seu ad imponendum in convivio, sub brachiis gestabant, unaque soleas, quas accumbentes deponebant. Homerus heroës suos sedentes ad mensam exhibet, & ita in prophetarum libris Patres occurrunt. Bochart. V. p. 450, 53. 14 Απυρόκαλοι nihil non gratiæ apponunt sibi. 15 *Possunt*, inquit, *morari oculos Cæsaris*, conscius artis suæ; at certo non promittit Cæsarem sua lecturum, nam plures, non Horatii tamen, carmina ubique offerebant, in quam rem lectu digna historia est de Græculo aliquo, qui pro versu sestertia centum millia accepit, cum Augusto prius pro carmine 6 dragmas porrexisset. V. Macrob. l. 2 Sat. *c.* 4. Sed nulla pluvia æstiva plures fungos producat, quam nuper spe aurei numismatis illecti fuere poëtastri. 16 Sic a me rogatus enitere, ac sedulam mihi cautamque operam præsta. 17 Hoc ab asino ad sermonem transfertur. Quintil. l. 5 c. 10 *frigidum argumentum* esse ait ex nomine ad mores dehonestandos argutari velle. *Nomen in argumentum raro cadit.* In epistola & jocis plus licet. 18 *Frangere mandata* ad memoriam pertinet, cujus nullum in asino μίμημα. Ad *linguæ fragmen*, ut balbutiem infantum vocat Min. Fel. male referas: nam sic iniqua postulet Horatius, nec in translat. ab asino suavis ἐπιμονὴ finiret.

AD VILLICUM SUUM. XIV.

Hæc epistola de laude vitæ rusticæ & ἀυταρκ'ια, uti & de μεμψιμοιρία seu querela, communi hominum malo, tractat.

Villice [1] *ſilvarum, & mihi me reddentis* [2] *agelli,*
Quem tu faſtidis, habitatum quinque focis [3], *&*
Quinque bonos ſolitum Variam dimittere patres [4],
Certemus, ſpinas [5] *animone ego fortius, an tu*
Evellas agro, & melior ſit Horatius, an res [6].
Me quamvis Lamiæ [7] *pietas, & cura moratur*
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: tamen iſthuc [8] *mens, animuſque* [9]
Fert, & amat ſpatiis obſtantia rumpere clauſtra [10].
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum.
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio, ſors [11],
Stultus uterque locum immeritum cauſatur [12] *inique.*
In culpa eſt animus, qui ſe non effugit unquam [13].
Tu mediaſtinus [14] *tacita prece rura petebas:*
Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus [15] *optas.*

Me

1 Villæ cuſtos. Catul. latiorem vocis uſum docet, *Villicus erat quondam, nunc cultor agelli.* Juven. *Villicum urbis* pro *præfecto urbis* dixit. In inſcript. *Villicus ab alimentis, a plumbo.* V. Il. Voſſ. in Catul. 2 Barth. adv. 15, c. 3 *mihi me redimentis.* Erat enim in ſervitute cum urbanis negotiis, nec ſui dominus. Sed leve leve hoc eſt. 3 Quinque foci ſeu familiæ ad villam Horatii pertinebant. 4 Jocatur 5 ruſticos e fundo ſuo mitti *Variam*, vel *Variam* (ſitam inter villam & Tibur, nunc, ut Torr. ait *Vico Varo*) velut Patres Conſcriptos, ut de ſumma Sabinorum rep. deliberent. In omnibus enim regionibus magiſtratus erant: ſed ſi de communi bono deliberandum eſſet, capita familiarum, ut totidem ſenatores, de ea ſuffragia ferebant. Barth 15, 3 *variam* adverbialiter legit e MS. Cod. ant. ut *multifarium.* 5 Tranſl. Supra, *cano evellere plantam* dixit. 6 *An res*, vel *rus* ut Heinſ. leg Nam *Neglectis urenda filix innaſcitur agris.* 7 L. 3 od. 17 l. 1, 26. 8 Ad agrum meum. 9 Mens, animus S. Paulo πνεῦμα καὶ ψυχή. 10 Tranſl. a carceribus quibus equi continentur. 11 P. Syr. *Aliena nobis, noſtra plus aliis placent.* Al. l. *res.* 12 V. ep. 11. 13 L. 2 od. 16. 14 In medio quaſi ſtans, non ad certum aliquod officium, ſed paratus ad omne obſequium, & operam, ſervus conditionis viliſſimæ, qui & conſervis ſuberat. Hinc Cato filio militiæ nomen danti ait, *Ille Imperator, tu illi ac ceteris mediaſtinus*, h. e. nihil infra te eſſe puta, cum omnibus mandatis ſive ducis ſive legatorum parere debeas. Acro *mediaſtinum* quaſi in media civitate viventem dicit. Ἄστυ enim eſt urbs. 15 Colum. ſervos legere vetat *ne ex eo quidem ordine qui urbanas ac delicatas artes exercuerit. Socors &*

Me constare mihi scis [16], *& discedere tristem,*
Quandocunque trahunt invisa negotia Romam.
Non eadem miramur: eo disconvenit inter
Meque, & te. Nam quæ deserta, & inhospita tesqua [17]
Credis, amœna vocat, mecum qui sentit; & odit,
Quæ tu pulchra vocas. Fornix tibi, & uncta popina [18]
Incutiunt urbis desiderium, video, & quod
Angulus iste feret piper, & thus ocyus uva [19]:
Nec vicina subest [20] *vinum præbere taberna*
Quæ possit tibi: nec meretrix tibicina, cujus
Ad strepitum [21] *salias terræ gravis* [22]. *Et tamen urges* [23]
Jam pridem non tacta ligonibus arva [24], *bovemque*
Disjunctum curas [25], *& strictis frondibus exples* [26].
Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato [27].
Nunc, age, quid nostrum concentum dividat [28], *audi.*
Quem tenues decuere togæ [29], *nitidique capilli* [30]:

periculosum genus id mancipiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleæ, popinæ, lupanaribus consuetum nunquam non easdem ineptias somniat. 16 V. epist. 8 v. 12. 17 *Tesqua*, loca inutilia, quæ subigi nequeunt. Lucil. l. 2 *per inhospita tesqua vagantem* (vel ut al. l. *viantem*) *Rerum animo sequitur captarum gratia major.* Barthius. 18 *Uncta*, cibis laute instructa. Sic Juv. *unctamque Corinthum* dixit: vel sordida, ut l. 2 Sat. 2 *unctam Convivis præbebit aquam.* 19 In angulo isto (sic villicus *procuratoris vultu*, ut Mart. ait, i. e. superbo de villa loquitur) thus & piper & quidvis potius nascatur, quam uva, & vinum. 20 *Subest* pro *est.* 21 *Strepitum*, inconditam duramque harmoniam, quæ rusticis placet. *Vinum* & *tibicinas* jungit. Notum Anacharsidis responsum, *Tibicines apud Scythas non esse, quod non essent vites.* 22 L. 3 od. 18. *Gaudet invisam pepulisse fossor Terpede terram.* 23 Licet in solitudine illic vivas ac sine animi relaxatione, tamen laboras assidue. 24 Id non parum auget laborem. 25 Ab aratro boves solutos maxima diligentia curatos habere jubet Colum. V. od. 61. 3. 26 Cato, *Bubus frondem ulmeam, populneam, querneam, ficulneam usque dum habebis dato.* 27 Rivus seu torrens ex multo imbre natus, ac cohibendus aggere, ne prata inundet, non parum auget opus, seu laborem rusticum. *Docere*, de aggeribus ex arte declivibus faciendis, ut nostrates faciunt, apta vox. 28 Quid nos inter nos differamus. 29 Erat enim corpore obeso. 30 Elegantem sæpe

Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci 31 :
Quem bibulum liquidi media de luce 32 *Falerni* :
Cœna brevis juvat 33, *& prope rivum ſomnus in herba* 34.
Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum 35.
Non iſtic 36 *obliquo oculo* 37 *mea commoda quiſquam*
Limat 38, *non odio obſcuro* 39 *morſuque venenat.*
Rident vicini, glebas, & ſaxa moventem 40 :
40 *Cum ſervis urbana diaria* 41 *rodere mavis* :
Horum tu in numerum voto ruis. Invidet uſum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti 42.
Optat ephippia bos piger : optat arare caballus 43.
Quam *ſcit uterque, libens, cenſebo, exerceat artem* 44.

ac mundum vidimus Horatium. 31 Conſcius forte ac ſervus fuit hic villicus Horatii. *Immunis*, ſine donis, idque apud rapacem meretricem. Od. 23 l. 3, v. & od. 13 l. 3. Od. 1 l. 4 32 *Partem ſolido demere de die.* Od. 1 l. 1. 33 Ita Stoice vivit. Epict. corporis voluptates breves eſſe jubet, & ut noſter ait, ad eas *transcurrere* p. 390, 72. 34 V. od. 1 l. 1. 35 Ovid. *Semel inſanivimus omnes.* Juv. Sat. 8 *breve ſit quod turpiter audes.* 36 In villa mea. 37 Ovid. l. 2 met de Invidia, *Nuſquam recta acies.* 38 *Limare* eſt *deterere.* Oculum invidum, *βάσκανον*, nocere & faſcinare credidit ſuperſtitio. Virg. *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* 39 At *pejor odio amoris ſimulatio.* 40 Gaudet Horatius, ut priſca gens mortalium, ſibi eſſe *αὐτοδιαπόνος.* 41 *Diaria*, *demenſa*, portio ſervilis in ſingulos dies. 42 Tu in urbe ſervire vis, at *calo*, ſeu ſervus lignator & urbanus invidet tibi, quod facile adeo lignorum, hortique uſum rure habeas. Adeo *noſtri nosmet pœnitet*, ut Ter. ait. Noſtra enim incommoda ſentimus, non aliena. 43 Uti boves geruli vectoreſque non erant, ita nec olim equi aratores fuere. Boves tamen portandis oneribus apud quaſdam gentes in uſu fuiſſe, probat Bochart : hinc Salomo æneo mari boves pro Atlantibus recte ſuppoſuit. 44 Ariſtoph. *Ἕρδοι τὶς ἥν ἕκαστος εἰδὼς τέχνην*, quod proverb. eſſe Græcorum ait Cic. 1 Tuſc. *Quam quiſque novit artem, in hac ſe exerceat.* Nemo mirari jure poteſt, quod ad villicum ſic ſcribat : nam ſervos quoque literatos fuiſſe, & in multis fuiſſe peritos, v. in Pignor. de ſervis. Ad hæc Hor. libertate naturali cum ipſe, tum & ſe inferiores frui voluit. Ita ad villicam ſcripſit od. 23 l. 3. Apparet vero quam ingenia hominum Auguſteo illo ævo fuerint delicatiſſima & elegantiſſima.

A D

AD VALLAM. XV.

Dum Veliam & Salernum ire cogitat, quæ ibi sit hyems & quale cœlum percunctatur: sed non anxie adeo salubritatis rationem habere vult, ut non simul voluptatem aliquam velit percipere. Ante A. V. C. 729 scripta est, cum Antonii Musæ consilio frigida balnea noluisset, quando is juvenem Marcellum iis sustulit, & illa certe male audire exinde cœperint.

Quæ sit hyems Veliæ, quod cœlum, Valla, Salerni [1],
Quorum hominum regio, & qualis via, nam mihi Bajas
Musa supervacuas Antonius [2], *& tamen illis*
Me facit invisum, gelida cum perluor unda
Per medium frigus 3: *sane myrteta* 4 *relinqui,*
Dictaque cessantem nervis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit 5, *invidus ægris,*
Qui caput, & stomachum [6] *supponere fontibus audent*
Clusinis, Gabiosque 7 *petunt, & frigida rura.*
10 *Mutandus locus est, & diversoria nota*
Præteragendus equus [8]. *Quo tendis? non mihi Cumas*
Est iter, aut Bajas, lava stomachosus habena

1 *Velia*, Lucaniæ urbs maritima, ut & *Salernum*: Hîc *medicorum schola*, quæ versibus leoninis libellum edidit notissimum, cui tit. *Medicina Salernitana*. 2 Ant. Musa Augusti medicus, frater Euphorbi medici regis Jubæ. Hic, quod frigidis Augustum jecinore affectum curaverat, Marcellum eadem ratione curare volens, eum de medio sustulit. Cæterum perstringere hanc epistolam tantum volo, ut qua nihil in toto Horatio minus placet. 3 Musa Bajanas aquas, uti calidas & lippitudini Horatii nocivas judicabat: at Bajani Horatium, eo jam non commeantem, odio habebant. Per hyemem gelidas quoque salubres. V. H. Mag. misc. l. 1 c. 11. 4 Loca myrtis consita apud Baias. 5 Dolet oppidum suas aquas morbis nervisque salubres, relinqui ac contemni. 6 Ventrem. Ita & Galli quidam adhuc solent. 7 *Clusium* Etruriæ, *Gabii* Latii urbs, cujus aquæ frigidæ cum bibentibus, tum sedentibus infusæ, sunt medicæ, ut Strabo de *Albulis* l. 5. v. Lambin. hic. 8 Medico sic jubente Bajæ relinquendæ, pergendumque Veliam aut Salernum.

Dicet eques 9. *ſed equi frænato eſt auris in ore* 10)
Major utrum populum frumenti copia paſcat 11,
Collectoſne bibant imbres 12, *puteoſne perennes*
Jugis aquæ. Nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quidvis perferre, patique:
Ad mare cum veni 13, *generoſum, & lene requiro:*
Quod curas abigat: quod cum ſpe divite manet
In venas, animumque meum: quod verba miniſtret 14:
Quod me Lucanæ juvenem 15 *commendet amicæ.*
Tractus uter 16 *plures lepores, uter educet apros:*
Utra magis piſces, & echinos æquora celent:
Pinguis ut inde domum poßim, Phæaxque 17 *reverti:*
Scribere 18 *te nobis, tibi nos accredere par eſt.*
Menius 19, *ut rebus maternis, atque paternis*
Fortiter abſumptis, urbanus 20 *cœpit haberi,*
Scurra vagus 21, *non qui certum præſepe* 22 *teneret:*

Im-

9 Roma Veliam iturus Bajas, quæ ad dextram, prætervehere, & ad ſiniſtram flectere debebat habenam, cum manere Bajis ante ſoleret. 10 Compellarat equum: jam corrigit ſe, & ait, equum non verbis, ſed fræno audientem eſſe. 11 Hyperbaton, quale Od. 4 c. 4 & Virg. l. 12. Arceſſendus hic & aliquoties verſ. 25, *Scribere te nobis par eſt*, ſcilicet, an Velienſis an Salerninus populus majori frumenti copia paſcatur. 12 In ciſternis. 13 Ad urbem aliquam maritimam. 14 Epiſt. 5. 15 *Juvenem* ſcil. factum. 16 Velinus an Salerninus. 17 Ut Phæaces, Alcinoi comites. Epiſt. 2 *Alcinoique In cute curanda plus æquo operata juventus.* Ita & *Marios* pro audacibus, *Catones* pro gravibus, per antonomaſiam dixerunt. 18 Hoc verſu conſtructio incipit. At Barth. ex omnibus MSS. quæ vidit, hic finem epiſtolæ legi dicit. 19 Barth. ait novum hic carmen, in quo plures quam Vallam alloquitur, inchoari in MSS. codd. quos Europæ celeberrimos ſe vidiſſe ſæpe dicit. Si nexus ſit huic narrationi de Menio, prodigo ac nebulone, cum ſuperioribus, erit v. 17, ubi dixit, *Rure meo poſſum quidvis perferre patique.* De illo jam ſupra Sat. 3 l. 1. 20 *Fortiter*, pecuniam ut rem nihili æſtimans. *Urbani* & *Scurræ* iidem cenſentur. 21 Non ſcurra uni alicui adhærens, ſed de his, *Quos major rapuit canes culina*, i. e. qui optimam ſequebantur culinam. 22 *Præſepe*, φάτνη, pro menſa ad quam devorare omnia, ſed loqui non ſolet paraſitus. Plaut. Curc. a. 2 ſ. 1 *Tormento non retineri potuit ferreo Quin re-*

Impranſus non qui civem dignoſceret hoſte [23] :
Quælibet in quemvis opprobria fingere ſævus [24] :
Pernicies, & tempeſtas, barathrumque macelli [25],
Quicquid quæſierat, ventri donabat avaro.
Hic, ubi nequitiæ fautoribus, & timidis [26] *nil,*
Aut paulum abſtulerat, patinas cœnabat omaſi [27]
Vilis & agnini [28], *tribus urſis* [29] *quod ſatis eſſet:*
Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos [30] *correctus. Menius* [31] *idem*
Quicquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne
Verterat in fumum, & cinerem: non Hercule miror,
Ajebat, ſi qui comedunt bona, cum ſit obeſo

Nil

ceperit ſe huc eſum ad præſepim ſuam. 23 Plaut. *Fames & mora bilem in naſum concinunt.* Maledicentia & mordacitate in quoſvis victum quæſiit Menius. Marcil. *impranſum* pro ſatiato & bene poto accipit: nam paraſito famelico nihil humilius, at paſto protervius nihil inveniri poteſt: & probare hoc vult e Plaut. Capt. ſc. 1 *Prolatis rebus paraſiti venatici ſumus: quando res redierunt, moloſſici Odioſicique & multum incommodiſtici.* At hic paraſitus loquitur de iis quæ abſente patrono ſuo, non quæ ante vel poſt cibum facit. Nota potius *Hoſtem* pro peregrino hic ſumi. 24 Maledicentiam Mænii tangit d. Sat. 3. Juven. *Omnibus arridet, & ſcommata mittit in omnes.* 25 Qui omnia macelli ſeu fori edulia abſumens, velut tempeſtas & vorago. Ter. de Thaide, *fundi noſtri calamitas.* Ita Alexis poëta Græcus de Paraſito ſuo, *Telephus edit plane mutus, nutu ſolum reſpondens ut convivæ ſæpe Deos Samothraciæ rogent, quo ventum illum ceſſare jubeant, ac quieſcere. Nam hic juvenis amicis ſuis tempeſtas eſt. Barathrum* vocat hominem Barathro dignum. V. Voſſ. in Catull. 26 Qui ubi nihil accipiebat a fautoribus, & iis qui ſibi a maledico illo timebant: nam de paraſitis verum quod Juv. ait, *Scire volunt ſecreta domus, atque inde timeri:* & Plaut. *Væ miſero illi, cujus cibo iſte factus eſt imperioſior.* 27 Vilioris cibi, omaſi patinas devorabat. Virg. dicit de Ænea & ſociis, *heus etiam menſas conſumimus inquit, Iuli.* 28 Al. *agninæ.* 29 Ingurgitabat ſe Menius luroo more urſino. Nam ut taurus laſcivit, aſinus calcitrat, ſalax equus in feminas hinnit, ita urſus ventri indulget. Hinc Perſarum monarchia Dan. 7 cum urſo comparatur. Jam enim Perſæ voraces eſſe cœperant. Sed v. Bochart. 30 Lurcones & helluones ſervi candente ferro in ventre notabantur. *Adhuc qui ſervos puniunt, urunt & ſcarificant crura fugitivorum, manus rapacium, ventrem guloſorum, linguam garrulorum.* Galen. 31 Al. l. *correctus Beſtius.* Quod agnomen Menii forte fuit. Q. d. Beſtius vili illo cibo contentus, nepotes & delicatulos abliguritores inſectabatur.

Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla 32.
Nimirum hic ego ſum. Nam tuta, & parvula laudo,
Cum res deficiunt, ſatis inter vilia fortis 33.
Verum, ubi quid melius contingit, & unctius 34, *idem*
Vos ſapere, & ſolos ajo bene vivere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis 35.

32 Idem qui domi vili cibo adeo delectari videbatur, cum ad lautiorem menſam vocatus omnia profligaverat, ajebat, Quid mirum, ſi qui patrimonia ſua devorant, cum nihil ſit melius turdo pingui, (hic forte Iſraëlitis in deſerto pluit) & ampla ſuis primiparæ vulva, quæ aceto ac cumino condita in deliciis erat. V. Athen. Plin. Et Mart. ait, *Me materna gravi de ſue vulva capit.* Quouſque illa, & qua ratione condiatur ὀψοδαίδαλος gulæque magiſtri doceant. 33 Horatius Menio ſe ſimilem fatetur, probatque quod ſervus ipſi exprobrat, *Si nuſquam es forte vocatus Ad cœnam, laudas ſecurum olus.* Sat. 7 l. 2. 34 Lautius. Nam guloſi plerumque adipem amant. 35 Cenſum habentes in nitidis villis fundatum, quæ certum redonant reditum.

AD QUINTIUM. XVI.

Quintius Hirpinus Horatium corripuerat ob ſuam in fundo commorationem, & deſcriptionem petierat domus illi tam gratæ, quam & reddit Horatius, eaque occaſione tractat, ut felicitas non in opinione aliorum, ſed ſenſu de nobis noſtro, pacatoque animo conſiſtat: quem cum boni ſolum habeant, ſoli quoque beati ſunt. Bonum virum ergo deſcribit, qui liber a metu, & cupiditate ſui ſemper juris eſt, & tyrannorum minas poteſt ſpernere. Docta hæc & elegans & facilis eſt epiſtola.

Ne perconteris, fundus meus, optime Quinti 1,
Arvo paſcat herum, an baccis opulentet oliva 2:
Pomiſne, & pratis 3, *an amicta vitibus ulmo:*
Scribetur tibi forma loquaciter 4, *& ſitus agri.*
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle,

1 Ad hunc eſt od. 11 l. 2. 2 *Opulentare*, eſt reditus e fundo præbere: nam *ops* notat terram. De iſtiusmodi verbis v. ep. 11 l. 2 n. 85. 3 Veteres *prata* plus amabant, quam agros quos colimus, quod *parata* quaſi lucra reddant. 4 Decem verſibus villam deſcribit. Et hoc vocat *loquaciter*. Sed de nobis & noſtris longus ſermo aliis facile tæ-

Valle [5] *: ſed ut veniens dextrum latus aſpiciat Sol:*
Lævum diſcedens curru fugiente vaporet [6].
Temperiem laudes. Quid, ſi rubicunda benigne
Corna vepres, & pruna ferant: & quercus, & ilex.
Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus [7], *ut nec*
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus [8]*:*
Infirmo capiti fluit utilis utilis alvo.
Hæ latebræ [9] *dulces, etiam, ſi credis, amœnæ*
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis [10].
Tu recte vivis, ſi curas eſſe, quod audis [11].
Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum [12]*:*
Sed vereor ne cui de te plus, quam tibi credas [13],
Neve putes alium ſapiente bonoque [14] *beatum:*
Neu, ſi te populus ſanum, rectèque valentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules [15]*, donec manibus tremor incidat unctis* [16].

STUL-

dio fit: maxime apud potentiores, qualis forte Quintius. 5 Repræſenta tibi continuos aliquos montes, quos inter Uſtica vallis eſt & villa orienti & occidenti expoſita, aere temperata, fonte capiti alvoque ſalubri prædita. 6, *Vaporare*, calorem præbere. 7 Fons Digentia qui rivo nomen quoque dat. *Blanduſiæ* fontis ſui deſcriptio V. od. 13 l. 3. 8 De Hebro od. 25 l. 1 in f. 9 Quintius forte latebras appellaverat. 10 Sat. 6 l. 2. 11 Autumnum medicorum eſſe meſſem, & teſtamenta reſignare, ſæpe jam notatum eſt. 12 Ibi dicit ſe commoda ſua magis quærere, quam hominum ſuffragia. Hinc tranſit ad utile, ut præferat eſſe, quam videri beatum. Cic. 2 off. *Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet.* 13 Quintius volitabat ſumma *per ora virûm*, ut Cic. loquitur; Romæ optime audiebat. Perſ. *non ſi quid turbida Roma Elevet, accedas, examenve improbum in illa Caſtiges trutina: nec te quæſiveris extra.* V. Sub f. Sat. 7 l. 2. 14 *A ſapiente, & bono.* Sed helleniſmis plenus eſt Horatius. Ita epiſt. 18 *infido ſcurræ diſtabit amicus.* 15 Similitudine a febricitantibus ſumta, qui facile ſuadentibus credunt ſe recte valere, ſi falſum edendi appetitum, ut medici loquuntur, expleant. 16 Inter cœnandum. Perſ. ut ſolet, Horatium & hic imitatur, Sat. 3, *Sed tremor inter vina ſubit, calidumque triental Excutit e manibus: dentes crepuere retecti: Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.*

STULTORUM incurata pudor malus ulcera celat [17].

Si quis bella tibi terra pugnata, marique
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures [18]:
(Tene magis salvum populus velit, an populum tu,
Servet in ambiguo, qui consulit, & tibi, & urbi,
Jupiter [19]) *Augusti laudes agnoscere possis* [20]?
Cum pateris sapiens, emendatusque [21] *vocari,*
Respondesne tuo, dic sodes, nomine [22], *nempe*
Vir bonus, & prudens dici delector ego, ac tu [23].
Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet [24], *ut si* [25]
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.
Pone, meum est, inquit [26]: *pono, tristisque recedo.*
Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
Contendat laqueo collum pressisse paternum:
Mordear opprobriis falsis, mutemque colores?
Falsus honor juvat, & mendax infamia terret.
Quem? nisi mendosum, & mendacem [27]? vir bonus est quis [28]:

Qui

17 Virg. *alitur vitium, vivitque tegendo.* Min. Fel. *Confessa imperitiæ summa prudentia est.* 18 Apertas adulationibus. 19 Porph. hos versus e notissimo panegyrico Augusto dicto sumtos, & Acro insuper a Varo id habitum refert. Carus certe fuit Augustus, cum & morientes quotidie mandarent hæredibus, ut victimas diis grati offerrent in Capitolio, *Quod superstitem Augustum reliquissent.* 20 Laudes illas tibi non ascribes. 21 *Sapiens* quis est a natura, *emendatus* a cultura. M. Antonin. Ὀρθὸς καὶ ὀρθούμενος. 22 *Nomine* i. e. *nominis*, explicat Marcil. sed male: nam *nomen* pro re ipsa, & *nominari* ut & καλεῖσθαι, pro esse sumitur: & ita Hebræi solent. 23 Responsio Quintii. 24 Populus ingenio varius ac judicio falsus. 25 Ac si. 26 Inde virtute præditus, *Nec ponit aut sumit secures Arbitrio popularis auræ.* Bonus & sapiens uti quis est tacente etiam populo: ita talis non fit, licet populus ita prædicet. 27 Timor & dolor de falso rumore e falso corruptoque sunt judicio. Nam calumnia in auctores recidit. Populo tamen propria est. Varro, *Tertia pœnarum* (Furiarum) *infamia Stans nexa in vulgi pectore Fluctuanti intonsa coma Sordido vestitu, ore severo.* 28 Rogat Horatius. Docetque aliquem *civem bonum* esse posse, qui tamen *vir bonus* non sit.

Qui conſulta patrum [29], qui leges, juraque ſervat:
Quo multæ, magnæque ſecantur [30] judice lites:
Quo reſponſore [31], & quo cauſę teſte tenentur.
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora [32].
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Servus [33]: *habes pretium, loris non ureris* [34], *ajo.*
Non hominem occidi. Non paſces in cruce corvos [35].
Sum bonus, & frugi. [36] *Renuit, negat atque Sabellus* [37].
Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suſpectos laqueos, & opertum miluus hamum [38].
ODERUNT peccare boni virtutis amore [39].
Tu [40], nihil admittes in te [41] formidine pœnæ.
Sit ſpes fallendi [42] miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabæ modiis, cum ſurripis unum:
Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto [43].

Quam-

29 Ita Quintius cenſet cum vulgo: & Cicero bonos vocat, qui de rep. bene ſentiunt. Sed definitionem ſane imperfectam Socratico more Horatius refutat. 30 Deciduntur. 31 Conſultore, advocato. 32 Sat. 1 l. 2 v. 63. 33 Servus bonus non eſt dicendus qui furtum non fecit. Pœnæ metu prava voluntas forte repreſſa eſt. 34 Cæderis. 35 Catul. Cominio crucem imprecans, *Effoſſos oculos voret atro gutture corvus. Inteſtina canes, cætera membra lupi.* 36 *Frugi* opponitur *nequam*, *frugalitas nequitiæ.* 37 Ego Horatius nego. V. Sat. 1 l. 2 v. 36. 38 Cumulata ſimilitudine docet ſervum frugi dici non poſſe, cum metu pœnæ abſtinet a vitiis. Pro *cautus* al. l. *captus*, pro *& opertum* al. l. *adopertum*, i. e. cum cura abſconditum. pro *milvio* Dacier ſcribit *milnus*, cum illa ſit vox non Latina. Idem Gifan. ad Lucret. & Ciofanus ad Ovid. & Faern. ad Ter. ajunt. 39 Cic. 1 Leg. *Si non ipſo honeſto movemur, ut viri boni ſimus, ſed utilitate aliqua aut fructu; callidi ſumus non boni. Nam quid faciet in tenebris, qui nihil timet niſi teſtem vel judicem?* 40 Hæc ſervo dici, fingendum eſt: Et hac pœnæ ratione qui a malo abſtinent, ſervis ſunt ſimiles. 41 *In te* contra te. 42 *Fallendi*, latendi. Præclare Cic. Gygis *annulum ſi habeat ſapiens, nihil plus licere putet peccare, quam ſi non haberet.* De off. l. 3 c. 9. 43 At ſupra riſit Stoicos, qui peccata eſſe paria docebant, perinde acſi mus & elephas, quia quadrupedes, muſca & aquila, quia ſunt aves, pares dici poſſint. V. Sat. 3 l. 1.

Vir bonus, omne forum quem ſpectat, & omne tribunal,
Quandocunque deos vel porco, vel bove placat [44],
Jane pater, clare, clare cum dixit, Apollo [45]:
Labra movet, metuens audiri [46]: pulchra Laverna [47]
Da mihi fallere: da juſtum, ſanctumque videri:
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem [48].
Quo melior ſervo, quo liberior ſit avarus,
In triviis fixum cum ſe demittit ob aſſem [49],
Non video. Nam qui cupiet, metuet quoque porro:
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma [50], locum virtutis deſeruit, qui
Semper in augenda feſtinat, & obruitur re [51].
Vendere cum poſſis captivum, occidere noli [52].

70 Ser-

44 Deſcribit vulgo & in foro habitum ſpectatumque civem bonum, ſplendidum nempe fallacemque politicum: quales fere deſignat Servator Pharizæos Math. 7, 15. 45 Cum Janum, ſeu Apollinem invocavit clara ſonoraque voce. Pythag. dixit, μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι, *cum clamore ovare*. & Sen. *Sic loquere cum deo tanquam homines audiant.* Apparet autem & privatos in templis clara voce oraſſe cum hic, tum in Perſ. Sat. 2 v 8. Julianus Chriſtianos Antiochenſes hoc quoque nomine reprehendit, & quod ἀκοσμίας, *ſine ordine*, loca ſacra replerent. V. Miſopog. Jul. 46 Sub lingua vota facit ad Lavernam, lævam deam, ut latere modo poſſit, & civis haberi bonus. Quin & cereis tabellis imaginibus affixis vota diis ſignabant. Hoc Juv. Sat. 10 vocat *genua incerare deorum.* 47 *Praxidica* Græcis, Dea furum, (qui, ut Iſid. ait, laterniones & laverniones olim dicti) quibus nox amica: templum habebat valde obſcurum in via *Salaria.* 48 Quam bene Socrates orat, Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ ἐυχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ ἐυχομένοις ἀπάλεξον, *Bona precantibus & non precantibus nobis da, mala precantibus quoque averte.* Aurea quoque erant ejus verba, NE MOTUS QUIDEM MEOS SCIO TE LATERE POSSE. 49 Tranſl. a puerorum luſu, qui aſſem humi defigunt, ut rideant eo ſe demittentes, eumque tollere geſtientes. Perſ. Sat. 5 v. 111 *Inque luto fixum poſſis tranſcendere nummum.* 50 Arma contra vitia porexit nobis deus: Illa abjicere, turpiſſimum. At avari id ſedulo agunt. 51 *Obruitur re.* Pro quo epiſt. 7 *Immoritur ſtudiis, & amore ſeneſcit habendi.* 52 Avarum cum ſervo comparavit: jam & ſervo

70 Serviet utiliter. ſine paſcat durus 53 *aretque:*
Naviget, ac mediis hyemet mercator in undis:
Annonæ proſit 54*: portet frumenta, penuſque.*
Vir bonus, & ſapiens audebit dicere 55*, Pentheû,*
Rector Thebarum, quid me perferre, patique
Indignum coges 56*? adimam bona. nempe pecus, rem,*
Lectos, argentum. tollas licet. in manicis, &
Compedibus ſævo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus 57*, ſimulatque volam* 58*, me ſolvet* 59*. opinor*
Hoc ſentit 60*, moriar.* MORS ultima linea rerum
eſt 61.

inutiliorem facit. Servus enim vendi poteſt. 53 *Durus*, laborioſus. 54 Annonam levet, adeoque publico quoque proſit. 55 Jam demum veram boni viri imaginem dat: qui *pejus letho flagitium timet*, & in vinculis quoque liber eſt. 56 Dialogus hic inſtituitur & Eurip. in Bacchis act. 2, ubi inducit Bacchum in vinculis quoque Penthei regis minas ſpernentem. Illi vir bonus par eſt. V. od. 31 l. 3. 57 Pro deo Eurip. ait, ὁ δαίμων αὐτὸς, *Bacchus ipſe*. Ita liberaſſe ſe Ovid. de Baccho fabulatur l. 3 met. fab. 7 &c. Horatius Mortem pro deo iſto forte accipit, quæ malis omnibus bonos exſolvit. 58 Αὐτοχειρίαν forte & hic probet homo Stoicus. Ita & od. 37 l. 1 Cleopatræ conatum laudat. Sed contra Pythagoram, Platonem, & aſſeclas, qui ignavi, non fortis animi eſſe dicit injuſſu dei e corpore fugere. 59 Mors omnia ſolvit. Hinc eſt quod Græci damnatos ad mortem vinculis exuerent. 60 Vir bonus. 61 Tranſl. a circo & ſtadiis, vel a pictura.

AD SCÆVAM. XVII.

Epiſtola hac & ſeq. ſane gravi, eleganti, erudita & callida Scævam, qui in flore ætatis videbatur familiaritatem magnatum affectare, docet vitam civilem gratam majoribus & æqualibus. Nominatim vero ſuadet ut in convictu hominum potius Ariſtippo philoſopho Platonico, quam Diogeni Cynico velit ſimilis eſſe.

Quamvis, Scæva 1*, ſatis per te tibi conſulis* 2*, & ſcis,*

1 Eques Rom. *Scævæ*, *Lævini*, *Scævolæ*, a manus lævæ uſu, noti ſunt. V. Ep. 13. 2 Satis per te ſapis, nec me eges conſultore, ex Heſiodo dicit, *eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quod in rem ſit*;

Quo tandem pacto deceat majoribus uti [3] :
Discе docendus adhuc, quæ censet amiculus [4] : *ut si*
Cæcus iter monstrare velit [5] : *tamen aspice, si quid*
Et nos quod cures proprium [6] *fecisse, loquamur.*
Si te grata quies, & primam somnus in horam [7]
Delectat : si te pulvis, strepitusque rotarum,
Si lædit caupona [8] : *Ferentinum* [9] *ire jubebo.*
Nam neque divitibus contingunt gaudia solis [10] :
Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit [11].
Si prodesse tuis, pauloque benignius ipsum
Te tractare voles, accedes siccus ad unctum [12].
Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus. Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat [13]. *Utrius horum*
Verba probes, & facta, doce : vel junior audi,
Cur sit Aristippi potior sententia. Namque
Mordacem Cynicum [14] *sic eludebat, ut ajunt,*

Scur-

secundum, eum qui bene monenti obediat : qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse. 3 Versari cum majoribus. 4 Modeste se vocat amiculum docendum, & utitur voce *loqui*, quod a Socrate hausit. 5 Prov. μὴ τυφλὸν ὁδηγὸν, *ne cæcum ducem sume.* 6 In succum & sanguinem vertere. 7 Ad septimam nostram. Qui illa surgunt, otium sequi ait. 8 Vicina ædibus. 9 Urbs est incelebris Hernicorum : alia est *Ferentium* in Etruria. 10 Gratæ divitibus vices. Tu sedem subinde etiam muta : Sensit hoc Ion in Eurip. cum Xuthum orat, ut sibi se vivere finat : nam, ait, idem est in magnis rebus suaviter vivere, ac in parvis. Εα δ' ἐμαυτὸν ζῆν ἐσηγάγε· χάρις Μεγάλοισι χαίρειν, σμικρὰ δ' ἁδέως ἔχειν. 11 *Fefellit* pro *latuit.* Ita Agamemnon, rex ille regum, beatum prædicat famulum quendam suum, quod ignobilis, inglorius, vitam traduxerit sine periculo; miseros contra eos qui fruuntur honoribus : Eurip. in Iphig. Aul. v. 17 Sen. Thy. 387 &c. V. Plut. lib. an bene dictum, λάθε βιώσας. 12 *Si* rem velis facere, *siccus*, submissus, & obnoxius veni *ad unctos* seu divites. 13 Vitam cum magnatibus modo commendaverat, ut utilem iis, quibus illa allubesceret. At reclamat Diogenes, cum Aristippus olera lavanti superveniret, Si Aristippus oleribus esset contentus, regibus nollet servire. At hic respondit, Si Diogenes sciret uti familiaritate regum, fastidiret olera, & principes mallet sectari. 14 *Mordax Cynicus*, Diogenes, qui in mo-

Scurror ego ipſe mihi, populo tu [15]. *Rectius hoc, &*
Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat
rex [16].
Officium facio [17], *tu poſcis vilia; verum es*
Dante minor [18] *quamvis ſer. te nullius egentem.*
Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res [19],
Tentantem majora, fere præſentibus æquum [20].
Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor, vitæ via ſi converſa decebit [21].
Alter purpureum non expectabit amictum [22],
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Perſonamque feret non inconcinnus utramque [23].
Alter Mileti textam, cane pejus, & angue
Vitabit chlamydem [24]: *morietur frigore, ſi non*
Rettuleris pannum. Refer, & ſine vivat ineptus [25].

res hominum promiſcue inveheret. 15 Ego mihi, & in rem meam, ſcurram ago, tu populo ut placeas & declamatio fias. 16 Ἵππον με φέρει, Βασιλεὺς τρέφει, Prov. e tragœd. quo utebatur tyro cum ad miſſionem invitus impelleretur. 17 Aſſiduitate officioſa Ariſtippus bene apud Alexandrum vivebat. 18 Tu Diogenes, cum ob vilia populo te ſubmittis, minor es populo. Beatius enim dare, quam accipere. 19 Ad omnem rerum conditionem ſe parabat. Ἦν ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ, καὶ χρόνῳ, καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἀρμονίας, ὑποκρίνασθαι. Diog. Laërt. Sapientem iſta noſſe, ait quoque Salomo. Quid ſit *color.* v. p. 382, 45. 20 In Iſocr. præceptum eſt, σίεγε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βέλτίω, *Præſentia ama, meliora vero quære.* 21 Periphraſis de Diogene, qui duas pallii lacinias ab utroque latere retrorſum rejiciebat, & in humeris fibula ſtrictas retinebat, cum nulla, ut ſolebat fieri, ſub rejecto iſto pallio eſſet tunica, ſed interula. Quin & pallio ſuo quaſi ſtragula tectus & involutus dormiebat. Mirabor, inquit Ariſtippus, ſi Diogenes ut in inopia, ita & divitiis poſitus tam bene ſe ſit geſturus. 22 Ariſtippus, ſi pallium qualecunque habeat, purpureum non expectat. Plut. hoc in eo mirabile ait fuiſſe, quod vili ſub pallio gravitatem dignitatemque ſuam conſervaret: & Plato dicebat, Tu ſolus potes decenter vile & purpureum geſtare pallium. 23 Philoſophi & aulici. *Perſona*, vox Comica. 24 Diogenes. Mileſii veſtium mollitie & tinctura inter Aſiaticos celebratiſſimi. 25 Diogenes ab Ariſtippo ad balnea invitato, Ariſtippus pro vili illius pallio purpureum ſuum ſupponi juſſit. Diogenes e balneo exiens ſuum ni

Res gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes:
Attingit ſolium Jovis, & cœleſtia tentat.
PRINCIPIBUS placuiſſe viris, non ultima laus eſt [26].
NON cuivis homini contingit adire Corinthum [27],
Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet [28]: eſto.
Quid, qui pervenit, fecitne viriliter [29]? atqui
Hic eſt, aut nuſquam, quod quærimus. Hic [30] onus horret,
Ut parvis animis, & parvo corpore majus:
Hic ſubit, & perfert. Aut virtus nomen inane eſt:
Aut decus, & pretium [31] recte petit experiens vir.
Coram rege ſuo de paupertate tacentes [32],
Plus poſcente ferent. Diſtat, ſumaſne pudenter,
An rapias [33]. Atqui rerum caput hoc erat, hic fons [34].
Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater,

Et

reddatur, interula tantum indutum ſe potius incedere malle clamabat, quam purpureo iſto prodire. Lacerum ergo pallium reddi ineptо illi debuit. 26 Principes rebus bene geſtis diis ſunt ſimillimi. Illis ergo qui placent & inſerviunt, otioſis & umbraticis longe præferendi. *Rem gerere* ad militiam pertinet. Mur. Var. 9, 7. 27 Antiquum de Laïde nimis quæſtuoſa prov. Sed quidni de periculoſo ad Corinthum appulſu illud intelligatur? Ita Suidas & Strabo de Corintho teſtantur. 28 Objectio otia ſectantium. Quievit, qui timuit apud magnates bene recipi. 29 Concedit timidos & verecundos iſtos non male facere. At nonne qui tantos animos habent, ut auſint magna aggredi & exequi, laudabiliores ſunt? 30 Diogenes, vel quivis otioſus. 31 An virtus & vir experiens recte petit decus & pretium? At Cic. 3 de rep. & philoſophi omnes clamant, *Vult plane virtus honorem, nec eſt virtutis ulla alia merces, quam tamen illa facile accipit, non exigit acerbe.* Ovid. *Externis virtus incomitata bonis.* Quid ſi ergo hic leg. *Aut decus ut pretium* &c. Ita H. Steph. l. 5 Sched. 8. At non perpendit perſonam Ariſtippi, qui fictum illum opum contemtum ridet: neque verba ſequentia pretium & quidem philoſophicum illud tantum admittunt. 32 Nunc præcepta dat, quomodo principibus uti debeamus. Ii vero ſerenos amant vultus. Querulos & petaces dedignantur. Oſtendit hoc Archelaus Rex Macedo, qui aulico (ex eorum genere qui id negotii in aula ſibi dari credunt, ut petant tantum) aureum regis catinum rogante, Euripidi ſecum aſſidenti dari juſſit, impudentique illi dixit, Tu dignus qui repulſam feras ſemper, Euripides vero qui donetur. 33 *Rapere* hic eſt extorquere. 34 Sic in aula vivitur.

Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus [35],
Qui dicit, clamat, Victum date. Succinit alter,
Et mihi dividuo findetur munere quadra [36].
Sed tacitus pasci si posset corvus: haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, invidiæque [37].
Brundisium comes, aut Surrentum [38] *ductus amœnum,*
Qui queritur salebras, & acerbum frigus, & imbres,
Aut cistam effractam, & subducta viatica plorat:
Nota refert meretricis acumina [39], *sæpe catellam* [40],
Sæpe periscelidem [41] *captam sibi flentis, uti mox*
Nulla fides damnis, verisque doloribus adsit.
Nec semel irrisus triviis attollere curat
Fracto crure planum [42]: *licet illi plurima manet*
Lacrima: per sanctum juratus dicat Osirim [43],
Credite: non ludo: crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum: vicinia rauca reclamat.

35 *Firmus*, ἱκανός. 36 Mox, ut mendici solent, uno victum petente, alius adest, qui dimidium, ut sibi findatur, rogat. *Quadra*, panis quadratus, vel tessera frumentaria. 37 Alludit ad fabulam de corvo prædam nacto, quam crocitu vulpes excita intercepit. 38 *Surrentum*, Picentinorum est urbs, ad mare sita. 39 *Meretrices* ea quæ dari ab amantibus cupiunt, uti amissa flere solent. Ov. *Quid cum mendaci damno mœstissima ploras? Elapsusque cava fingitur aure lapis.* Plaut. in Truc. sc. 1 *Aut aurum periit, aut conscissa pallula est, Aut emta ancilla, aut aliquod vasum argenteum . . . aut aliquod semper est Quod pereat, debeatque amans scorto suo.* 40 *Catella*, catenula, vel Melitæus catulus, qui ut Bajonæ nunc porcelli, cordi erat mulierculis. Inde in Inscript. *a cura catellæ.* Plaut. in Curc. ludit in ambigua ista catelli voce, cum servo denunciantur vincula, *Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes.* V. Mart. l. 1 epig. 110. 41 Cruris vinculum, quod ob saltationes (forte tum non modestas adeo ut nunc) solebat esse ornatissimum. 42 *Planus* a πλάνος, *impostor, erro*: qui simulat crus sibi fractum, ut spoliet viatores ad se accurrentes, vel in currum levantes. Barth. e cod. antiquiss. glossa notat, *Planum solitum sponte cadere in foveam cum vellet portari a transeuntibus in urbem, & deinde portantes deridebat. Postea contigit ut nolenter caderet, & cum frangerat, tum ita mortuus est.* Jocus Cic. in Plancum de Plano proverbiali conferri huc potest. 43 *Osyris, multoculus* dictus Eusebio, & habitus pro sole, qui omnia videt, & orbem obit. Hic deus mendicis, cynclis, & erronibus bene convenit.

AD LOLLIUM. XVIII.

Hæc epiſtola ejuſdem fere cum præc. argumenti, ejuſque velut continuatio eſt, ad Lollium Caji Cæſaris Auguſti nepotis rectorem. De eo dixi p. 241, 24.

SI *bene te novi, metues, liberrime Lolli* [1],
Scurrantis [2] *ſpeciem præbere, profeſſus amicum.*
Ut matrona meretrici [3] diſpar erit, atque
Diſcolor [4], infido ſcurræ [5] diſtabit amicus.
Eſt huic diverſum vitio vitium prope majus [6],
Aſperitas agreſtis, & inconcinna, graviſque [7],
Quę ſe commendat tonſa cute, dentibus atris [8],
Dum vult libertas mera dici [9], veraque Virtus.
VIRTUS eſt medium vitiorum, & utrimque reductum [10].
Alter in obſequium plus æquo pronus, & imi
Deriſor lecti [11], ſic nutum divitis horret,
Sic iterat [12] voces, & verba cadentia [13] tollit,
Ut

1 Liberrimus erat, & aſperiori ingenio. 2 *Scurra* morionem notat & adulatorem. Hic pro vafro politico utitur, qui tum maxime amicum ſe ſimulat, cum nocere vult. 3 Plato quoque *adulatorem* & *meretricem* uno ordine ponit, appellatque animalia noxia, ſed jucunda. 4 Meretrices variis indutas fuiſſe veſtibus, noto ſup. 5 Adulator & meretrix infidi: nam quid ſibi utile ſolum intuentur. 6 Omne vitium aliud ſibi habet oppoſitum. 7 *Adulatori* opponitur rudis, & agreſtis, qui plus incommodat, & emendari adeo nequit. Nam ceu in monarchia ſolipſorum educatus ſolus regnum poſſidere cupit. Eoque Græcis dicitur, ἀυθάδης, δύσκολος, δύστροπος, quem Ariſt. comparat incudi, quæ malleo ſemper reſiſtit. Inter extrema iſta eſt ὁμιλητικὸς, qui jucunde & graviter utitur amicis. 8 Qui alios negligunt, ſe ipſos quoque negligere videas, & incultos ſquallidoſque prodire, ut ſolebant Stoici. Niſi hic *tondere cutem* perinde ut dicimus *ad vivum reſecare* i. e. nimis acriter caſtigare, & *dentes atros* pro mordacitate accipias. 9 Al. l. *dici mera*. 10 Omnis virtus conſiſtit in mediocritate, ajunt ethici: non reſpectu rei, ſed noſtri, geometrica, ut vocant, proportione. 11 *Imi lecti*, qui in una lecti parte accumbit, ceteroſque, ut ludos hero faciat, ridet & vero plus laudatore movetur ad ſingula verba nutuſque. 12 Barth. erant, c. l. *verat*, veras eſſe jubet, calculo ſuo verificat. *Iterat*, ut

Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro [14]
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas [15],
Alter rixatur de lana ſæpe caprina [16]:
Propugnat nugis armatus: ſcilicet, ut non
Sit mihi prima fides [17], & vere quod placet, ut non
Acriter elatrem [18]: pretium ætas altera ſordet [19].
Ambigitur quid enim? Caſtor ſciat, an Docilis plus [20]:
20 Brundiſium Numici melius via ducat, an Appi [21].
Quem damnoſa Venus [22], quem præceps alea nudat [23]:

Gnatho, quod rex ait, ipſe ajit, negetque quod negat. 13 *Tollere verba*, eſt repetere minutas voculas cum admiratione. Aliter *verba cadere* dicuntur, in ſacris & prophanis, quæ fruſtra ſunt, & in ventos abeunt. 14 *Dictari* ſolebant a præceptoribus lectiones. Hor. l. 2 ep. 1 v. 70 *memini plagoſum quæ mihi parvo Orbilium dictare.* Hinc intelligitur illud Cæſaris, Syllam *neſcire literas qui dictaturam deponeret.* 15 *Tractare ſecundas* eſt quicquid primus actor dixiſſet ſequi. Hoc ut fieri decenter potuerit, ac placere, ſicuti multa antiquæ Comœdiæ, non liquet. Sup. p. 367 n. 43 Palmerii ſpicil. in Plaut. Aſin. in med. 16 Adulatori contrarius eſt agreſtis cenſor: hic de lana caprina rixatur, ut eſt in proverbio. In jure noſtro in l. 9 par. 9 D. de leg. 3 de lana caprina vere quæritur, an ſub lana legata etiam contineatur *leporina, caprina & anſerina*, ſcilicet lana illa ſubtilis & pauca quæ eſt ſub pilis ac plumis, unde vellera fiunt pretioſiſſima. V. Bochart. 17 Diſputax ille ait, nonne mihi prima fides dabitur? 18 *Veritatis ſimplex oratio*, ait Ter. *Sed qui non jugulat victor abire ſolet*, dicit Quartilla apud Petron. At qui falſa aut inepta tuentur, inſanis clamoribus pro rationibus uti ſolent. 19 Nolim tacere, ſi vel ætas altera, ſilentii pretium, proponatur: vel mori malim. Aliis ætas *altera* eſt juvenilis. Ita vox altera eſt init. epod. 16. 20 Quis gladiator ſit melior. At quanta in re hæc diſputatio eſt! V. Sat. 6 l. 2 v. 44, 72. 21 Duæ Brundiſium viæ: *Numici*, vel potius *Minuci*, & *Appii*. 22 Tranſit ad alia, quæ magnatibus ſunt ingrata. Intempeſtiva & immoderata Venere nulla capitalior peſtis eſt, ut quæ corpus fatigat, ſpiritus exhaurit, & omne animi lumen extinguit. Catalogi texuntur eorum qui vel mox a contracto matrimonio hilari pœna ac crudeli hoc gaudio extincti ſunt. Fabula Tithoni ab aurora amati, mutatique in cicadam, referri huc poſſit. At *voluptates commendat rarior uſus*, & ut Juv. Sat. 10 *merito ſuſpecta libido Quæ Venerem tentat ſine viribus.* 23 *Alea præceps*, quæ in quævis mala præcipitat. Amm. Marc. l. 28 cauſas deleti Rom. imp. enumerans, aleam quoque recenſet. Tac. de mor. Germ. refert, *Tanto eos aleæ ſtudio flagraſſe, ut cum in pecuniam amplius non poſſent, in libertatem & corpus luderent.*

Gloria quem ſupra vires & veſtit, & ungit [24]:
Quem tenet argenti ſitis importuna, famesque [25]:
Quem paupertatis pudor, & fuga: dives amicus,
Sæpe decem vitiis inſtructior, odit, & horret [26]:
Aut, ſi non odit, regit [27], ac, veluti pia mater,
Plus, quam ſe, ſapere, & virtutibus eſſe priorem
Vult [28], & ait prope vera [29]. Meæ, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes. Tibi parvula res eſt,
Arcta decet ſanum comitem toga [30]. Deſine mecum
Certare [31]. *Eutrapelus, cuicunque nocere volebat,*
Veſtimenta dabat pretioſa [32]. *Beatus enim jam*
Cum pulchris tunicis ſumet nova conſilia, & ſpes:
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
Officium: nummos alienos paſcet [33]: *ad imum*
Thrax erit [34], *aut olitoris aget mercede caballum* [35].

Ar-

24 Plaut. in Merc. *Nec pol profecto quiſquam ſine grandi malo Præ quam res patitur, ſtuduit elegantiæ.* V. Sat. 3 l. 2 v. 312, 25 Lollius quam rapax fuerit, v. p. 241, 24. 26 Cic. de Amic. Sect. 22 *plerique perverſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt.* 27 Vitioſi a magnatibus deridendi ac comedendi præbentur. 28 Ironica comparatio. 29 Diviti & pauperi ſtultis eſſe non licet. At divitis ſtultitiam ſi opes non tuentur, certe cum eam pariant, patiuntur. 30 *Parvum parva decent.* Certe comitem magnatum. 31 Huc ſpectat fabula de rana d. Sat. 3 v. 314. 32 Hor. iterum loquitur. Volumnius, ab urbanitate Eutrapelus dictus, Antonii & Ciceronis familiaris, inimicis ſuis pulcras dabat, vel dari præcipiebat togas, & cum iis quæ luxui ſuſtentando erant, dicens alium eos cum his animum ſumturos, luxuque eos perditum iri. Nam *amentia & intemperies comitatur divites ac potentes*, ut Iſocr. in Areop. ait. Lydi certe, ante ſemper rebellantes, luxuriæ deſidiæque inſtrumentis a Cyro præbitis, fracti ſunt ac ſuperati. Juſtin. 1, 7. 33 In æs alienum, & bonorum naufragium conjicet. *Paſcere nummos alienos* eleganter pro ſortem alterius fœnore augere. Pro *paſcere* forte *poſcere* l. Nam prodigus poſcit quidem nummos, ſed de ſorte & uſuris ſecurus eſt, dum modo ſe paſcat. 34 Thraces ſeu Threces, cruenti gladiatores cum parma & ſica depugnabant. At hic pro quovis gladiatore ſumitur. 35 *Si* parum validus ſit, famulabitur *olitori*, quem poſt *hortulanum* dixere.

ARCANUM neque tu ſcrutaberis ullius unquam [36],
Commiſſumque teges [37], & vino tortus, & ira [38].
Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes [39]:
[40] Nec, cum venari volet ille, poëmata panges [40].
Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque
Zethi diſſiluit [41]: donec ſuſpecta ſevero [42]
Conticuit lyra. Fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion [43]. Tu cede potentis amici
Lenibus imperiis [44], *quotieſque educet in agros*
Ætolis onerata plagis jumenta, caneſque,
Surge [45], *& inhumanæ ſenium* [46] *depone Camœnæ,*
Cœnes ut pariter pulmenta [47] *laboribus empta.*
Romanis ſolenne viris opus, utile famæ,
Vitaque, & membris: præſertim cum valeas, &
Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum
Poſſis [48]. *Adde, virilia quod ſpecioſius arma*
Non eſt qui tractat. Scis quo clamore coronæ

36 *Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt*, v. 69. Vel ut Juv. *Scire volunt ſecreta domus atque inde timeri.* 37 Si commiſſum quid ſit, ſerva, ut ſi depoſitum ſit tecum aurum argentumve. Illud autem revelare, injuſti infirmique animi eſt. 38 Qui vino & ira, ceu fidiculis tentatus contra aliquem tacuerit, *Scias Tum jam ipſum habere poſſe vitæ ſuæ modum.* Certe, ut fidem alicujus videant, *Reges dicuntur magnis urgere cululli, Et torquere mero.* V. Art. v. 434. 39 Sic Pamphilus laudatur, *facile omnes perferre ac pati Cum quibus erat cunque una, iis ſe dedere, Eorum obſequi ſtudiis, adverſus nemini.* Certe magnatibus non minus debetur. 40 Ἀκαιρία, importunitas, amicis & majoribus tam inviſa, ac ſi quis ad amicam febricitantem veniat comeſſatum. Theoph. char. c. 12. 41 *Amphion & Zethus* fratres, ex Jove & Antiopa nati. Ille Muſicam, ſeu ut Cic. vocat philoſophiam amabat, hic venationem. Belli quod Zethus fratri ejuſque philoſophiæ intulit, nobile fragmentum dat Heinſ. ex Eurip. Antiopa. 42 *Zethum ſeverum, ruſticum, durum.* 43 Amphion, qui poterat *ſaxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere quo vellet*, cedit fratri moroſo. 44 Argum. a min. ad majus. 45 Cum in Ætolia, Achaiæ regione, aprum vult venari. In fabulis notus eſt, *Caledonius aper*, ſic dictus a Caledonia, Achaiæ regione, quam vaſtabat. 46 *Senium*, moroſitatem. 47 P. 386, 20. 48 Liv. 1, 4 de Romulo & Remo, *cum primum adolevit ætas, nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes, venando pera-*

Prælia ſuſtineas campeſtria 49. *denique ſævam*
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti 50
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit 51,
Et nunc, ſi quid abeſt 52, *Italis adjudicat armis.*
Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis 53:
Quamvis nil extra numerum 54 *feciſſe, modumque*
60 Curas, interdum nugaris rure paterno 55.
Partitur lintres exercitus 56: *Actia pugna*
Te duce per pueros 57 *hoſtili more refertur.*
Adverſarius eſt frater, lacus 58, *Adria: donec*
Alterutrum velox 59 *Victoria fronde coronet.*
Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum 60.
Protinus ut moneam (ſi quid monitoris eges tu)
Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpe videto 61.
Percontatorem fugito. Nam garrulus idem eſt 62:

70 Nec

grave circa ſaltus. Hinc robore corporibus animiſque ſumto, &c. Lipſ. de Romanorum venandi ſtudio dubitat, contra Liv. Hor. & Plin. c. 81 *Olim hæc experimenta juventutis, hæc voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu: nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum & obſidione quadam liberatus agreſtium labor.* 49 *Campeſtria*, in campo Martio, l. 1 od. 8. 50 Lollius Auguſtum in Cantabricam expeditionem fuerat comitatus. V. p. 167, 17. 51 Qui ſigna a Parthis Craſſo erepta e templis eorum refixit ſeu ſolvit. Od. 5 l. 3 Od. 15 l. 4. 52 Nunc forte contra Pannonios ac Sicambros miſſi erant Tiberius & Druſus. 53 Ceteris ludis, quibus forte Cajus princeps delectabitur. 54 *Numerum*, decus ac gravitatem. Fuerat jam Coſ. Lollius. V. ep. 2 l. 2 n. 97. 55 Graves viros ludis ſæpe puerilibus delectatos v. l. 2 Sat. 1 v. 71. 56 Navalem Auguſti cum Antonio pugnam ad Actium repræſentabat Lollius: certe hoc Auguſto non poterat non placere. 57 V. Suet. c. 43. Ut pueriles iſti ludi bellis præluſerint ſæpe V. in Dione l. 5. & hiſtoriâ patriâ. V. Mur. l. 13 Var. lect. c. 9. 58 Lucrinus lacus. 59 Victoria alata. Celeritas victoriæ Actiacæ celebrata fuit. 60 Qui viderit te obſequentem ſuis ſtudiis, ludum illum tuum navalem laudabit; *utroque pollice*, ſcil. ſubrecto, qui geſtus favorem notat: contra pollices preſſi odium arguunt. Alii tamen hæc aliter explicant. V. Buchner. 61 Porro. 62 Omnium præcepta de lingua moderanda ſuperat unus Eccleſiaſtæ locus c. 10 v. 20, *Ne quidem in conſcientia tua regi maledicito,*

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum [63].
Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve,
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri, charæve puellæ
Munere te parvo beet, aut incommodus angat [64].
Qualem commendes, etiam, atque etiam aspice [65]: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignum tradimus. Ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Ut penitus notum, si tentent crimina [66], serves,
Tuterisque tuo fidentem præsidio: qui
Dente Theonino [67] cum circumroditur [68], ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet [69],
Et neglecta solent incendia sumere vires [70].
Dulcis inexpertis cultura potentis amici [71]:
Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est [72],
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura [73].

Ode-

& in conclavibus cubilis tui ne maledicito diviti: nam avis cœlorum perferret vocem illam, & ales indicaret verbum. 63 Menander lapidi jactato comparat verbum ab ore remissum. Ita & *nescit vox missa reverti.* 64 Ne dominus pueri vel puellæ aut det tibi parvum sed cupitum munus, quod pro magno semper in rationes veniet, aut ne difficilis neget, & exin dolorem afferat. V. p. 322, 92. 65 Qui commendat aliquem, suo id periculo fere facit: &, ut in jure nostro scriptum est, *Sæpe celata morum emergit improbitas.* 66 *Crimina*, criminationes. 67 Theon, maledicus poëta, proverbio locum fecit, *Dens Theoninus.* Epod. 6 *atrum dentem* dixit. 68 Detrectatur. Græci similiter παραφαγεῖν, & παρατρώγειν dicunt. 69 Calumnia orbis Phaëton dici possit. 70 Conscientia nobis, fama apud alios integra esse debet. 71 Qui amicos potentes familiariter non novit, omnia apud eos suavia & credula putat. 72 Lollius jam cum Cajo erat. 73 *Ne currente retro funis eat rota.*

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi 74 ?
90 Sedatum celeres, agilem, gnavumque remiſſi.
Potores bibuli 75 media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quamvis
Nocturnos jures te formidare vapores.
Deme ſupercilio nubem 76. Plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi 77.
Inter cuncta leges, & percontabere 78 doctos:
Qua ratione queas traducere leniter ævum:
Ne te ſemper inops agitet vexetque cupido 79:
Ne pavor, & rerum mediocriter utilium 80 ſpes.
100 Virtutem doctrina paret, naturane donet 81:
Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum 82:
Quid pure 83 tranquillet: honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter 84, & fallentis ſemita vitæ.

Me

74 At *Hi ſunt inimici peſſimi, fronte hilaro, corde triſti Quos neque tu apprehendas, neque vitare ſcias.* Plaut. Amphit. 75 *Potores bibuli*, ſtrenui, qui ſuctu fere vivunt. 76 Triſtem & moroſum vultum, & matutinam, ſeu Catonianam frontem depone, frontem exporrige. Illa autem epiſcynii ſeu ſupercilii demiſſio, qua & oculi vultuſque pars obtegitur, nubes vocatur. Cic. in Piſ. *Frontis tuæ nubeculam pertimeſcerem.* At coram principe nec ſapientem ſe nec triſtem oſtentare decet, ut Salomo docet. V. Lamb. hic. 77 *Obſcurus*, qui myſteriis plenus, *acerbus* qui myſanthropus eſt, qualis Timon ille Luciani, qui neminem poterat ferre. 78 Lectionem cum uſu ac commercio hominum recto conjungit. 79 Lollius ſic Horatio jam notus erat. 80 Fortunæ bona ſunt per ſe nec bona nec mala. Ter. Heaut. a. 1 ſ. 3 *Atque hæc perinde ſunt, ut illius animus qui ea poſſidet; Qui uti ſcit, ei bona. Illi qui non utitur recte, mala.* 81 Veteres in eo diſputant, *quonam pacto virtus pariatur, naturane, an ratione, an uſu*, Cic. in partit. Orat. At Plato in Menone, virtutem Dei donum recte ſtatuit. Et hæc ſtudio excoli ac ſervari debet, favente eodem Numine. Verum tamen quod Cic. pro Archia dicit, *Sæpius ad virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam.* Sed v. p. 169, 9. 82 *Qui peccat, animæ ſuæ vim affert.* 83 Non lucrum, non honor, non gloria pure pacare poſſunt animum. V. p. 333, 97. 84 Vita privata ac ſola ad majorem animi cultum eſt comparata, quam quæ divitiis & honoribus occupatur. His autem ut Lollius ſe exuat, non vult, ſed ut recte ſolum de iis ſentiat.

Me quoties reficit [85] *gelidus Digentia rivus* [86],
Quem Mandela [87] *bibit, rugoſus* [88] *frigore pagus,*
Quid ſentire putas? quid credis, amice, precari?
Sit mihi, quod nunc eſt, etiam minus: ut mihi vivam [89]
Quod ſupereſt ævi, ſi quid ſupereſſe volunt dii:
Sit bona librorum, & proviſæ frugis in annum
Copia [90]*: neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ* [91],
Sed ſatis eſt orare Jovem, qui [92] *donat, & aufert:*
Det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe parabo [93].

85 Epiſt. 10 & 16. 86 Putant quidam hunc rivum hod. dici, *Rivo del Sole*. 87 *Mandela* pagus ille quinque focorum, de quo ep. 16. 88 Alibi *hiſpidos agros* dicit. 89 *Vivere ſibi*, non ſolum damnat τὴν πολυπραγμοσύνην, ſed & otium commendat, ac latebras. Ita & Ov. l. 3 Triſt. el. 4 *Uſibus edocto ſi quicquam credis amico Vive tibi, & longe nomina magna fuge. Vive tibi, quantumque potes præluſtria vita.* Rationem cum aliis iſtiuſmodi verſibus, Virgilianis poëmatibus aſſuit neſcio quis, haud tamen ſubticendam, *vivere doctus Uni vive tibi: nam moriere tibi.* 90 Hic in annum provideri ſibi cupit, alibi in diem ſolum. Et hoc convenienter præcepto ſummi magiſtri noſtri. Utrumque ſano ſenſu accipi poteſt. Sed pagani id negotii tantum crediderunt dari, ut in longinquum cumularent divitias, & optimi quidem ſpecioſo cum prætextu, *non enim quod domi repoſitum eſt, virum lædit*, ut Heſ. v. 362 O. & D. ait. Sed Chriſti diſciplina nos de terrenis magis ſecuros, & ad altiora anhelare voluit. At quantulum illud λείψανον τῆς χρυσῆς γένες! 91 Et hoc rectum in ore Chriſtiani. Ita Mart. l. 10 ep. 47 Vitam beatam cum deſcripſit, claudit, *Summum nec metuas diem, nec optes.* 92 Pro *qui* alii codd. melius leg. *quæ*. Nam formulam eorum quæ precari decet, reſtringit ad ea quæ Jupiter dat & aufert. V. ep. 16 n. 47. 93 Faſtum hunc Stoicum refutavi, p. 430, 16.

AD MÆCENATEM. XIX.

Pravum quorundam in imitandis Poëtarum vitiis potius quam virtutibus ſtudium reprehendit: imitatores iſtos vocans ſervum pecus, ſe contra alia plane ratione veſtigiis aliorum inſiſtere, docet. Deinde rationem reddit, cur ii qui librorum ejus lectione domi delectarentur, eoſque laudarent, foris eos vituperarent.

Priſ-

Priſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino [1],
Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus [2]*: ut male ſanos*
Adſcripſit Liber Satyris, Fauniſque poëtas,
Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ [3]*:*
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus 4.
Ennius ipſe pater nunquam, niſi potus, ad arma
Proſiluit dicenda 5. *Forum, putealque Libonis*
Mandabo ſiccis [6]*: adimam cantare ſeverus* [7].
Hoc ſimul edixit [8]*: non ceſſavere poëtæ*
Nocturno certare mero [9]*, putere diurno* [10].
Quid, ſi quis vultu torvo ferus [11], & pede nudo [12],

Exi-

1 *Cratinus* tam vinoſus fuit, ut Ariſtoph. in εἰρήνῃ jocetur, eum pelles, in quibus recumbebat, perminxiſſe, tandemque mortuum dolore, quod ferre non poſſet aſpectum dolii rupti, & vini inde effluentis. 2 Hæc Cratini verba erant. Mart. *Sobrius nil poſſum bibenti Occurrunt quindecim poëtæ.* Idem notus Græcorum ſenarius dicit, Οὔτι ἐστὶ διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνῃ. 3 Ex quo, pergit Cratinus, Liber ſeu Bacchus pater poëtas Satyris Fauniſque diis agreſtibus & bibacibus aſcripſit, ait Muſas quoque ipſas fere vinum redoluiſſe. Nam poëtæ cum Nymphis, Satyris, & Faunis, ob divinum quo corripiuntur furorem, jungi ſolent. Od. 11. 1. 4 Cratinus ait, Homerum dum vinum toties laudat, probari fuiſſe vinoſum. Odyſ. 9 de vino ait, Ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀνωγή, *Is liquor ambroſiæ eſt & nectare ducta.* 5 Cratinus idem dicit de Ennio. Addere potuiſſet Æſchylum, & Alcæum, qui φιλοινος dicitur Athen. 6 De Baccho dicit, qui poëtas Satyris & Faunis conjunxit. v. 3. Bacchus ergo cauſas orandas & negotia forenſia ſic relinquit ſiccis, ut Prætor cauſas delegat, & edicta præbet. Qui *ſicci* v. od. 18 l. 1 v. 3 *Puteal* p. 432, 40. 7 Nam ut Ovid. ait, *Carmina lætum Sunt opus.* 8 Horatius ait, Simul ac Bacchus hoc edixit. 9 Qui ſic victor erat, placentam accipiebat. J. Pollux, Athen. l. 14, Schol. Ariſtoph. in Equit. 10 Noctu inebriari ſolebant. Poëtæ iſti interdiu. Alcæus certe ait, πίνωμεν τί τὸν λύχνον Ἀμμένομεν, *Bibamus, quid lychnum exſpectamus.* 11 Hor. ſtultos illos mali moris imitatores refutat. Qui vinoſus eſt, ut poetæ illi antiqui, non magis vim virtuteſque eorum proinde aſſequetur, quam qui ſola vultus gravitate Catonem ſe referre putat. *Uticenſis Cato* hîc intelligitur, non Cenſorius. Nec laus illi hic data Auguſtum poſſit offendere. 12 Spartani ex Lycurgi lege nudis incedebant pedibus & Athenis paulo ſeveriores idem fere factitabant. Cl.

Exiguæque togæ ſimulet textore [13] Catonem,
Virtutemne repræſentet, moreſque Catonis?
Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua [14]:
Dum ſtudet urbanus, tenditque diſertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile [15]. *Quod ſi*
Pallerem caſu, biberent exſangue cuminum [16].
O imitatores ſervum pecus [17], *ut mihi ſæpe*
Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tumultus!
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps [18]:
Non aliena meo preſſi pede. Qui ſibi fidit [19]

Dux

Alex. decere id virum ait, belli tempus ſi excipias, eique πᾶσι ἐσσὶ τὸ ὑποδέδεσθαι τῷ δεδέσθαι, *perinde fere calceari & ligari.* 13 *Textore* pro *textura.* Epiſt. 1 *curtatus inæquali tonſore capillos*, pro *tonſura.* Lipſ. el. 1 leg *teſquore*: nam viri graves & ſeveri non amabant nimium illum candorem, aut longitudinem togæ. Theocr. de Hercule Εἵματα δ' ἂκ ἀσκητὰ μέσας ὑπερέντο κνήμας, *Indutus erat veſte haud concinna ad media crura.* 14 *Lingua æmula Timagenis* ſc. linguæ, *rupit Hyarbitam*, Maurum forte aliquem, certe ignobilem hominem: nam Timagenis maledicentiam dum imitaretur, cum melius eloquenriam ejus imitandam ſibi propoſuiſſet, ruptus eſt. Timagenis acida, libera, dicax, improba ſimul & venuſta lingua, qua & Cæſaris gratia excidit, nota eſt e Sen. & Plut. *Linguam* vocemque ejus gravem & Stentoriam fuiſſe, quam Hyarbita exprimere dum conatur, ruptus eſt. Ita Craſſum imitari ſe ſperabant, qui non eloquentiam ejus, ſed ſupploſionem pedum referebant. V. Cic. de orat. Quint. l. 10 c. 2. 15 Quod multis numeris perfectum, cæteriſque ſit exemplar, illud ipſum maxime decipit, cum e vitio quid habeat, ac imitabile plerumque ſoleat eſſe. 16 Nomen pretiumque poetæ aucupantes, ſi Horatius forte palleret, biberent quoque cuminum, quod exſanguem vultum facit, ut viderentur ſtudio crudi ac pallidi. Ita de Oppiano refert Mart. l. 7 ep. 3 *Eſſet, Caſtrice, cum mali coloris Verſus ſcribere cæpit Oppianus.* Cuminum pallorem bibentibus gignere, ferebant aſſectatores Porcii Latronis, clari inter magiſtros dicendi; ſimilitudinem coloris, quem ille pervigili ſtudio contraxerat, imitati. Plin. cumino iſtam vim tribuit: credo, quod obſtruat præcordia. 17 Sen. contra pravam ſcriptorum ex aliis imitationem dicit, *Multi ſunt qui detracto verbo aut mutato aut adjecto putant ſe alienas ſententias lucrifeciſſe.* Caſſ. Severus eos comparat furibus qui vaſorum inſignia mutant, venduntque ut ſua. Mur. & Scal. lyricis Horatium ſua debere, ſi extarent, probari poſſe putant. At v. ind. in *Muret.* n. 18 ep. 3 & Lambin. hic. 18 Primus lyrica Latina feci. Hoc nomine ſæpe in odis gloriatur. 19 Qui juſtam virium fiduciam habet.

Dux, regit examen[20]. *Parios ego primus Iambos*
Oſtendi Latio[21], *numeros, animoſque ſecutus*
Archilochi[22], *non res, & agentia verba Lycamben*[23].
At ne me foliis ideo brevioribus ornes[24],
Quod timui mutare modos, & carminis artem:
Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho:
Temperat Alcæus[25]: *ſed rebus, & ordine diſpar*[26],
Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ[27] *laqueum famoſo carmine nectit.*
Hunc ego non alio dictum prius ore[2], *Latinis*
Volgavi fidicen. Juvat immemorata ferentem
Ingeniis, oculiſque legi[29], *manibuſque teneri.*
Scire velis, mea cur ingratus opuſcula[30] *lector*
Laudet, ametque domi: premat extra limen iniquus[31]?
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor
Impenſis cœnarum, & tritæ munere veſtis[32].

Non

20 Tranſl. ab apibus. *Ego apis Matinæ More modoque* &c. 21 *Jambi Parii* i. e. Archilochi, e Paro inſ. oriundi. Varro jam eos fecerat: ejus eſt, *Repente noctis circiter meridiem* &c. Sed illi pauci fuere. V. p. 336, 29 22 Numeros eoſdem ac animos veterum ſumere, juſtæ quoque imitationis eſt. V. d. ep. 3 n. 18. 23 P. 273, 10. 24 Ne minus me honores. Tranſl. a corona tonſa ſeu tonſili, quali Virgilius templum Cæſari poſiturus ſe cincturum dicit, 3 Georg. v. 21 *Ipſe caput tonſæ foliis ornatus olivæ Dona feram.* Qualemque puero in equeſtri certamine dat *Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona*, Æn. 5. His opponuntur coronæ *nexiles* ſeu *plexiles*, quæ ex integris erant frondibus, & intonſa ac inſecta, qua Phœbum, ut pote ἀνεσεφανόμην, *intonſum*, ornat Poeta Græcus epig. 3. 25 Jambica acerba temperavit Sapphicis & Alcaicis. *Sappho maſcula* i. e. gravis & ſonora. Turn. maſculam dici putat, quod de Leucade petra ſe præcipitem dare auſa ſit. Sed. v. p. 116, 21. 26 Non ergo ſocerum filiamque cogit iterum ad laqueum, aut eadem retractat quæ illi jam ante. 27 Epod. 6 n. 10. 28 V. tamen n. 21. 29 Sat. 10 l. 1 *neque te ut miretur turba labores Contentus paucis lectoribus.* Ibid. *Satis eſt equitem mihi plaudere.* 30 *Opuſcula* per modeſtiam, at epiſt. 4 v. 3 per contemtum dicit. 31 Solenne fere vitium criticis, invidis, ac jactatoribus. 32 Non per munera & cœnas emendico plauſum laudeſque & inſanum σοφῶς laudicœnarum & plebis ventoſæ ſeu inconſtantis. Mart. l. 1 ep. 4 varium ejus ingenium linguamque duplicem notat, *Audieris cum grande ſophos, dum baſia captas, libis ab*

Non ego nobilium ſcriptorum auditor, & ultor [33],
Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor [34].
Hinc illæ lacrymæ. Spiſſis indigna theatris
Scripta pudet recitare [35], *& nugis addere pondus* [36],
Si dixi, rides, ait [37], *& Jovis auribus iſta*
Servas [38]. *Fidis enim manare poëtica mella*
Te ſolum, tibi pulcher [39]. *Ad hæc ego naribus uti*
Formido, luctantis acuto ne ſecer ungui [40];
Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco [41].
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Iram truces inimicitias, & funebre bellum [42].

excuſſo miſſus in aſtra ſago, ibique Scriv. 33 Recitationum moleſtias patior. Al. l. *& actor.* Sed vulg. lect. tueatur vel ſolus Juven. *Semper ego auditor tantum nunquamne reponam Vexatus toties rauci Theſeide Codri.* Alius quoque ſenſus, quaſi Horatius dicat ſe nobiles ſcriptores audire, & ubique defendere, non tam reprobandus videtur. De *recitatoribus* p. 321. 66. 34 Non quæro ut diſcipulis carmina mea dictent. V. Sat. 10 v. 74. 35 In *ſpiſſis* ſeu frequentibus theatris, & ubique ſua ſcripta recitabant. Mart. l. 3 ep. 44 *Et ſtanti legis, & legis ſedenti: Currenti legis & legis cacanti, In thermas fugio, ſonas ad aurem* &c. Horatius noverat *dominæ faſtidia Romæ, Et quid majores nuſquam ronchi, juveneſque ſeneſque Et pueri naſum rhinocerotis habent*: eratque iis modeſtior. v. l. 1 Sat. 4 v. 73, 36 *Ut tibi tergeminum mugiat ille ſophos.* Mart. l. 3 ep. 46. 37 *Ait*, ſc. obtrectator aliquis. 38 Auguſto V. l. 1 od. 12. 39 Ut Narciſſus, qui ſe dëperibat, aut Aſpendius qui intus ſibi canebat. Vel ipſe tibi dicis, quod ab aliis audiri oportebat, σοφῶς, θείως, μεγαλῶς! 40 Timet eos ridere, vel naſo ſuſpendere tam putidos, & timet ſibi ab unguibus eorum, ſi cum iis colluctetur. Scilicet! V. epod. 6. 41 Theatra, templum Apollinis Palatini &c. diſplicent, ut ibi ſua recitet. Poſcit *diludia*: ſcripta ſua ſecum premit ac emendat. Salmas. in Sol. l. *deludia* i. e. ceſſationem a ludo, κατάλυσιν, probatque e. Plin. *ut licet videre gladiatores, cum deluſerunt, hac juvari potione* l. 36 c. 27. *Diludia, tempora, quæ gladiatoribus dabantur intra dies munerum, quibus pugnant.* Acro. Vel ludi interjecti inter gladiatorios, *diludia* forte dicta ſunt. V. l. 2 epiſt. 1 v. 185. 42 Κλίμαξ. Epicharm. Α. ἐκ μὲν θυσίας Θόινα, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο. Β. Χάριεν γέ μοι. Α. Ἐκ πόσιος δὲ κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία. Ἐκ δὲ θυανίας δίκη ἐγίνετ', ἐκ δίκης δὲ καταδίκη. Ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφαλοὶ καὶ ζημία.

AD LIBRUM SUUM. XX.

Hæc epiſtola præfixa fuit volumini alicui verſuum ſuorum, quos edidit a. æt. ſuæ 44: nam opera Horatii ſæpius prodiere, & alio, quam nunc habemus, ordine. Compellat hic librum ſuum uti filium jam e patria domo ductuque abire geſtientem, periculaque ei monſtrat, cumque retinere eum nequit, præceptis quibuſdam inſtruit.

Vertumnum, Janumque [1], *liber ſpectare videris* [2]:
Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus [3].
Odiſti claves, & grata ſigilla pudico [4]:
Paucis oſtendi gemis, & communia [5] *laudas,*
Non ita nutritus [6]. *fuge, quo diſcedere* [7] *geſtis.*
Non erit emiſſo reditus tibi [8]. *quid miſer egi?*
Quid volui? dices, ubi quis te læſerit. & ſcis
In breve te cogi, cum plenus languet amator [9].
Quod ſi non odio peccantis deſipit augur [10]:
10 *Carus eris Romæ, donec te deſerat ætas* [11].

Con-

1 Ad ſtatuas ac templa Vertumni ac Jani, patronorum emtionis ac venditionis, bibliopolæ ſedebant. De *Vertumno* p. 438, 11. De *Jano* p. 395, 16. 2 In lucem vis prodire. 3 Soſii bibliopegi ſeu bibliopolæ erant celebriores. Pumice candido fragilique lapide utraque membranæ pars radebatur tum ob elegantiam, tum ne aſperitas calamum offenderet ac retardaret. Cetera quæ ad ornamentum voluminum fuere, cumulat fere Ovid. l. 1 triſt. el. 1 ad librum ſuum. 4 Alludit ad οἰκουρίαν fidelemque cuſtodiam qua liberos domi continebant. 5 Loca publica. 6 Non eum in finem a me ſcripta, ut in publicum ederentur. 7 Al. *deſcendere*, ſcil. in forum. 8 Emendare non poteris, ſi quid vitii admiſſum. Inde præcipit in art. *nonumque prematur in annum Membranis intus poſitis, delere licebit, quod non edideris. Neſcit vox miſſa reverti.* 9 *Scis te cogi* ſeu *coactum iri in breve*, i. e. mox convolutum iri cum jam ipſe amator tuus ſeu auctor plenus ac ſatiatus tui aſpectu langueat, ac faſtidiat te. Aliter *in breve cogere*, eſt *in anguſtum redigere*, ut Ter. ait, i. e. in periculum. 10 Quod ſi bene auguror, nec fallor abreptus odio peccantis, dum non pares mihi. 11 Placebis, dum novus eris: perinde ut flores tam diu grati quam diu recentes. Inde Pind. 9 Olym. ἄινυ δὲ παλαιὸν Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων Νεωτέρων. *Laudo autem vetus quidem vinum, flores vero hymnorum recentiorum:* quo ſimilem ex Hom. Odyſ. locum ſpargit Schmid.

Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi [12]
Cœperis: aut tineas paſces taciturnus inertes [13]:
Aut fugies Uticam [14]: *aut unctus mitteris Ilerdam* [15].
Ridebit monitor non exauditus: ut ille,
Qui male parentem in rupes detruſit aſellum
Iratus [16]. Quis *enim invitum ſervare laboret* [17]?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba ſenectus [18].
Cum tibi ſol tepidus plures admoverit aures [19],
20 *Me libertino natum patre* [20], *& in tenui re*
Majores pennas nido extendiſſe loqueris [21],
Ut quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primis urbis [22] *belli placuiſſe, domique,*

12 Cum jam multa tui copia facta fuerit, quæ pretium rei vulgo minuit. 13 Cum neglectu ſituque blattarum ac tinearum epulæ fies. De Lyricis ſuis melius ſperavit: forte quod ea meliora, & pleraque juniori ætate facta ſint. 14 Cum Romæ deſpectus in Africam (in qua, Carthagine exciſa, Utica erat urbs prima) portabere: nam præterquam quod jam linguæ Romanæ ſpatium eſt urbis & orbis idem, ut fere dixerim, a Romanis negotiatoribus avide ut legererur, ſpes erat. 15 *Cum unctus*, ſordidus, ſeu ut al. l. *vinctus* i. e. obvolutus mercibus, mitteris in Hiſpaniam, cujus emporium celebre *Ilerda* nunc *Lerida* ſolum hic dicitur, quo Romanis multum erat commercium. 16 Fabula tum nota, de ruſtico qui fruſtra ſæpe a præcipitio retrahens aſinum, eo tandem impellebat ac detrudebat pertinacem beſtiam. 17 *Invitum qui ſervat idem facit occidenti*, In art. poët. v. 467. 18 Balbus aliquis ludimagiſter (de grammaticis & rhetoricis ne quidem loquitur) ex te legere docebit in extrema urbis parte. Juven. hoc eveniſſe Flacco & Virgilio ait Sat. 7 in fin. *cum totus decoloreſſet Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.* Romani magna cura linguam ſibi vernaculam docebant. Plut. in Cic. narrat multos parentes ad Cic. audiendum in ludum ſæpe veniſſe. Eloquentiam a teneris unguiculis diſcebant, ejus enim præmia libera rep. erant præclariſſima. 19 Veſpera veniente, ſeu poſt ferias a Julio in Octob. Nam *Æſtate pueri ſi valent ſatis diſcunt*. l. 10 ep. 62. Μεσημβριάζειν vett. notum. V. p. 209, 17. 20 Auctoris conditio & vita narrabitur prius. Pater Horatii libertus fuerat. V. Sat. 6 l. 1. 21 Proverbialis locutio. Dicent te rem conditionemque a patre tenuem acceptam auctiorem reddidiſſe. Et hoc laudi ducitur. 22 Auguſto, Mæcenati &c.

Corporis exigui [23], *præcanum* [24], *ſolibus aptum* [25],
Iraſci celerem, tamen ut placabilis eſſem [26].
Forte meum ſi quis te percontabitur ævum;
Me quater undenos ſciat impleviſſe Decembres [27],
Collegam Lepidum quo duxit [28] *Lollius anno.*

23 De Virg. dixit, *ingenium ingens Inculto latet hoc ſub corpore*, Sat. 3 v. 33. Ita & Horatii ingenium male habitabat, l. 2 Sat. 3. 24 Habuit *feſtinata ſenectutis inſignia*, ut Plin. de Traj. dicit, An ab iracundia, calamitate, longo mœrore, timore, amore immoderato, canities feſtinetur, quis certo dicat? 25 *Apricum.* In *ſolariis*, in tectis ædium ſole uti valetudinis cauſa ſolebant. 26 Hoc in optimis eſſe ait Ariſt. & Cic. V. Od. 9 l. 3. 27 Natus erat A. V. C. 688. 28 *Duxit*, inquit. Nam Lollius ſolus aliquamdiu Coſ. erat, donec Auguſto in Sicilia tum occupato & recuſante, dux & auctor fuit Lepido petendi conſulatum, fruſtra contendente Silano.

Q. HOR. FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER SECUNDUS.
AD AUGUSTUM. I.

Scripſerat Auguſtus Horatio, *Iratum me tibi ſcito, quod non in pleriſque ejusmodi ſcriptis (ſermonibus & epiſtolis) mecum potiſſimum loquaris.* An *vereris ne apud poſteros infame tibi ſit, quod videaris familiaris nobis eſſe.* Reparat hoc vitium hac epiſtola, in qua Romanorum ſtultum de priſcis temporibus, & poëtis maxime judicium ridet, & multa egregia ad poëſin, ejusque originem & progreſſum ſpectantia, addit. Scripta eſt poſt carmen ſeculare, i. e. poſt A. V. C. 736.

Cum tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus [1]:
Res Italas armis tuteris [2]: *moribus ornes*:

Legi-

1 Lex regia biennio ante omne imperium ei detulerat, Dio l. 53, τότε τὸ δήμε καὶ τότης γερεσίας κράτος πᾶν ἐς τον Αὔγεσον μετέσε, καὶ ἀπ' αὐτε ἀκριβὴς Μοναρχία τῶν Ρωμαίων ἀρχὴν ἔσχε. 2 L. 4 Od. 15 *Cuſtode rerum Cæſare, non furor Civilis, aut vis eximet otium.*

Legibus emendes [3]*: in publica commoda peccem,*
Si longo ſermone [4] *morer tua tempora, Cæſar.*
Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti [5],
Dum terras, hominumque colunt genus, aſpera bella
Componunt [6]: agros aſſignant, oppida condunt:
Ploravere [7] ſuis non reſpondere favorem
Speratum meritis. diram qui contudit Hydram [8],
Notaque fatali portenta labore ſubegit:
Comperit invidiam ſupremo fine domari [9].
URIT enim fulgore ſuo, qui prægravat artes [10]
Infra ſe poſitas: extinctus amabitur idem [11].
Præſenti tibi maturos largimur honores [12],

3 Suet. c. 27 *Recepit & morum legumque regimen æque perpetuum.* Od. 5 l. 5 *Mos & lex maculoſum edomuit nefas.* Leges ejus v. c. 32, 34. 4 Longiſſimum hoc ejus operum eſt, ſi excipias Sat. 3 l. 2, & epiſt. ad Piſones. Monſtrat ergo gratum ſibi, vel non moleſtum laborem eſſe, ad Auguſtum ſcribere, modo ei gravis non ſit. 5 Cic. 3 Catil. *Romulum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaque ſuſtulimus.* Et vere de deis Ovid. 2 de Ponto el. 9 *Utilitas igitur magnos homineſque deoſque Efficit, auxiliis quoque favente ſuis.* Auguſtus Romuli cognomen concupiſcebat, ſed ſentiens ſe regni cupidum exinde judicatum iri, illud rejecit, teſte Dione l. 53. 6 *Componere*, finire bella heröum quin & deorum eſt. 7 Coloniás deducendo, & agros aſſitos diſtribuendo. Aug. *Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab ſe frequentavit*, & Nicopolin condidit apud Actium poſt devictum Antonium, ut & alia oppida ubi prius caſtra fuerant: Unde tot urbes nomen *Caſtri* habent. 7 Doluere. 8 Hercules. Od. 4 l. 4. 9 Sic erat in fatis, Herculem non aliter cælo inſertum iri, quam debellatis monſtris; eumque majorem eſſe, quam ut quis invidere illi poſſit. Cleo apud Curt. l. 8 c. 5 *Nec Herculem quidem & patrem Liberum prius dicatos deos, quam viciſſent ſecum viventium invidiam* 10 *Prægravat.* Tranſl. a lancibus. *Artes* pro *artifices.* v. epiſt. 6 n. 14 ep. 19 n. 13. 11 Od. 24 l. 3 *Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi.* Nec juſte adeo de mortuis judicaretur, niſi odium in eos, qui in locum eorum ſucceſſerunt, ita facere juberet. V. verſ. 88. 12 Maximus honos, quod Aug. dum viveret deus eſt habitus, *cum*, ut Calliſthenes d. l. Curtii dicit, *intervallo opus eſt, ut quis credatur deus, ſemperque hanc gratiam magnis viris poſteri reddunt.* V. p. 146, 12.

Jurandaſque tuum per numen ponimus aras [13],
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes [14].
Sed tuus hic populus *ſapiens, & juſtus in uno,*
Te noſtris ducibus, te Grajis anteferendo,
Cætera nequaquam ſimili ratione, modoque
Æſtimat, &, niſi quæ terris ſemota, ſuiſque
Temporibus defuncta videt, faſtidit, & odit [15].
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri ſanxerunt [16]*: fœdera regum*
Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis [17],
Pontificum [18] *libros, annoſa volumina vatum* [19],
Dictitet Albano Muſas in monte locutas [20].
Si, quia Græcorum ſunt antiquiſſima quæque
Scripta, vel optima, Romani penſantur eadem
Scriptores trutina: non eſt quod multa loquamur.
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri [21].
Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus, atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius [22] *unctis* [23].

Si

13 Privatim ei aras dedicabant. Patet ex Grut. inſcript. p. 228. *Sed in urbe pertinaciſſime abſtinuit hoc honore.* Suet. c. 52. 14 Od. 2 l. 4. 15 Populus longinqua, mortua, priſca omnia laudat ſolum: ſed Auguſtum, dum vivit, Romanis Græciſque ducibus præfert. 16 Lex XII tab. publici privatique juris fons, in cujus fragmentis multa cum Hebræorum legibus conſona, docuit Pithœus: ratio, quod eam Lacedæmone petierint Romani, eoque ab Ægyptiis, ab Hebræis ad Ægyptios multa ejus capita facile promanaverint. 17 Romulus cum Sabinis, Tarquinius cum Gabiis fœdera fecere: & hoc quidem in corio bubulo, quod in tabula extenſum *clypeum* vocabant, inſcriptum erat, ſtilo, quis dubitet, rudi materiæ conveniente. 18 Qui a Numa inſtituti, ritus ſacrificiorum ſcripſerant. 19 V. Liv. l. 25 c. 12. 20 Quaſi Muſæ e Parnaſſo vel Helicone in montem Albanum migraverint, & Numæ ad ſecreta cum Egeria dea, ſeu Muſa (ut Dion. Halic. ſcribit) colloquia eo ſæpe commeant, multa inſpiraverint. 21 Si Græci ſcriptores quo antiquiores eo meliores, & Romani perinde cenſeantur, ilicet, actum eſt: olea ſic intra ſe non habet lapillum, neque nux extra corticem: ita fiant *Candida de nigris, & de candentibus atra.* 22 Barth. l. *ad ſummam.* Ita & nos dicamus Græcis perfectiores in poëſi, ſed

Si meliora dies, ut vina, poëmata reddit [24]:
Scire velim, pretium chartis quotus arroget annus.
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos, vetereſque referri debet, an inter
Viles, atque novos? excludat jurgia finis [25].
R. *Eſt vetus, atque probus, centum qui perficit annos* [26].
Hor. *Quid, qui deperiit minor uno menſe, vel anno,*
Inter quos referendus erit? vetereſne poëtas?
An quos & præſens, & poſtera reſpuet ætas?
R. *Iſte quidem veteres inter ponetur honeſte,*
Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno.
Hor. *Utor permiſſo, caudæque pilos ut equinæ*
Paulatim vello, & demo unum: demo etiam unum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi [27].
Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis,
Miraturque nihil, niſi quod Libitina ſacravit [28].
Ennius & ſapiens, & fortis [29], *& alter Homerus,*

& in pictura, Muſica, & palæſtra. Ironice. Cic. pro Flacco, *Cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit.* &c. 23 Uncti luctabantur. 24 Si tempore poëmata fiunt bona, uti vina, cum riſu quærit, quanto ad id tempore opus ſit. 25 Apertum & ſimplex reſponſum petit. 26 Antiquarius ſtulte reſpondet, & 100 annos determinat, quibus quis poëtæ nomen refert. Ita nunc divi fiunt in eccleſia Romana. 27 Minutatim & gradatim demit, totumque tollit, quod ex natura Conſectariorum, & inſtar catenæ, ſequi neceſſe eſt. Eſtque ἐφέλκυσις σωρίτικη, *acervalis cavillatio*, ut Cic. vocat. Stoici eam dividunt in *Struentem*, & *Ruentem*. Hac utebatur Sertorius: & huc reſpicit, cum de vulſis e cauda equina pilis dicit. Quin & Abrahamus ad Sodomam & Gomorram ſervandam eâdem cum deo agere ſuſtinuit. Ita in anguſtum redegit Auguſtinus Manichæum providentiam dei circa omnia negantem, dum a minimis animalibus ad majora identidem aſcenderet. Perplexa eſt & difficilis hæc diſputandi ratio: quod *rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut nulla in re ſtatuere poſſimus quatenus.* Cic. 28 Niſi mortua. V. Indic. in *Libitina.* 29 Ipſe Ennius, alter Homerus dictus, parum memor

Ut Critici 30 *dicunt, leviter curare videtur,*
Quo promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.
Nævius in manibus non eſt 31. R. *Et mentibus hæret* 32
Pene recens, adeo ſanctum eſt vetus omne poëma.
Ambigitur quoties uter utro ſit prior 33 : *aufert*
Pacuvius docti famam ſenis : Accius alti 34.
Dicitur Afrani toga conveniſſe Menandro 35 :
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi 36:
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte 37.
60 Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos, numeratque poëtas,
Ad noſtrum tempus Livi 38 *ſcriptoris ab ævo.*
Hor. Interdum vulgus rectum videt: eſt ubi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatque poëtas,

Ut

eſt promiſſorum ac ſomniorum ſuorum : aſſerebat enim ex Pythagorea de metempſychoſi diſciplina viſam ſibi dormienti ex pavone immigrare animam Homeri, quæ Pythagoræ fuerat, licet ad illius carmina minime accederet. Ov. *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* V. Perſ. Sat. 6 Eadem ratione Euphorbum ſe jactabat Vir militaris. V. p. 58, 9. 30 Hos inter Lucilius, Sat. 10 l. 1. 31 Si poëtæ veteres tam laudabiles, unde Ennius Homeri perſonam tam male ſuſtinet, ut Critici teſtantur? 32 Imminuerat Nævium, quod jam non legeretur: regerit Romanus antiquarius, *At memoria tenent Nævium.* Si codicis alicujus fides ſineret, malim hic legere *At* pro *&*. Idemque Dacier hic velit. 33 Stultus antiquarius Horatio alios opponit criticos, qui quærunt an Pacuvius ſit prior Accio, an Afranius Plauto, an Cæcilius Terentio. 34 Pacuvius, ut Ennius, doctus, Accius animoſus ut Nævius, habentur. Uterque Tragici fuere. *Nitor & ſumma in excolendis operibus manus magis videri poteſt temporibus, quam ipſis defuiſſe. Virium tamen Accio plus tribuitur, Pacuvium videri doctiorem, qui eſſe docti affectant, volunt.* Quintil. 35 Togatæ ſeu Romanæ Afranii tragœdiæ, cum Græcis Menandri, quæ palliatæ erant, convenire dicuntur. 36 Plautus dicitur, ad exemplum Epicharmi Syracuſii *properare*, facili nempe & jocoſo liberoque ſtilo ſuo. Epicharmi multa egregia Plato ſcriptis ſuis inſeruit, unde de illius pretio judicari poteſt. 37 *In argumentis Cæcilius palmam poſcit, in etheſi Terentius.* Varro. Et Serv. *Sciendum eſt, Terentium propter ſolam proprietatem*, ſc. characterum, *eſſe omnibus præpoſitum, quibus eſt, quantum ad cetera ſpectat, inferior.* 38 Livii Andronici poetæ Rom. primi, qui a. v° c. DXIV primas populo fabellas dedit.

Ut nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure 39
Dicere credat eos, ignave multa 40, fatetur:
Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo 41.
Non equidem inſector, delendaque carmina Livi
Eſſe reor 42, *memini quæ plagoſum mihi parvo*
Orbilium 43 *dictare: ſed emendata videri,*
Pulchraque, & exactis minimum diſtantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit ſi forte decorum, &
Si verſus paulo concinnior unus, & alter:
Injuſte totum ducit 44, *venditque poëma.*
Indignor quidquam reprehendi: non quia craſſe
Compoſitum, illepideve putetur: ſed quia nuper:
Nec veniam antiquus, ſed honorem, & præmia poſci.
Recte necne crocum floreſque perambulet Attæ
Fabula 45, *ſi dubitem, clament periiſſe pudorem*
Cuncti pene patres, ea cum reprehendere coner

39 Auguſtus certe *cacozelos & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos pari faſtidio ſprevit*, Suet. c. 86. 40 Quin de Plauto & Terentio quoque dicit Quintil. *In Comædia maxime claudicamus*, l. 10 c. 1. 41 Jovem habet propitium, recte judicat. v. p. 438, 11. 42 Ejus fabulas bis legi indignas cenſuit Cicero. 43 Suet. in Grammat. c. 9 *Fuit naturæ acerbæ, non modo in antiſophiſtas, quos omni ſermone laceravit, ſed etiam in diſcipulos, ut Horat. ſignificat, plagoſum eum appellans*, &c. 44 *Ducit.* Tranſl. a mangonibus, qui ſervos, quos vendere cupiunt, oſtentant. Inde *ducere familiam* proverbialiter, pro eo quod præcipuum eſt oſtendere. Quin & ſervi pulcriores reliquum ducebant gregem, ut vendibiliorem redderent. Vel in familia, qui ætate vel fide ceteris antiſtabat, ac familiam gubernabat, *Major domus* appellatus, familiam, h. e. διοικίαν, ſervorum ceterorum multitudinem ducebat. V. Menag. amænit. c. 14. 45 An non claudicet per theatrum, floribus & odoribus conſparſum & lubricum comædia a Q. Atta facta. *Atta* dicitur qui pedum vitio terram magis radere, quam incedere videtur. In hoc nomine luſiſſe certum eſt, & certius quam in ſuo, Epod. 15. Scenam crocos & vinum olere, moris fuit: quin Spartian. de Hadr. refert, *In honorem Trajani balſama & crocum per gradus theatri fluere juſſiſſe.* V. Lipſ. amphit. c. 16 infra. ad v. 192 n. 132.

Quæ gravis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit 46:
Vel quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus, &, quæ
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri 47.
Jam Saliare Numæ 48 *carmen qui laudat, & illud,*
Quod mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri:
Ingeniis non ille favet, plauditque ſepultis:
Noſtra ſed impugnat 49: *nos, noſtraque lividus odit.*
Quod ſi tam Græcis novitas inviſa fuiſſet,
Quam nobis: quid nunc eſſet vetus, aut quid haberet,
Quod legeret, tereretque viritim publicus uſus 50?
Ut primum poſitis 51 *nugari* 52 *Græcia bellis*
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua 53:
Nunc athletarum ſtudiis 54, *nunc arſit equorum* 55:

Mar-

46 Quaſi fabula ſemper bona ſit, quia a gravi tragico, qualis Æſopus erat, vel a comico excellenti, qualis Roſcius fuit, exhibetur. Roſcius, ut doctus & perfectus in actione, notus eſt. De hoc ad Cic. pro Archia dixi. De Æſopo ſup. p. 410, 70. 47 Petron. *pueri in ſcholis ludunt, juvenes ridentur in foro, & quod utroque turpius eſt, quod quiſque perperam didicit, in ſenectute confiteri non vult.* 48 Carmen obſcuriſſimum, nullique ſatis intellectum, quod a Numa rege factum, a Saliis Martis ſacerdotibus ſaliendo exprimebatur. Tunc nec Græce nec Latine, ſed barbare plane loquebantur. Quint. l. 1 c. 11 *Et Saliorum carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta, ſed illa mutari vetat religio, & conſecratis utendum eſt.* 49 V. n. 11 Nunc contra nova tantum extolluntur præ antiquis, idque ab iis qui eos vix intelligunt. Sed moliantur quantum velint ac valeant Peraltus aliique, claſſicis ſcriptoribus falces ſubmittere cogentur novi, dum non deerunt, qui illos bona fide tractant, & perſpiciunt, quid diſtent æra lupinis. 50 De poematis loquitur, ut de novis hominibus, qui nî ad honores quotidie eveherentur, antiqui nobiles non fuiſſent. 51 Trojano, aliiſque bellis finitis, quæ ab artibus ingenia avocabant. 52 Levibus & amœnis ſtudiis occupari. 53 *Fortuna æqua*, ſeu proſpera vitiorum eſt pabulum. Lucan. *Nunc patimur longæ pacis mala. Sævior armis Luxuria incubuit, vitiumque ulciſcitur orbem.* Hinc intelligitur, non ineptiſſe, qui bellum dicebat melius eſſe pace. 54 Nimio ludi ſtudio Græcos ſibi ſubactos, credebant Romani ſuo adhuc tempore, refert Plutarch. 55 V. Ariſtoph. in Nubib.

Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amavit:
Suspendit [56] *picta vultum mentemque tabella:*
Nunc tibicinibus [57], *nunc est gaviſa tragœdis* [58]:
Sub nutrice puella velut ſi luderet infans [59]:
Quod cupide petiit, mature plena reliquit.
Quid placet, aut odio eſt, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecundi [60].
Romæ dulce diu fuit [61], *& ſolenne, recluſa*
Mane domo vigilare [62]: *clienti promere jura:*
Cautos nominibus certis expendere nummos [63]:
Majores [64] *audire: minori* [65] *dicere, per quæ*
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido [66].
Mutavit mentem populus levis, & calet uno
Scribendi ſtudio [67]. *pueri, patreſque ſeveri*
Fronde comas vincti cœnant, & carmina dictant [68].
Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus [69],
Invenior Parthis mendacior [70], *& prius orto*

Sole,

56 *Suſpendere* & oſtendere pictores in edito ſolebant tabulas ſuas. Pueros a prima ætate artes iſtas didiciſſe, v. in Plin. l. 35 c 10. 57 Comœdiis ad tibias dari ſolitis, uti e Terentio patet. niſi potius ſit, ἀυλητικὴν, artem ludendi tibiis, intelligi. V. ad. Piſ. v. 202. 58 *Tragœdi nomen comœdiis commune olim fuit.* Athen. 59 Infantes cunctas *mutantur in horas.* Græcorum levitas in Orat. pro Ligar. & Mil. a me notata eſt. V. Juv. Sat. 3. 60 Ariſtoph. Pacem Gratiarum amicam, reginam chorearum vocat. 61 Nunc Rom. inconſtantiam monſtrat. 62 L. 1 Sat. 1 v. 10. 63 Nummos ſub certis cautionibus fœnori collocare, *bona nomina* facere, ut Cic. vocat. 64 Seniores. 65 Juniori. 66 Jurisconſulti de vita civili & moribus tum conſulebantur, uti nunc in eccleſia Rom. doctores caſuiſtæ. V. Offic. Cic. 67 Mirantur ſolum veteres, & tamen *tenet inſanabile multos Scribendi cacoëthes.* 68 Se ipſos poëtas jactant, & inter epulas carmina fundentes ſe coronant. Hoc tamen ad lætitiam convivalem referri etiam poteſt. At nimiam poëtarum copiam ridet, uti & Juven. Taubman. vero orat ne plures in Germania poëtas creënt, cum in circulis jam diceretur, *plus eſſe poëtarum in Germania, quam muſcarum in Armenia.* 69 Epiſt. 1 dixit, *Nunc itaque & verſus & cetera ludicra pono.* 70 Parthorum fides male ſemper audiit, ob rupta facile fœdera. Quin tum

Sole[71], *vigil calamum*, *& chartas*, *& ſcrinia poſco.*
Navem agere ignarus navis timet[72]: abrotonum[73]
ægro
Non audet, niſi qui didicit, dare. Quod medi-
corum eſt,
Promittunt medici[74]: tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctique poëmata paſſim.
Hic error tamen, & levis hęc inſania, quantas
Virtutes habeat, ſic collige[75]: vatis avarus
Non temere[76] eſt animus: verſus amat: hoc
ſtudet unum:
Detrimenta[77], fugas ſervorum, incendia ridet:
Non fraudem ſocio, puero non cogitat ullam *
Pupillo: vivit ſiliquis[78], & pane ſecundo[79]:
Militię quanquam piger & malus, utilis urbi[80].
Si das hoc, parvis quoque rebus magna juvari[81]:
Os tenerum pueri, balbumque poëta figurat[82]:
Tor-

maxime pugnaturi ſunt, quum fugam ſimulant. Pag. 45, 10. 71 Alibi ſe vocat *vini ſomnique benignum*. 72 *Quam quiſque novit artem in hac ſe exerceat*. At Romani antiquos ſolum mirantes carmina quotidie faciunt. 73 *Abrotonum*, B. *averruyt*. 74 At medici promiſſores ſemper ridiculi, & ἀλαζονεία eorum nota eſt. In Menœch. Plauti medicus ait, *perfacile id quidem eſt Sanum futurum, meâ id ego promitto fide*. 75 Poſtquam riſit malos poëtas, poëſin laudat, ejuſque enumerat commoda. Eoque Auguſti amorem erga eam incitat. 76 *Non temere*, non facile. L. 1 od. 12 *temere inſecutæ Orphea Sylvæ*. Quintil. *Illud ingeniorum præcox genus, haud temere ad frugem pervenit*. 77 *Detrimenta* non ſolum damna, ſed & ea quæ noxam afferunt. * Bart. l. *ullam aut*. Adv. 37, 18. 78 Frugali tenuique victu. *Siliquas* filii deperditi & e patria domo aberrantis victum cum porcis faciunt. V. Bochart. 79 *Panem ſequentem* vocat Lamprid. Is cibarius eſſe ſolet, & Auguſto maxime placebat. 80 Poëtas, licet imbelles urbi tamen utiles facit. De Tyrtæo plus dicit in art. v. 402 De ſe hic dicere nequit, niſi cum riſu, v. l. 2 od. 7. 81 Si remp. juvari concedas poëtica, aliiſque artibus. 82 Epiſt. ult. l. 1 notatum, Horatium, Virgilium in ſcholis legi ſolitos: Romani a teneris unguiculis bene loqui filios etiam per difficillimos verſus docebant, eoque phonaſcos habebant, ſeu vocis formatores. Nunc *palatum prius, quam os inſtituitur*. Nunc ex Cratetis more editior urbis locus fruſtra conſcenda-

Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem [83]:
Mox etiam pectus præceptis format amicis [84],
Asperitatis, & invidiæ corrector, & iræ [85].
Recte facta refert: orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur, & ægrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces [86], *vatem ni Musa dedisset?*
Poscit opem chorus, & præsentia Numina sentit [87]:
Cœlestes implorat aquas [88], *docta prece* [89] *blandus*:
Avertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum [90].
Carmine Dii superi placantur, carmine Manes [91].
Agricolæ prisci [92], *fortes, parvoque beati,*
Condita post frumenta [93], *levantes tempore festo*

Cor-

tur, & inde auribus omnium occinatur, Ω ἄνθρωποι τοῖ φέρεσθε, οἵτινες χρημάτων μὲν κτήσεως περὶ πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδὴν, τῶν δὲ υἱέων, δι' ὃς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε, *Quo tenditis, homines, qui rei faciundæ omne impenditis studium; filiis vero, quibus opes vestras relinquetis, curam perparvam.* Plut. de educ. lib. 83 Obscœna ergo loca poëtarum non legebant pueri: nam *Quod facere turpe est, dicere ne honestum puta*, Publ. Syr. Non tamen poëtas iis locis obscœnis truncabant, ut nunc Galli faciunt, una sæpe conjicientes omnes sordes, quæ honestis interpositis verbis corrigi poterant, eoque lasciviam juventutis magis irritantes. 84 Morali Philosophia. 85 Sup. p. 455. 86 Hymnos, Carmen seculare forte respicit. V. od. 21 l. 1. *Puella* de nupta, quæque uterum tulit etiam dicitur. Ita sæpe Plaut. Poësin ut reip. utilem V. Arist. pol. 7, 8. 87 *Hæc Jovem sentire, deosque cunctos Spem bonam certamque domum reporto*, in f. Carm. sec. 88 Ob insolitas siccitates *aquælicia*, seu sacra ad eliciendam cœlo aquam, & nudipedalia fiebant, & Manalis lapis a Martis templo in urbem protrahebatur. 89 Aquilices isti seu sacerdotes exponebant sacra ista. Nulla enim superstitio rationes non præfert. 90 D. Carm. sec. 91 *Manes*, dii inferorum, erant Genii mortuorum: Inde Pluto *rex Manium* dicitur. Illi vivis nocere posse credebantur, & placabantur per annuas *ferias denecales*. V. Lomej. de Lustr. gent. c. 30 ibique Cic. locus correctus. 92 Hymnorum originem dixit: nunc prophani carminis & comœdiæ primordia docet. 93 Post messem semper omnes fere gentes solemniter gaudebant. Et primum jocos, risus, & dein Carmina incondita ac inexpertæ artis jacta-

Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
Cum ſociis operum, & pueris 94, *& conjuge fida* 95,
Tellurem porco 96, *Sylvanum lacte piabant* 97,
Floribus, & vino Genium 98 *memorem brevis ævi* 99.
Feſcennina per hunc inventa licentia morem 100
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit 101,
Libertaſque recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter 102, *donec jam ſævus apertam*
In rabiem verti cœpit jocus, & per honeſtas
150 Ire domos impune minax 103. *doluere cruento*
Dente laceſſiti. fuit intactis quoque cura
Conditione ſuper communi 104. *quin etiam* lex,
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi 105. *vertere modum, formidine fuſtis* 106
Ad bene dicendum 107, *delectandumque redacti* 108.

Gre-

bant. 94 Torrent. in 6 codd. voculam *&* deëſſe ait. Sed veteres cum uxoribus & filiis, non cum operis ſerviſque agrum colebant: uti quos non habebant. 95 V. Od. 6 l. 3. 96 *Porco* dicit pro *porca*, quæ fœta Terræ immolabatur ad fœcunditatem impetrandam. 97 Pro læta anni tempeſtate Sylvano ſacrificabant. Tib. l. 1 el. 5 *Illa deo ſciet agricolæ pro vitibus uvam, Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapes;* & el. 5. l. 2 *Lacte madens illic ſubeat Pan ilicis umbræ.* 98 Tutelare maribus numen Genius, feminis Juno præerat. Inde meretricula apud Petron. *Junonem meam mihi iratam habeam.* Offerebantur illi flores, placentæ, & vinum, non alia vero victima. P. 186, 10. 99 In lætitiis mortem cogitabant. V. 436, 79. 100 *Feſcennini verſus* liberrimi olim in Comœdiis ac nuptiis, nunc pro obſcænis uſitati: ſic dicti a *Feſcennia*, hod. *Citta Caſtellana*, Etruriæ urbe. Tibull l. 1. el. 1. Græcæ poëſios originem dixit eandem, quam hic n. 93. 101 Αυτοσχεδιάσματα, *artis inexpertæ* ut Tibull. vocat. Tales verſus Auguſtus in Pollionem fecit. Sed hic ſcripſit nihil contra eum qui poterat proſcribere. 102 Suaviter ac innocue. 103 *Indoctus quid enim ſaperet liberque laborum Ruſticus, urbano confuſus, turpis honeſto?* Art. poët. v. 412. 104 Cogitabant, *Quod cuiquam accidit, hoc cuivis poteſt. Et ecquid Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis?* epiſt. 18. 105 Cic. 4 rep. *probris & injuriis poëtarum ſubjectam vitam famamque habere noluerunt: capite etiam puniri ſancientes, tale carmen condere ſiquis auderet.* V. L. un. C. de fam. lib. Supra 384, 66. 106 Fuſtuarii, ſeu *fuſtigationis*, cum virgis ad mortem cædebantur. 107 In hymnis deis cantari ſolitis. 108 Ita in art. *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ.*

Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agresti Latio [109]. *sic horridus ille*
Defluxit numerus Saturnius [110], *& grave virus*
Munditiæ pepulere. sed in longum tamen ævum
Manserunt, hodieque manent vestigia ruris [111].
Serus enim Græcis admovit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus [112], *quærere cœpit,*
Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus [113] *utile ferrent.*
Tentavit quoque, rem si digne vertere posset,
Et placuit sibi, natura sublimis, & acer,
Nam spirat tragicum satis, & feliciter audet [114]:
Sed turpem putat in scriptis, metuitque lituram [115].

Cre-

109 Romani Musas quasi captivas Romam vexere, & mox earum amore capti sunt, victique ab iis quos vicerant. Ad Græcorum corruptelas Romam invectas hæc nihil pertinent: de quo Cato, *Quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet.* Sup. n. 22. 110 Antiquissimus, qualis erat sub Saturno a Italiæ rege. Enn. *scripsere alii rem Versibu' quos olim Fauni vatesque canebant, Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat, Nec dicti studiosus erat.* Lamb. hic docet *Saturnium numerum* fuisse senarios hypercatalecticos. Serv. dicit ad rythmum eos solum factos. v. p. 336, 29. 111 V. v. 67. V. Cl. Dacier convenienter arti poët. hæc de Satyris explicat, qui in locum Fescennini carminis, & quidem decentius successere. Adde Liv. 7, 2 *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus paulatim in artem verterat, juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula versibus jactitare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. Exodia* ista quæ præter argumentum fabulæ adjiciebantur diu post duravere. V. Suet. in Tib. c. 45 in Dom. 10. 112 Post 1 bellum Punicum Andronicus, Vir Græcus, primam egit Comœdiam, more Græco. De secundo Porcius Licinius *Punico bello secundo Musa pennato gradu Intulit se in bellicosam Romuli gentem feram.* 113 Tres nobiles Tragici. Thespis, DC circiter ante C. N. annos, tragœdiæ novus quasi auctor fuit. Æschylus C fere annos post expolivit, Sophocles dux Athenienssium cum Pericle, & Homerus tragicus dictus, 120 tragœdiis, quarum 7 restant, perfecit. 114 Romani, uti Accius, Cæcilius, Pacuvius, Nævius, pro sublimi magnoque & libero animo suo Tragœdias Græcas Latinas fecere. 115 Hor. emendationem sæpe commendat: nam, ut Cic. ait, *Nihil est simul & inventum & perfectum.* V. p. 376, 59. Et in art.

Creditur, ex medio quia res arceſſit [116], *habere*
Sudoris minimum: ſed habet Comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minus [117]. *Aſpice, Plautus*
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi [118],
Ut patris attenti, lenonis ut inſidioſi:
Quantus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis [119]:
Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco [120].
Geſtit enim nummum in loculos demittere, poſthac
Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo [121].
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru [122],
Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat [123].
Sic leve, ſic parvum eſt, animum quod laudis avarum
Subruit, aut reficit. Valeat res ludicra, ſi me
Palma negata macrum, donata reducit opimum [124].
Sæpe etiam audacem fugat hoc, terretque poëtam:
Quod numero plures, virtute, & honore minores,
Indocti, ſtolidique, & depugnare parati,

Si

v. 291. 116 De Comœdia loquitur: putant illam, quia de medio rerum uſu petitur, contra quam Tragœdia, eſſe facilem. 117 Error in facilibus & omnium oculis expoſitis, haberi ſolet graviſſimus. 118 Horatius Plauto alibi quoque non parcit. Hic eum accuſat, quod characterem perſonarum non ſatis ſæpe ſervarit. V. art. v. 270. 119 Pauperis ingenii, riſuque dignum eſt ſemper ſcribere *meretrices malas*, *Paraſitum edacem*, *glorioſum militem*, *Puerum ſuppoſi* &c. V. Ter, in Eun. prol. Hoc certe nomine Dorſennus hic uritur. 120 *Soccus* ſeu calceus comicorum non bene aſtrictus, ſed laxus, notat negligentiam: & hoc ad neglectum ſtilum tranſfertur. 121 Si pro comœdia ab Ædilibus vel muneratiis ſatis lucri referant, de laude ſatis ſunt ſecuri. *Cadere*, ἐκπίπτειν dicitur fabula, cum non placet: *ſtare*, contra. Ach. Stat. obſ. 26. 122 Comœdiæ imperfectionem dixit ex negligentia, & avaritia provenire; nunc addit inconſtantiam, quod *dubiam fortunam ſcenicam*, ut Ter. vocat, non forti animo vincant: *Ventoſus* quid v. epiſt. 8 n. 12. 123 *Plauſibus exipſis populi, latoque favore Ingenium quodvis incaluiſſe poteſt.* Ovid. de Ponto l. 3 el. 4. 124 *Stultum eſt difficiles habere nugas.* Quin valeant potius, quam ut nos emacient ac crucient.

Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut ursum, aut pugiles. his nam plebecula gaudet [125].
Verum equitis quoque jam migravit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana [126].
Quattuor, aut plures aulæa premuntur in horas [127],
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ [128].
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Esseda [129] *festinant, pilenta* [130], *petorrita* [131], *naves* [132]:
Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus, seu
Diversum confusa genus panthera camelo [133],
Sive elephas albus vulgi converteret ora [134]:

125 In media sæpe fabula, populus poscit *diludia*, luctatores, gladiatores, ursos, funambulos: Hæc ob diludia Terentius Hecyram bis dare nequiit. *Fecere ut ante tempus exirem foras*, & *Interea ego mentio non potui tutari locum.* Et nî dentur, & Equites plebe adhuc sapientiores obloquantur, *populus convolat*, *Tumultuantur*, *clamant.* Ter. in prol. Hec. Sup. epist. 19 in f. 126 Equites quoque malunt jam pascere oculos vagos & inconstantes, jamque anxios ne quod vident fugiat: cum ante e x IV ordinibus bona audire mallent carmina. 127 *Aulæa* seu Siparia (theatro obducta donec actores venirent) per quatuor plurefque horas premuntur & jacent, aut *recondita cessant*, Comœdia interrumpitur, donec belli, triumphi, ejusque currus, & totius triumphalis pompæ, naumachiæ, & captarum urbium species præteriissent: cum finirent fabulam, aut actus commutarent, *aulæa tollere* solebant, seu obtendere populo. 128 Pugnantium ista species ac multitudo Ciceroni certe non placebat ep. 1 fam. l. 7. De numero v. epist. 6 v. 40. 129 Currus militares. 130 Vehicula matronarum captarum. 131 His captiva familia & instrumenta vehebantur. 132 En prodigia apparatuum! Naves in theatris. De pictis, aut in Tiberi vicino Pompeji theatro navibus crederem cum vet. Comment. sed vetant Suet. in Tito c. 7 in Dom. c. 4 & Martial. l. de spect. ep. 24 qui in Amphitheatrum immissam per tubos aquam (ut hospes pontum esse crederet) aperte loquuntur. Miror Lips. in Amphitr. hoc non retulisse. 133 Pantheræ Romæ erant notæ. Pompejus dedit spectandas 410, Augustus 420. & infiniti auctores de iis loquuntur, ut probat Bochart: qui *Pantheram* eandem facit cum pardali 10 argumentis, 1 Hieroz. l. 3 c. 8. 134 *Elephas albus* raro invenitur. Ælian. 3, 36.

Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Ut ſibi præbentem mimo ſpectacula plura [135].
Scriptores [136] *autem narrare putaret aſello*
Fabellam ſurdo. Nam quæ pervincere voces
Evaluere ſonum, referunt quem noſtra theatra [137]?
Garganum [138] *mugire putes nemus, aut mare Thuſcum:*
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
Divitiæque peregrinæ, quibus oblitus actor
Cum ſtetit in ſcena, concurrit dextera lævæ [139].
Dixit adhuc aliquid [140]? *nil ſane. quid placet ergo?*
Lana Tarentino violas imitata veneno [141].
Ac ne forte putes me, quæ facere ipſe recuſem,
Cum recte tractent alii [142], *laudare maligne* [143]:
Ille per extentum funem mihi poſſe videtur [144]
Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit [145],
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet,
Ut magus, & modo me Thebis, modo ponit Athenis [146].

Verum

135 Demetrius, & quivis ſapiens magis miratur ſtolidum vulgum, uti plura ſibi dantem ſpectacula, quam mimi ſeu hiſtriones. 136 Poëtas Comicos. 137 Nullus hiſtrio tam vocalis & Stentor, ut in tanto populi tumultu exaudiri poſſit. V. l. 1 od. 20. Æſopus ita vocem amiſit: & ita Cic. intelligitur, *Deliciæ tuæ noſter Æſopus ejusmodi fuit, ut ei deſinere per omnes homines liceret. Is jurare cum cæpiſſet, vox illum defecit in illo loco, ſi ſciens fallo.* Nunc, populo attento, hiſtriones ventum, pluviam vel intenſum frigus culpant. 138 Montem Apuliæ. l. 2 od. 9. 139 Romani oculis defixi in artificioſis & pretioſis aulæis, & veſtibus quibus obliti ſunt & nitent hiſtriones, plaudunt. 140 Ita roget illis ſapientior, qui inſano iſto fulgore non ſtupet. 141 Purpura, quæ violæ rubræ vivum refert colorem. de viola pallida v. p. 171, 8. 142 Amolitur ſuſpicionem invidiæ: quaſi comœdis detrectet apud Auguſtum, quod ipſe dramata non ſcriberet. Quin hujus artis pretium ac vires oſtendit. 143 *Maligne*, ut maledici ſolent, p. 339, 65. 144 i. e. difficilia præſtare, uti eſt ire per funem: quod elephantes tamen Romæ fecere. Gratior tamen eſt bonus dramaticus, neque tam facile invenitur. 145 Quaſi mea res ageretur. 146 Id tragicis præcipit in art. poet. v. 100

Verum age, & his, qui se lectori credere malunt,
Quam spectatoris fastidia ferre superbi,
Curam redde brevem 147, *si munus Apolline dignum* 148
Vis complere libris, & vatibus addere calcar,
Ut studio majore petant Helicona virentem 149.
Multa quidem nobis facimus mala sæpe poëtæ 150;
Ut vineta egomet cædam mea 151: *cum tibi librum*
Sollicito damus, aut fesso 152: *cum lædimur, unum*
Si quis amicorum est ausus reprendere versum 153:
Cum loca jam recitata revolvimus irrevocati 154:
Cum lamentamur, non apparere labores
Nostros 155, *& tenui* 156 *deducta poëmata filo:*
Cum speramus eo rem venturam, ut simul atque
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultro
Arcessas 157, *& egere vetes, & scribere cogas.*
Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
Ædituos habeat belli spectata, domique
Virtus 158, indigno non committenda poëtæ.

quocumque volent animum auditoris agunto, ita ut vel Thebis vel Athenis, ubi Tragædiarum & Comædiarum fæcunda materies & exercitatio fuit, versari te putes. 147 Augustus dramata amabat, adeo ut & ipse componere ea tentaverit, sed tam parvo cum successu, ut Ajax ejus in spongiam incideret. Nunc ut ceterorum poëtarum curam quoque paulum habeat, vel minuat eorum molestias, dum postponi se adeo vident, rogat. 148 Bibliothecam a se publicatam & consecratam Apollini. 149 *Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones.* Aliter Musæ sedent Ψυχρῶς ἐν δουλήσοισι κἀμὲ μίμνοντι βαλοῦσαι. 150 Augustum culpare tantum non sustinet; poëtarum quoque vitia agnoscit. 151 Arabes eleganti simili adagio utuntur, *Vitem sua sibi manu cuique putandam, non aliena.* Horatius probe id feciſſe videtur. v. p. 347, 87. 152 Ut Græculus iſte, de quo d. ep. 13 n. 15. Ipſe Hor. ut importunus eſſe timuerit, ibid. 153 In arte reprehendit eos, qui, viſo carmine dicunt, *Cur ego amicum Offendam in nugis.* v. 450. In aliis parcendum potius, p. 460, 88. 154 In eo eſt quaſi exprobratio inſcitiæ auditoris. *Recitatorum* moleſtias v. 329, 66 &... 155 Quid mirum, nam *quivis ſperet idem.* Art. 240 156 Subtili, quod oculos fere fugit. 157 En poëtarum arrogantiam. At *Cura ducum fuerant olim regumque poëtæ.* 158 Virtuti Auguſti templum quaſi, & ædituos ſeu æditimos dat,

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Chœrilus [159], *incultis qui versibus, & male natis*
Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos [160].
Sed veluti tractata notam, labemque remittunt
Atramenta, fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt [161]. *idem rex ille, poëma*
Qui tam ridiculum, tam care prodigus emit [162],
Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
240 Pingeret [163], *aut alius Lysippo* [164] *duceret æra* [165]
Fortis Alexandri vultum simulantia. quod si
Judicium subtile videndis artibus illud
Ad libros, & ad hæc Musarum dona vocares [166];
Bœotum in crasso jurares aëre natum [167].
At neque dedecorant tua de se judicia, atque

Mune-

quos Porphyr. *narratores* vocat, qui sacrorum originem advenis exponunt. De Ædituo poëta v. Gel. 19. 9. 159 *Chœrilus* (non prior ille qui sub Archelao fuit) insulsus poeta. Alexander Homeri *Therſites esse malebat, quam hujus Alexander.* Acro in art. Auson. ep. 16 *Cumque ego imitatus sim vesaniam Chœrili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri.* 160 Nummos cum Philippi imagine, V. Lamb. 161 Augustus ideo componi aliquid de se, nisi & serio & a præstantissimis, offendebatur: admonebatque prætoes, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. Suet. c 89. 162 Dedit nummos sub conditione ne de se scriberet amplius. Idem fecit Pomp. Cic. pro Arch. c. 10. Sup. p. 137, 24. 163 Plutarch. idem refert, additque, e duobus Alexandris alterum invictum, nempe Philippo natum, alterum ab Apelle factum inimitabilem. 164 Nota, *Alius Lysippo.* Ita epist. 16 *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* 165 *Ducere æra*, ex ære. Virg. *Excudent alii . . . & vivos ducent de marmore vultus.* 166 Peritiorem dicit fuisse Alexandrum picturæ, quam librorum. At Æl. l. 2 c. 3 refert Apellem dixisse, cum Alex non laudarat pro dignitate imaginem suam, equum ejus esse ζωγραφικώτερον, pingendi peritiorem, quam ipsum, cum equus introductus adhinniret equo picto. Idem Plin. refert. & eum Homerum alioſque legisse. Sed de Alexandro multa efficta vel hinc videas. 167 *Bœotia auris*, vel *sus*, pro stupidis. Proverb. Cic. de fato *Athenis tenue cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici. Crassum Thebis.* Pind. in Bœotia natus docuit *Summos posse viros & magna exempla daturos Vervecum in patria crassoque sub aere nasci*, ut Juv. Sat. 10. Ita & Viri nostri dudum falsum fecere illud Mart. *Auris Batava*, v. l. 6 epig. 82 V Indic. in *Pinguis.* * Aug. singulis dicitur donasse decies sestertium.

Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius, Variusque poëtæ *:
Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quam per vatis opus mores, animique virorum
250 Clarorum apparent. *nec Sermones ego mallem*
Repentes per humum [168], *quam res componere gestas,*
Terrarumque situs, & flumina dicere, & arces
Montibus impositas [169], *& Barbara regna, tuisque*
Auspiciis [170] *totum confecta duella per orbem,*
Claustraque custodem pacis cohibentia Janum [171],
Et formidatam Parthis, te principe, Romam [172]:
Si, quantum cuperem, possem quoque. sed neque parvum
Carmen majestas [173] *recipit tua: nec meus audet*
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.
260 *Sedulitas autem stulte, quem diligit, urget* [174]:
Præcipue cum se numeris commendat, & arte [175].
DISCIT enim citius, meminitque libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur [176].
Nil moror officium, quod me gravat. Ac neque ficto

168 Excusat se Horatius, quod ad Aug. vel de ipso nihil admodum scripserat. 169 Flor. de Druso Augusti auspiciis militante, *Praesidia ubique dispositi per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim, & per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit*, cap. ult. His sublatis sub Constantino maxime lacerari imperium mox cæpit. 170 V. od. 14 l. 4. 171 Secunda vice. Tertio clausit quinquennium post Hor. mortem. V. od. 15 l. 4. 172 Remiserant Parthi signa Crasso ablata, & captivos. 173 *Majestas*, vox summo tantum principi propria. Plin. in paneg. laudat Traj. quod *magnitudine esset contentus, qua nulli magis caruerunt, quam qui sibi majestatem vindicabant*, c. 42. 174 Officiose nimis sedulo stultis officiis gravant eum, quem diligunt. Videtur referre illud, *Odi nimium diligentem.* 175 Cum malus poeta versibus officiosus fit. 176 Ratus invenitur lector qui dicat, *Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis Offendar maculis quas aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura.* Art. poet. v. 351.

In pejus vultu proponi cereus uſquam [177],
Nec prave factis decorari verſibus opto:
Ne rubeam pingui [178] *donatus munere, & una*
Cum ſcriptore meo, cauſa porrectus aperta [179]
Deferar in vicum vendentem thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis [180].

177 Hor. dicit, ſe quod attinet gravatum iri, ſi imago ſua in Auguſti bibliotheca, aut in atriis e cera (ut ſolebant) male expreſſa ſpectaretur, aut verſibus prave factis decoraretur: quanto magis Aug. id nolit ſibi fieri: n. 161 &c. P. 137, 24. 178 Pingui ſeu craſſa Minerva factum. p. 430, 16. 179 Ne quaſi cadaver, una cum meo ſcriptore in ciſta, efferar, & æternæ addicar oblivioni. 180 Ne in vicum thurarium ut cuculus fiam, quo thus & alia induuntur, deferar. Matt. l. 3 ad librum. Ex vilibus tabernis & optimos auctores ereptos eſſe, conſtat. Jovius in elogiis refert, Poggio deberi Quintilianum, quantum virum! repertum ab illo in ſalſamentarii taberna. De vico illo p. 479, 62.

AD JULIUM FLORUM. II.

Jul. Florus proficiſcens ad expeditionem Pannonicam cum Tib. Nerone, petierat ab Horatio ut ad ſe ſcriberet, & mitteret carmina, & ceſſantem increpuerat: Horatius hic ei ſe purgat, & egregia ad poëſin, maxime ad recte vivendum, præcepta ſubjungit. V. epiſt. 3.

Flore, bono [1], *claroque fidelis amice* [2] *Neroni,*
Si quis forte velit puerum tibi vendere natum
Tibure, vel Gabiis, & tecum ſic agat: hic &
Candidus [3], *& talos a vertice pulcher ad imos* [4],
Fiet, eritque tuus, nummorum [5] *millibus octo,*
Verna [6] *miniſteriis ad nutus aptus heriles,*

Lit-

1 *Bonus*, pro *nobili* etiam ſumitur. Flor. 1, 7 Tarquin. *in ſenatum cædibus, in omnes ſuperbia, quæ crudelitate gravior eſt bonis, graſſatus.* 2 Comes Tiberio in expeditionibus. 3 Mangonis verba hæc ſunt. Rarioris formæ pueri venales in arcanis ſtabant cataſtis, nec per præconem vendebantur. Iſ. Voſſ. in Cat. epig. 107. 4 *Forma nulli naturali vitio excæcata.* Petron. 5 Seſtertiorum. De immenſis ſervorum pretiis v. Pignor. De communi p. 440, 32. 6 Hi optimi habebantur, nec alios Atticus habebat, Nep. in Att, c. 13.

Litterulis Græcis imbutus 7, *idoneus arti*
Cuilibet 8: *argilla quidvis imitabitur uda* 9.
Quinetiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.
10 Multa fidem promiſſa levant, ubi plenius æquo 10
Laudat venales, qui vult extrudere 11, merces.
Res urget me nulla: meo ſum pauper in ære 12.
Nemo hoc mangonum faceret tibi. non temere a me
Quivis ferret idem. ſemel hic ceſſavit 13, *&, ut fit,*
In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ 14.
Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat 15.
Ille ſerat pretium 16, *pœnæ ſecurus* 17, *opinor.*
Prudens emiſti vitioſum: dicta tibi eſt lex 18.
Inſequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua 19.
20 *Dixi me pigrum proficiſcenti tibi* 20: *dixi*
Talibus officiis prope mancum 21, *ne mea ſævus*
Jurgares ad te quod epiſtola nulla veniret 22.
Quid tum profeci, mecum facientia jura
Si tamen attentas 23? *quereris ſuper hoc etiam, quod*

7 Ter. in Eun. ſervum habitum commendat, *Fac periculum in literis, Fac in palæſtra, Muſicis.* Sabinus apud Sen. epiſt. 27 multos tales Grammaticos ſibi compararat ſingulos centenis millibus, putans ſe ſcire, quod quiſquam in domo ſua ſciret. Ita Paul. Max. od. 1 l. 4 *Centum puer artium.* 8 Egregius eſt plaſtes. Al. l. *imitaberis*, quaſi puerum argillæ, unde quidvis fingi poſſit, conferat. Sed dixit jam, *idoneus arti Cuilibet.* 10 Plus ſatis. Mangoni hæc adhuc conveniunt. Al. l. *Excludere* i. e. clauſtris exempta venum exponere. 12 Nulli obæratus. *In ſuis nummis verſabatur*, Cic. pro Roſc. 13 *Ceſſaviſſe ſemel* dicit, pro fugiſſe. Vitia animi & corporis ex Ædilitio edicto dici debebant, aut redhibitoria actio erat uſque ad 6 menſes. At ſic extenuat vitia ac involvit, ut primo non percipiantur. 14 Conſtr. *latuit metuens habenæ* (ſc. verberum) *pendentis in ſcalis.* 15 Quaſi fuga leve ſit vitium, quod maximum fere fuit. Nam fugitivi ſui non ſolum furtum faciebant, ſed & res domini plerumque una auferebant. 16 Hor. loquitur. 17 n. 13. 18 *Lex*, conditio. Ita in jure noſtro dicitur, *In emtionibus jure utimur eo, quod lex præſcripſit.* 19 V. p. 413, 99. 20 Hor. ad ſe iſta refert. 21 Quaſi truncatum manibus. 22 Al. *rediret*, Nam ſcripſerat ad eum Florus. 23 *Attentare* eſt lædere.

Expectata tibi non mittam carmina [24] *mendax.*
Luculli miles [25] *collecta viatica multis*
Ærumnis, laſſus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat: poſt hoc vehemens lupus, & ſibi, & hoſti
Iratus, pariter jejunis dentibus acer,
Præſidium regale [26] *loco dejecit, ut ajunt,*
Summe munito, & multarum divite rerum [27].
Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis,
Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm [28].
Forte ſub hoc tempus caſtellum evertere prætor [29]
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem [30]:
I bone, quo virtus tua te vocat: i pede fauſto [31],
Grandia laturus meritorum præmia. [32] *quid ſtas?*
Poſt hæc ille catus, quamtumvis ruſticus, ibit:
Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit [33], *inquit.*
Romæ nutriri mihi [34] *contigit, atque doceri,*
Iratus Grajis quantum nocuiſſet Achilles [35].

Adje-

24 Lyrica. 25 Enallage numeri. Nam plures milites hîc intelliguntur. 26 Mithridatis vel Tigranis, contra quos Lucullus imperator fuit. 27 Urbe Tigranocerta, vel Niſibe, ajunt interpretes. Et de uno milite Horatium loqui tamen volunt. 28 Viginti mille ſeſtertii. Rarum id in Luculio: nam ejus avaritia res parum feliciter geſtæ erant in Aſia. V. Cic. pro l. Manil. 29 Lucullus. 30 *Mentem*, animum. 31 Bona duri alioqui ducis verba. 32 Phaleras, torques, coronas, & alia. 33 In zona, ſeu cinctura militari, nummi condebantur. *Mendicitas militaris ad omnem deſperationem vocat armatum.* Jul. Cæſar *tamen milites habebat tam cultos, ut argento, & auro politis armis ornaret, ſimul & ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum eſſent metu damni,* Suet. c. 67. 34 Militis illud ad ſe refert. 35 Romani a Græca lingua, & Homero, ſeu ira Achillis, initium docendi petebant. Petron. *det primos verſibus annos Mœoniumque libat fœcundo pectore fontem.* Chriſtiani idem fecere. Unde prov. Theodoreti, οὐδὲ τὴν Ἀχιλλέως μῆνιν ἴσασι, *Ne iratum quidem Achillem norunt.* Heinſ. Sua tamen poëſi inſtruxit Nazianz. cum ſub Juliano Cæſ. Libanius juventutem Chriſtianam corrumperet.

Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ [36]:
Scilicet ut poſſem curvo dignoſcere rectum [37],
Atque inter ſylvas Academi quærere verum [38].
Dura ſed amovere loco me tempora grato,
Civiliſque rudem belli tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis.
Unde ſimul primum me dimiſere Philippi [39],
Deciſis humilem pennis [40], *inopemque paterni*
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax,
Ut verſus facerem. ſed, quod non deſit [41], *habentem,*
Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ [42],
Ni melius dormire putem, quam ſcribere verſus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere jocos, Venerem, convivia, ludum:
Tendunt extorquere poëmata. quid faciam vis?
DENIQUE *non omnes eadem mirantur, amantque* [43].
Carmine [44] *tu gaudes: hic delectatur Iambis:*
Ille Bionëis ſermonibus, & ſale nigro [45].
Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur,

36 Philoſophiam. 37 Geometriam proprie: improprie ethicam intelligit. 38 In nobiliſſimo totius terrarum orbis gymnaſio. Erat autem illud Athenis in ſuburbano pulcerrimis conſito arboribus, & templis, porticibus, ac ſtatuis inſtructo. Dictum Academia, ab Academo, heroë Theſeo æquali. Plato ibi docuit, & inde Academici. 39 Cum Brutum ſecutus eſt. Od. 71. 2. 40 Nam Tribunatus militum ei ereptus fuit, cum prælio Philippenſi Brutus ab Aug. profligaretur, & proſcripta ejus bona, quod Bruti partes ſecutus fuerat. 41 *Bene eſt cui deus obtulit, Parca quod ſatis eſt manu.* 42 Quæ frigidiores herbæ temperare poſſent furorem hunc poëticum, ſi jam hac ætate (erat fere 56 annos jam natus) non putarem melius eſſe dormire, quam verſus facere. Lamb. ſine fide ullius cod. l. *Scyiæ cucurbitæ* pro *cicutæ* i. e. helleborus. 43 Nova excuſatio quod verſus non ſcribat: unus amat lyrica, alius alia. 44 Lyrico. 45 Inter plures Biones Bionis Boriſthenitæ libri melle & felle conditi erant. De Agamemnone dicebat, *Perinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio mœror levaretur.* Cic. Scripſit ille & contra Homerum.

Poſcentes vario multum diverſa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod jubet alter.
Quod petis, id ſane eſt inviſum, acidumque duobus 46.
Præter cætera, me Romæne poëmata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas, totque labores 47?
Hic ſponſum 48 *vocat, hic auditum ſcripta* 49, *relictis*
Omnibus officiis. cubat 50 *hic in colle Quirini* 51,
Hic extremo in Aventino 52 *: viſendus uterque.*
Intervalla vides humane commoda 53. *verum*
Puræ ſunt plateæ, nihil ut meditantibus obſtet 54.
Feſtinat calidus mulis, geruliſque redemptor 55 :
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum 56:
Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris 57 :
Hac rabioſa fugit canis : hac lutulenta ruit ſus 58.
I nunc, & verſus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes
Rite cliens Bacchi 59 *ſomno gaudentis, & umbra.*
Tu me inter ſtrepitus nocturnos, atque diurnos

Vis

46 Mart. ad librum ſuum ait, *neſcis dominæ faſtidia Romæ*, l. 1 ep. 2. 47 *Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.* Ovid. 48 *Romæ ſponſorem me rapis* l. 2 Sat. 6 v. 23. 49 De recitationibus moleſtis v. *Indic.* 50 *Cubare* hic manere, non ægrotare notat. Suet. refert mirum veterum morem tranſeundi in ædes aliorum, ut ibi convaleſceret: Ita Aug. *ægerin domo Mæcenatis cubabat.* 51 In extrema urbis parte: nunc *Monte Cavallo*: nam 2 equi marmorei, Phidiæ & Praxitelis, ut ajunt ibi, videntur. 52 Ad oppoſitam urbis partem, ad Tibrim. 53 Ironia. Verba hæc qui ſeparat, ut Heinſius, perplexa magis reddit. 54 Sed, dicat quis, ſunt & plateæ puræ, populoſæque minus, ubi meditari probe poſſis. 55 Strepitum urbis deſcribit. Hic redemtor ſeu conductor operum cum famulis, *calidus* i. e. vehemens & inconſultus feſtinat. 56 Ibi ut trans pondera evadere vix poſſis. V. epiſt. 6, v. 51. 57 Alibi funerum concurſus ſunt, quibus cedendum eſt. V. l. 1 Sat. 6 v. 42. 58 Auſon. hoc imitatur, *ſus lutulenta fugit, rabidus canis impete ſævo Et impares plauſtris boves.* 59 Bacchus poëtarum deus, cui & in Parnaſſo collis erat ſacratus. V. od. 19 l. 2.

Vis canere, & contracta ſequi veſtigia vatum[60]?
Ingenium, ſibi quod vacuas deſumpſit Athenas,
Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris, & curis: ſtatua taciturnius exit
Plerumque, & riſu populum quatit. hic ego rerum,
Fluctibus in mediis, & tempeſtatibus urbis
Verba lyræ motura ſonum connectere digner[61]?
Frater erat Romæ[62] *conſulti rhetor: ut alter*
Alterius ſermone meros audiret honores:
Gracchus[63] *ut hic illi foret, hic ut Mutius*[64] *illi.*
Qui minus argutos vexat furor iſte poëtas?
Carmina compono: hic Elegos, mirabile viſu,
Celatumque novem Muſis opus[65]. *aſpice primum,*
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem[66].
Mox etiam, ſi forte vacas, ſequere, & procul audi[69],
Quid ferat, & quare ſibi nectat uterque coronam[70].
Cædimur, & totidem plagis conſummimus hoſtem,

Lento

60 Viſu difficilia, extrita. Ad virtutem aut ſapientiam inſignem anguſtam viam ſacri profanique ſcriptores fecere. Al. l. *contacta*. Certe Horatius contigerat, & aſſecutus fuerat veſtigia vatum. 61 Si qui ſeptem annos Athenis vacuis, in ſummo otio, degerit, ridiculus eſt, cum meditabundus per plateas taciturnius ſtatua prodit, quid mihi fiet Romæ? Athenis philoſophi multi ſe derideri a populo ac comedi faciebant. Ita Anſ. ep. 54 ludit Rufum rhetorem *ſtatua ſtultiorem*. & alius *vatis lignei* meminit. 62 Ratio nova, quare verſus non faciat, quod poëtæ inepti ſint ſæpe, & *mutuum muli ſcabant* i. e. ipſi improbi laudent improbos: ut Eraſmus id proverbium hoc ipſo Horatii exemplo de duobus fratribus explicat. 63 Frater fratrem comparat Graccho Corneliæ filio, oratori ſummo. 64 *Legum & conſuetudinis ejus qua privati in civitate uterentur peritiſſimus*. 65 Ita poëta de ſe, ſed plorantibus ſæpe Muſis. 66 In Apollinis templo inter judices ab Auguſto ibi conſtitutos uti cenſores operum, poëtas iſtos, & ſe quoque (ſed v. arg. epiſt. 8) quaſi colloeat, qui elato minacique vultu circumſpiciunt bibliothecam adhuc vacuam poëtis, donec ſua ibi ſcripta recipiantur. 69 Audi ſis ſed remotior paulo ad finem eorum poëmata, in quibus magnifice adeo ſe efferunt. 70 Quam ſtulte ſe laurea poetica donent.

Lento Samnites ad lumina prima duello 71.
Diſcedo Alcæus puncto illius 72: *ille meo quis?*
Quis, niſi Callimachus 73? *ſi plus apposcere viſus:*
Fit Mimnermus 74, *& optivo cognomine creſcit* 75.
Multa fero, ut placem genus irritabile vatum 76,
Cum ſcribo, & ſupplex populi ſuffragia capto.
Idem, finitis ſtudiis, & mente recepta,
Obturem patulas impune legentibus aures 77.
Ridentur, mala qui componunt carmina: verum
Gaudent ſcribentes, & ſe venerantur, & ultro,
Si taceas, laudant, quicquid ſcripſere beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poëma:
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti.
Audebit quæcunque parum ſplendoris 78 habebunt,
Et ſine pondere erunt 79, & honore indigna ferentur,
Verba movere loco 80: quamvis invita recedant,
Et

71 Cenſuram inter nos mutuam inſtituimus ludicram plane & ſimilem gladiatorum Samnitum, qui ad faces accenſas uſque in majoribus conviviis pugnant rudibus & ſine vulnere. Lipſ. de cruenta pugna hunc locum capit. Sed illa licet inter epulas ſatis frequens fuerit, & vere figura ejus ab ipſo exhibeatur, huc tamen non videtur referenda. v. l 1 Saturn. c. 6. 72 Suffragio illius (in comitiis puncta apponebant nominibus quibus favebant) Alcœus renuncior in lyricis de quo od. 13 l. 2. 73 In elegis dicor triumphare, uti Callimachus. Ovid. de eo canit, *Battiades toto ſemper cantabitur orbe.* 74 V. in f. epiſt. 6. 75 Nomine quo vult. De cognom. p. 425, 24. 76 Poëtas illos viſitat iiſque nullas non laudes fert, uti qui ad ſerpentes aut canes cum pane in manu, aut in antrum Trophonium cum placentis quibuſdam veniunt, quas lemuribus & ſerpentibus occurrentibus objiciunt. Inde Strepſiades ruſticus, cum Socrates eum in ſcholam ſuam vult pertrahere placentam prius poſcit, ut diſcipulos ejus primum placet, qui novitios ludere vehementerque exercere ſolebant. Ariſtoph. in nub. De vatum facili ira epod. 6. 77 A poëtico furore ſanatus, obturabo aures legentibus impune, dum ſua carpi nolint vitia. 78 *Splendoris*, claritatis, elegantiæ. 76 Ita apud Ariſtoph. Æſchyli & Euripidis verſus in bilance imponuntur, & rejiciuntur leves nimis. 80 Uti equites ordine movebantur a Cenſoribus, ſi quid in iis notarent.

Et verſentur adhuc intra penetralia Veſtę [81].
Obſcurata diu populo, bonus eruet [82], *atque*
Proferet in lucem ſpecioſa [83] *vocabula rerum:*
Quæ priſcis memorata Catonibus, atque Cethegis [84],
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.
Adſciſcet nova, quæ genitor produxerit uſus [85],
Vehemens, & liquidus, puroque ſimillimus amni,
Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua.
Luxuriantia [86] *compeſcet: nimis aſpera ſano*
Levabit cultu [87]: *virtute carentia* [88] *tollet:*
Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur [89]: *ut, qui*
Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur [90].
Prætulerim ſcriptor delirus, inerſque videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,
Quam

81 Emendatio non ſegnius peraget officium, licet domi, & quaſi in ſacrario adhuc verſentur carmina. Solus pontifex intrabat Veſtæ *abditos & penetrales focos.* Cic. v. p. 376, 59. 82 Sed ex ultimis tenebris non ſunt repetenda. Quin inſolens verbum tanquam ſcopulos vitare jubet Cic. 83 Pulcra & vim habentia. 84 Cato ille primus Porciæ gentis, Plinio auctore optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator; qui quater & quadragies cauſam dixit: nec quiſquam ſæpius accuſatus, & ſemper abſolutus. Sed Cic. de eo, *antiquior eſt hujus ſermo, & quædam horridiora verba.* Et Salluſtio vitio datum, verbis anni V. C. 550 uſum fuiſſe; *Et verba antiqui multum ſuavate Catonis Criſpe, Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.* Cethegus autem Ennio dictus, *Flos delibatus populi, ſuadæque medulla*, ſummus orator quoque eſt habitus. 85 Ita & in Arte poët. v. 58 *dixeris egregie notum ſi callida verbum Reddideris junctura novum.* Talia Horat. habet multa. Ut *furiat, glaciat, clarat*, & forte *verat, æternat, inimicat, juvenantur*, pro juveniliter loquuntur, *opulentat, vaporat.* 86 Cic. *In ejus oratione, ut in herbis, ruſtici ſolent dicere in ſumma ubertate, ineſt luxuries quædam, quæ ſtilo eſt depaſcenda.* 87 *Sano cultu*, qualis honeſtas matronas decet. 88 In 2 codd. ait Tor. *calentia*, Sed tum non adderet *virtute.* 89 Boni ingenii, artis, oris, manuſque eſt ſic aliquid proferre, *ut ſibi quivis Speret idem; at ſudet multum fruſtraque laboret Auſus idem.* Art. v. 240. 90 Ut pantomimus geſtu vultuque loquitur, & res quaſi vivas præſenteſque repræſentat. V. l. 1 Sat. 5 v. 63.

Quam ſapere, & ringi 91. Fuit haud ignobilis Argis 92,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque Theatro:
Cętera qui vitæ ſervaret munia recto
More, bonus ſane vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in uxorem, poſſet qui ignoſcere ſervis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ 93:
Poſſet qui rupem, & puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus, curiſque refectus,
Expulit helleboro morbum, bilemque meraco 94,
Et redit ad ſeſe: Pol me occidiſtis amici,
Non ſervaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error.
Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis 95.
Et tempeſtivum 96 pueris concedere ludum,
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis:
Sed veræ numeroſque, modoſque ediſcere vitæ 97.
Quocirca mecum 98 *loquor hæc, tacituſque recordor:*

Si

91 Videtur induci Florus aliuſve, dicens ubi videt quantæ molis ſit bonum facere poëma, ſe malle malum condere, modo ipſe eo lætetur, vel vitium lateat, quam cruciari, ut bonum ſit. At *Scribendi recte ſapere eſt & principium & fons.* 92 Florus adhuc loqui poſſit. Nobilis ille erat *Lycas.* De Abydeno narrat hæc Ariſtot. Sed leve, leve id eſt. 93 Lagenas obſignabant plenas, vacuaſque: Cic. 16 epiſt. 26 ad Tironem ſuum, *Plane te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ: ſic, tu etiam ſi quod ſcribas non habebis, ſcribito tamen, ne quod furtum ceſſationis quæſiſſe videaris.* Perſ. ludit eos qui naſo pæne ſignum tangunt, ut videant ſalvane ſint ſigna, Sat. 6. Quin Plaut. in Perſ. loquitur de triparcis vetulis avidis, qui *ſalinum* (al. l. *allium*) *ſervo obſignant cum ſale.* v. p. 45, 3. 94 *Helleboro meraco*, i. e. puro. 95 Horatius oſtenſo quantæ molis moleſtiæque ſit bona facere carmina, moribus potius corrigendis ſtudendum docet. 96 Ætas & animus pueros ad ludum vocat. 97 *Veræ vitæ* i. e. tranquillæ, beatæ. Ter. *ibi non vere vivitur. Numerus, modus*, ad Muſicam pertinet. Nam tota philoſophia veterum hac voce indicari ſolebat. V. epiſt. 18 n. 41. 98 Ita loquitur ſecum

Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis. quod, quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes 99 ?
Si vulnus tibi, monſtrata radice, vel herba,
150 Non ſieret levius: fugeres radice, vel herba,
Proficiente nihil curarier. audieras 100, *cui*
Rem Dii donarent, illi decedere pravam
Stultitiam, &, cum ſis nihilo ſapientior, ex quo
Plenior es, tamen uteris monitoribus 101 *iiſdem ?*
At ſi divitiæ prudentem reddere poſſent,
Si cupidum, timidumque minus te: nempe ruberes,
Viveret in terris te ſi quis avarior uno 102.
Si proprium eſt, quod quis libra mercatur & ære 103:
Quædam, ſi credis conſultis, mancipat uſus 104:
160 Qui te paſcit ager, tuus eſt, & villicus Orbi 105
Cum ſegetes occat 106, *tibi mox frumenta daturus* 107,
Te dominum ſentit 108. *das nummos: accipis uvam,*
Pullos, ova, cadum temeti. nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis,
Aut etiam ſupra nummorum millibus emptum.

Quid

vulpecula, ut Florum tamen audire ea velit. V. arg. epiſt. 8. 99 Corpore ægro, medicis imperamus: animus ſi avaritia aliove ſit affectus malo, tacemus: Nam *ſtultorum incurata pudor malus ulcera celat.* Quid mirum? ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σε ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σε φωτεινὸν ἔσται. Ἐαν δὲ ὁ ὀφθαλμός σε πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σε σκοτεινὸν ἔσται. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον. Matth. c. 6 v. 22 Epiſt. 21. 1 v. 37. 100 A Stoicis, qui ſapientem ſolum divitem vocabant: alii hoc prave invertebant. 101 An toties animi falſus adhuc e divitiis conſilium & auxilium petes? 102 Si divitiæ animum ſatiare & placare poſſent, certatim pecuniæ avari eſſe vellemus: nunc, ubi contraria omnia faciant, quid eas tam cupide adhuc ſectamur? 103 Solenniter, cum emtor, venditor, & libripens intercedit, qui æs pendebat. 104 Qui bona fide poſſidet præſcripto legibus tempore, ei poſſeſſio & uſus pro titulo eſt, ne *rerum dominia ſint in incerto.* 105 *Orbus*, vir quidam promercalibus fructibus dives. 106 Satum ſemen terra comminuta operit. 107 Venditurus. 108 Nam *id cujuſque eſt proprium quo quiſque fruitur*

Quid refert, vivas numerato nuper, an olim?
Emptor Aricini quondam, Vejentis & arvi [109],
Emptum cœnat olus, quamvis aliter putat [110]: *emptis*
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
Sed [111] *vocat usque suum, qua populus adsita certis*
Limitibus vicina refugit jurgia. tanquam [112]
Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura [113].
SIC quia perpetuus nulli datur usus, & hæres
Hæredem alterius, velut unda supervenit undam:
Quid vici prosunt, aut horrea? quidve Calabris
Saltibus [114] adjecti Lucani, SI metit Orcus [115]
Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla [116], *tabellas*,
Argentum, vestes Getulo murice tinctas [117],
Sunt qui non habeant: est qui non curat habere.
Cur alter fratrum [118] *cessare, & ludere, & ungi*

Præ-

atque utitur. Cic. l. 7 epist. 30. 109 Nominat *arvum Aricinum*, ad Ariciam v. *Rixa*, Latii, & *arvum Vejens*, ad Vejos Etruriæ urbem, uti optima arva. 110 Putat cœnare *dapes inemtas.* 111 Objectio, cum causa quo usque proprium dicatur; ut populus adsita certis limitibus refugiat vicina jurgia, seu qua certi sint dominiorum termini. 112 Responsio ad object. illam. 113 Vere ergo nihil cuiquam proprium id est perpetuum: Nepos in Thrasyb. c. 4 *Parva munera diutiora, locupletia non propria esse consueverunt.* Philosophica sententia de bonis dicas, quod Lucr. *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.* V. Sat. 2 l. 2 in f. 114 Paræmia est de valde felicibus nota, cum dicuntur saltus possidere. Notum id Juven. *unde igitur tot Quintilianis habet saltus?* Ita & Græce ἀλσινέυειν dicuntur, qui admodum sunt divites. 115 Index in *Orcus.* 116 Parva signa ex Etruria. Tusci primi ex marmore signa fecere. *Vet. interp.* 117 *Vestes* stragulæ Africana purpura tinctæ. 118 Loquitur ex Adelphis Ter. Ubi dicitur de uno fratre, *Ego hanc vitam urbanam atque otium secutus sum* De altero, *Ille contra hæc omnia, Ruri agere vitam, semper parce ac duriter se*

Præferat Herodis palmetis pinguibus [119]*: alter*
Dives, & importunus [120]*, ad umbram lucis ab ortu,*
Sylveſtrem flammis [121]*, & ferro mitiget agrum:*
Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum-
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, & ater [122].
Utar, & ex modico [123]*, quantum res poſcet, acervo*
Tollam: nec metuam, quid de me judicet hæres,
Quod non plura datis [124] *invenerit. & tamen idem*
Scire volam, quantum ſimplex, hilariſque nepoti
Diſcrepet [125]*, & quantum diſcordet parcus avaro.*
Diſtat enim, ſpargas tua prodigus, an neque ſumptum
Invitus facias, neque plura parare labores.
Ac potius, puer ut feſtis Quinquatribus [126]*, olim*

habere. 119 De Herodis regno palmetis divite dicit. De his etiam Strabo, & ad ea ait eſſe ejuſdem *regiam, & balſami viridarium. Inde vero amplus eſt reditus, & ingens vectigal.* In Phœnicia palmæ tam frequentes, ut & φοίνιξ palmam notet: de qua voce, acſi avem Phœnicem notaret, lepida eſt narratio in Mur. Var. l. 13 c. 22. 120 Impiger. 121 *Steriles agri* igne ſæpe emendantur. Virg. 1 Georg. v. 84 *Sæpe etiam ſteriles incendere profuit herbas.* 122 Rationem diverſæ adeo in duobus fratribus indolis aſcribit *Genio* qui in aliis idem non eſt, uti & diverſæ ſunt figuræ, mores, ſententiæque. *Albus & ater* dicitur, i. e. bonus & malus, qualis Bruto & Caſſio ſub atra quadam imagine oblatus dicitur. Notabile eſt, Ægyptios Mercurium ſeu Apollinem partim aurea, partim atra, & petaſum partim candidum, partim nigrum pinxiſſe. Μὴν, unde Æolice Μάνις, eſt Genius, & Sol ſeu Apollo. *Quiſque ſuos patimur Manes*, & Genium quiſque habet ſuum, qui cum eo naſcitur & denaſcitur. Hinc forte Chriſtianorum quorundam ἐπίτροπος ſeu tutelaris angelus: pro quo rectius ſanctum Dei Spiritum vitæ ducem, ejuſque univerſum angelorum ſatellitium aſtites & præſtites nobis eſſe credimus. V. n. 98 epiſt. præc. 123 Suo exemplo Florum rectum rerum uſum docet. 124 *Datis* ab Mæcenate, vel a ſe. Vivebat Horatius *Meſſe tenus propria*, ut Perſ. ait; nec Omnia ſecum conſumta videns, nec hianti corvo multa relicturus. 125 In ſe ipſo probare vult, intereſſe aliquid inter probum, hilarem, & luxurioſum. 126 *Quinquatrus.* poſt diem quintum Idum dies feſtus: *atrus* nihil ſignificat. Minervæ eum diem ſacratum exiſtimant, quod eo die ædes ejus in Aventino conſecrata eſt. Tunc feriabantur pueri, &

Exiguo, gratoque fruaris tempore raptim [127].
PAUPERIES *immunda domus procul abſit. ego, utrum*
Nave ferar magna, an parva, ferar unus, & idem.
Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo:
Non tamen adverſis ætatem ducimus Auſtris [128]:
Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re [129],
Extremi primorum, extremis uſque priores.
Non es avarus: abi. quid? cætera jam ſimul iſto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira [130]?
Somnia [131], *terrores magicos, miracula* [132], *ſagas* [133],
Nocturnos lemures [134], *portentaque Theſſala* [135] *rides?*
Natales grate numeras [136]? *ignoſcis amicis* [137]?
Lenior & melior fis accedente ſenecta [138]?
Quid te exempta juvat ſpinis de pluribus una [139]?
Vivere

Minerval ſolvebant. 127 L. 2 Sat. 2 *tranſcurrere.* Ita Epiſt. voluptati breve tempus dari jubet. 128 Mediocritatis magnus paſſim amator Horatius. V. l. 2 Sat. 2 & p. 140, 20. 129 Sex bona numerat, quæ ſolent optari unice. 130 Florum veris coloribus deſcribit. L. 2 Od. 14 Epiſt. 3. 131 Gentes quoque ſuperſtitionem grande malum judicarunt. Somniis terreri, damnat. Damnet ergo & Auguſtum, nec ſua, nec aliorum de ſe ſomnia ſpernentem, & publicum morem, quo quæ quiſquam de re publica ſomniaſſet, per præconem, vel propoſito palam pittacio, nota faciebant. Suet. c. 9 Quidni cum ſomniis agamus uti cum mendacibus, quorum dicta nec curamus omnia, neque omnia rejicimus. Sup. p. 205, 21. 132 Miracula riſit in f. Sat. 5. l. 1. 133 Has riſit Sat. 8 l. 1. 134 *Lemures* quaſi *Remures*: Romulus *Lemuralia* inſtituit, cum Remus noctu eum terreret. Ritum v. Ov. Faſt. 5. 135 Pag. 56, 21. 136 An annos affluentes dolore cogitas? *Summum nec metuas diem, nec optes* ? v. Mart. l. 10 ep. 47. 137 Pag. 460, 88. 138 Epiſt. 3 dixerat, *calidus ſanguis.* Hæc multo poſterior eſt. 139 Quod Cic. dixit de artibus, invertere liceat. Omnes virtutes habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſeſe continentur. Certe 3 de Offic. ait, *Qui unam habet omnes habet virtutes.*

Vivere ſi recte neſcis, decede peritis [140].
Luſiſti [141] *ſatis: ediſti ſatis, atque bibiſti:*
Tempus abire tibi eſt: ne potum largius æquo
Rideat, & pulſet laſciva decentius ætas.

140 Si cum partis bene vivere neſcis, decede ac locum fac heredi qui id noverit, & *mero Tinget pavimentum ſuperbum, Pontificum potiere cœnis*, ut od. 14 l. 2. *Recte vivere* v. n. 12 epiſt. 10. 141 *Ludere* ad Venerem ſæpe ſpectat, p. 181, 10.

Lectiſſimæ & eruditiſſimæ

Matronæ

ELIZÆ HOOFMANNÆ,

Uxori dignisſimæ

PETRI KOLARTII,

Mercatoris apud Harlemenſes ſagaciſſimi & ſpectatiſſimi, hunc de arte poëtica libellum lubens meritoque offert

EDUARDUS a ZURCK.

SI quod, non dico in rariſſimis ſexus tui exemplis, ſed & e media doctorum virorum turba nomen quærendum fuiſſet mihi, cui omnis Horatiana poëſis dedicaretur, tuo profecto nomine nec dignius nec honeſtius inveniri potuiſſe mecum fatebuntur ii, quos ſumma tua modeſtia ad aliquam tecum familiaritatem, aut eruditum literarum commercium, aut carminum a te factorum conſpectum vel pauliſper admiſit. Tam enim, ut de Pindaro aliiſque taceam, Flacci ingenium puriſſimum, curioſam felicitatem, virtuteſque prope infinitas mentis tuæ ſagacitate ac induſtria perſpectas habes, ut tota poëſis tua non ſolum, pro exactiſſima imitandi ratione, Horatianam illam referat, ſed &, apis Matinæ more, nihil niſi mel e Pindari labris & Venuſino hoc viridario collectum fundas, hoc eſt omnem utriuſque ſapientiam leporeſque miſtura qua-

quadam ſuaviſſima & habitu ingenii tui feliciſſimo ſic conjunxeris, ut propria omnia privataſque tibi has divitias eſſe, appareat. Gravis non ero modeſtiæ tuæ longa nimis ambitioſaque poëticæ facultatis tuæ ceterarumque virtutum prædicatione, dum tuta undique palpum non feras, neque famæ tuæ velificare quemquam patiaris. Ea ergo ſolum dico, quæ oculis & auribus omnium, qui te tuaque vident & percipiunt, expoſita, Civitati Harlemenſi non parvum decus & ornamentum ſemper ſunt allatura. Utcunque enim ſedulo caves ne e manu tua quicquam in lucem prodeat, & cum doctis Sororibus Corycium antrum habitare, quam in editis Parnaſſi collibus longe conſpici malis, creſcet tamen indies magis magiſque occulto velut arbor ævo fama tua, & quacunque incedis, & vel unum a te carmen evolaverit, invitam quoque circumſiſtet ac comitabitur gloria, quemadmodum umbra corpus antecedere aut ſequi etiam ſolet. Nec invidiam tibi unquam concitabunt inſanæ quorundam veterum aut recentium voces, quibus eruditas feminas aſpernantur, & a lecto, domo, conſortioque fere communi faceſſere jubent; nec prava quarundam exempla exituſque parum glorioſi urere magis te poſſint, quam Viri docti minuuntur multis gravibuſque aliorum doctorum vitiis aç erroribus. Adeo enim inter curas domus tuæ mercatura ſimul & nitore ac elegantia inter nos celeberrimæ, inter quotidiana privatæ civiliſque & Chriſtianæ vitæ officia, inter civitatis noſtræ otia jucundiſſima, hortorumque adjacentium delicias, ac denique inter libros ſelectiſſimos cogitationes &

ſtudia tua dividis, ut facile quivis inter nos intelligat, non omnes quas patria noſtra eruditas unquam habuit, nedum e gentibus ſi recenſeamus omnes, comparari poſſe cum una Kolartia, quæ divinam SS. literarum doctrinam pro diſciplina domus ſuæ cum exotica veterum ſapientia, prudentiſſimo delectu habito, indivulſo quodam nexu conjunxit, palamque facit, quam præclarum ac ſingulare quid & femineo in ſexu poſſit exiſtere, cum ad naturam egregiam illuſtratamque acceſſerit ratio quædam conformatioque doctrinæ. Hujus e variis theſauris poëſin maxime probare ſoles, qua qui polleront, Ciceroni quoque doctiſſimi ſunt habiti ac prædicati. Hac te maritumque tuum, deliciarum iſtarum non ignarum, amatorem certe inter maxima negotia egregium, cum delectare ſoles, tum & eâdem tantam apud omnes laudem mereris, & ita ab omnibus jam paſſim celebraris, ut ægre non ſis latura, ſi & ego hoc nomine te velut alteram Pallada cultam publice donatamque velim Arte Horatiana, omnium ejus operum innocentiſſimo, pudoremque tuum nihil quicquam vel inter ſeveriſſimos Catones, vel rigidiſſimas Sabinas Veſtaleſve gravaturo. Accipe hanc Artem notis curiſque meis quibuſcunque, ſi non omnibus numeris perfectam, certe, ut ſpero, paulo magis quam ante reformatam ac illuſtratam, animo vultuque eodem, quo tot jam ſecula ipſa Sapientiſſima dea hos verſus tutata eſt, & Gallicis quoque commentariis eodem conjectis a doctiſſimo Dacierio ſuffragium ſuum nuper contulit, unde & multa huc traducta, nec pauca a me collecta & obſervata deprehendes. Vides periculoſæ plane

aleæ

aleæ opus me aggreſſum; Sed & ſimul cum animo tuo reputanti muneris mei rationem facile ſuccurrat illud Flacci, *Sedit qui timuit ne non ſuccederet*: nec Pindaricæ vocis magis oblita ſis, quam ceteræ mulieres mundi ſui obliviſcuntur, ut nempe ὁ μίσας κίνθυρον ἀγαλλιν ὑ φῶτα λαμβάνει. Sed magnum ſatis laboris mei fructum abſtulero, ſi vel hac commentandi ratione per omnes philologiæ partes aliquid proficere, & honeſtis doctiorum monitionibus ac conſiliis nonnulla reponere ac emendare, & tuo denique incorrupto judicio oculiſque minime pravis multa potuero comprobare. Vale, cum ſpectatiſſimo Kolartio tuo, & literas amare ac tutari perge. Dabam Harlemi Kal. Jun. CIↃ IↃC XCVI.

Q. HOR. FLACCI

EPISTOLA AD PISONES. DE ARTE POETICA

Horatium in hunc librum conjeciſſe præcepta Neoptolemi de arte poëtica, teſtatur Porphyrio, & ex Ariſtotelis de poëticis libro multa inibi inveniri, conſtat. Ipſam tituli partem, *de arte poëtica*, agnoſcit & Quintilianus: Sed Voſſius aliique, quaſi Flacco ſic ſuppetias laturi, ab hujus manu eum non eſſe, contendunt contra Scaligerum, qui ut Horatio ſæpe obliquus eſt, ita & artem hanc ſcriptam clamat ſine arte. Heinſius vero, velut oblitus ut ipſe & hic maxime *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis*, præclaram hanc & vere admirandam epiſtolam ſic a multis acceptam dicit, ut Pentheus a bacchantibus Bacchis non perinde fuerit diſcerptus. Suaviter autem, & ingenioſe Marcilius fingit hoc loco, Horatium, uti unum e judicibus, qui in templo Apollinis de poëtarum aliorumque ſcriptis, quænam in bibliothecam Palatinam recipi, quæve rejici deberent, judicabant, hanc artem conſcripſiſſe, ad cujus normam omnes deinde poſſent judicare. Tales judices, ad exemplum Græcorum, uti ſediſſe certum, eoſque doctos imprimis præclaroſque viros fuiſſe, & deorum quaſi ſenatum viſum credibile eſt, ita neſcio unde probaverit Marcilius eos nominatim fuiſſe Virgilium, Varium, Tarpam, Mæcenatem, Plotium, Valgium, Octavium, Fuſcos duos, duos Viſcos, Pollionem, Meſſalas duos, duos Bibulos, Servium, Furnium, Tibullum, Piſonem patrem & Horatium, niſi quod l. 1 Sat. 10 Horatius hos uti poëtas notos, ſibique amicos agnoſcat ac recenſeat, ſatis quoque ipſi rationis viſum fuit, ut & eoſdem judices renunciet.

Singula artis præcepta, per ſatyram (ut in epiſt. quidem decet) hic conjecta, ordine quam potero facillimo oculis ſubjiciam. Quæ qui impiger hauſerit is pleno ſe proluit auro: quæ qui collegerit, gemmas & margaritas inveniat, quæ ſuum ſibi, ut ſic loquar, diem faciant: neque aliter quis eas conſerat atque collocet, niſi ab omnibus qui quid intelligunt, extra chorum ſaltare, & ſuos ſibi corymbos nectere, jubeatur.

Huma-

Humano capiti [1] *cervicem pictor equinam*
Jungere si velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne [2]:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones [3], *isti tabulæ fore librum* [4]
Persimilem, cujus, velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ [5]. *Pictoribus atque poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas [6].
Scimus [7], *& hanc veniam petimusque, damusque* [8]
vicissim:
Sed non 9 *ut placidis coëant immitia, non ut*
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni [10].
Inceptis gravibus plerumque, & magna professis
Purpureus, late qui splendeat, unus, & alter
Assuitur pannus [11], *cum lucus, & ara Dianæ* [12],

1 Prima lex, *Ut poëma sit uniforme*, ne monstrosæ alicui picturæ simile evadat. Fingere licet, sed ea quæ aut sint, aut esse possint, aut apte conjunguntur. Notabile Servii ad 3 Æn. monitum, *Vituperabile est, poëtam aliquid fingere, quod penitus a veritate discedat.* Ita & Tzetzes comment. in Hes. dicit, fabulam omnem legitimi poëmatis, quæque poëtam constituat, oportere esse allegoricam, ita ut 3 modis exponi possit, στοιχειωματικῶς, ut cum *Vesta est terra*, *Vulcanus ignis*: ψυχικῶς, ut cum ignem Jovi surreptum a Prometheo, *vitam intellectualem* dicas: ῥητορικῶς καὶ πραγματικῶς, ut cum hanc fabulam *de ignis inventione* accipias. 2 Fabulosa istiusmodi animalia, cujusmodi forte Cherubini & Seraphini Judaici, & Scylla Virgiliana, ornamenti solum causa Alexandriæ maxime intexebantur tapetiis: quin iis magis quam veris delectatos tandem fuisse Rom. ex Vitruv. probat Is. Voss. in Catull. 3 Scribit ad Pisones, viros nobiles disertosque, patrem & filios v. 24 & 292. 4 Poëma. 5 Ut symmetria desit. 6 Objectio. 7 *Scimus* id, ait Hor. perinde uti poetæ. 8 Interrumpunt mali poetæ, se petere & dare istam veniam. Horatius eam petere nequit, *nil scribens ipse* epici aut dramatici carminis: neque dare veniam tam largam velit. 9 Horatius poeticam libertatem restringit. 10 Ita Virg. ut ἀ'σύνετα scribit, *Jungentur jam grypes equis, ævoque sequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.* 11 Digressionum futilia, inepta sque locorum com-

Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum [13], *aut pluvius describitur arcus* [14].
Sed nunc non erat his locus: & fortasse cupressum
Scis simulare. quid hoc, si fractis enatat exspes
Navibus, ære dato qui pingitur [15]: *amphora cœpit*
Institui, currente rota cur urceus exit [16]?
Denique sit, quod vis, simplex duntaxat, & unum [17].
Maxima pars vatum, pater & juvenes patre digni,
Decipimur specie recti [18]: *brevis esse laboro,*
Obscurus fio [19], *sectantem levia, nervi*
Deficiunt, animique: professus grandia, turget [20]:
Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ [21].

Qui

munium tractationes, & exceſſus in poematis aſſuto purpureo panno comparat. Eſtque hic lex ſecunda. 12 Omnis lucus Dianæ ſacer. Sed & ara in nemore Aricino ab Oreſte, ut credebatur, exſtructa, fœcundam de Diana Taurica, & tragica Oreſtis hiſtoria fabulandi materiem præbebat, & poetis mire ſempe placebat. De templo illo Ov. *Partaque per gladios regna nocente manu.* 13 De Rheno, ob Auguſti ibidem victorias, nemo non ſcripſiſſe videtur. Al. l. *Rheni.* V. p. 373, 29. 14 Varii Iridis colores phantaſiam inſulſorum poetarum valde morabantur. Hom. de ea verbo ſolum, Virg. duobus Ovid. uno verſu, cum millies fuiſſet occaſio, locuti ſunt. 15 Irriſio *pictoris inepti, qui vix aliud poterat pingere quam cupreſſum: a quo cum naufragus quidam peteret, ut votum* (male l. *vultum*) *& naufragium exprimeret, interrogavit, num ex cupreſſu vellet aliquid appingi.* Ita fere vet. interpres. V. l. 1 od. 5 in f. 16 Alio de figulo ſimili taxat eos, qui magna & præclara minati & aggreſſi, pares vires ad finem uſque afferre nequeunt. *Amphora*, vas grande, *urceus*, vas parvum. 17 Sic Hom. in Il. omnia refert ad repræſentationem fortitudinis ſub perſona Achillis, & in Odyſſ. ad repræſentationem fortunæ privatæ & hominum peregre viventium ſub perſona Ulyſſis: Virg. arma & virum uno opere depinxit. *Epiſodia* ſeu digreſſiones in utriſque ſic invenias, ut *rem credas hoc ipſam poſcere, ita aptum Diſſimulant, adituſque petunt ſuper omnia molles.* 18 Lex tertia, *medio tutiſſimus ibis.* Declarat hoc 5 exemplis. Primum generaliter etiam ad ethicam ſpectat. Ita Hieron. ait, *Vitia non decipiunt niſi ſub ſpecie umbraque virtutum.* 19 Ter. *Obſcuram diligentiam* dicit. Summorum ingeniorum tamen eſt, magnum ſenſum paucis efferre. 20 Ita turgidum eſt, Brutum *ſolem Aſiæ* dicere. De ſtilo inflato ſupra dixi, & rhetores de ſtili varietate paſſim docent. 21 Tranſl. Veteres in re nautica ut ignari ita & timidi vix alto mari ſe credidere, ſed littus legebant. Modus ſervandus eſt, fere ut od. 10 l. 2.

Qui variare cupit rem prodigialiter [22] *unam,*
Delphinum ſylvis appingit, fluctibus aprum [23].
In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte [24].
Æmilium circa ludum faber imus, & ungues
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos.
Infelix operis ſumma, quia ponere totum
Neſciet [25]. *hunc ego me, ſi quid componere curem,*
Non magis eſſe velim, quam pravo vivere naſo [26],
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo [27].
Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent [28],
Quid valeant humeri. *cui lecta potenter erit res* [29],
Nec facundia deſeret hunc nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præſens in tempus omittat [30].

Hoc

22 *Omnia monſtra faciunt*, Catull. Miraculis ſperant excitari auditorem & lectorem. 23 Nollem v. cl. Dacier hîc inter monſtra illa dixiſſet, quod eſt od. 21. 1 *Et ſuperjecto pavidæ natarunt Æquore damæ.* Nam ita & Ovidium carpat, cum dicit, *Nat lupus inter oves: fulvos vehit unda leones: Unda velit tigres: nec vires fulminis apro, Crura nec ablato proſunt velocia cervo.* Qui enim melius eluvies pingi poſſit? At mali poetæ ſine cauſa ſerpentes cum ovibus, tigrides agnis, delphines ſilvis &c. conjungunt. 24 Sublime ergo, elegans & gratum, in poemate arte quadam temperandum, ut ſunt Iridis colores, *In qua diverſi niteant cum mille colores. Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit, Uſque adeo quod tangit idem eſt.* 25 Lex quarta; poëta omnium partium poëmatis quod tractat peritus ſit. Docet hoc exemplo ſtatuarii. De eo vet. comment. *Æmilius ludus, locus non procul a Circo, ubi Æmilius quidam gladiatores habuit, circa quem erat ſtatuarius, qui ungues & capillos bene expreſſit, cetera imperfecta relinquens; unde multum deriſus eſt.* 26 Catul. etiam nihil pejus habuit dicere, quam, *Iſta turpiculo puella naſo.* 27 P. 90, 13. 28 Lex quinta. Argum. viribus noſtris ſit congruum. Nam *non omnia poſſumus omnes*, Et Hebr. prov. probandum *pro camelo ſarcina*, & verſus Matt. *Qui ſua metitur pondera ferre poteſt*, l. 12 ep. 100. 29 Qui *legit* ſeu elegit argumentum viribus conveniens. 30 Lex ſexta, de methodo, ſeu diſpoſitione, quæ alia eſt in poëmate, quam hiſtoria. Scholiaſt. Hom. αὐτὴ γὰρ ἀρετὴ ποιήσεως, τὸ ἀπὸ τῶν μέσων ἄρξασθαι, προϊόντα δὲ τὴν ἀπχὴν συγχεῖσθαι κατὰ μέρος, Una poëſios virtus

Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis autor 31.
In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis:
Dixeris egregie, notum ſi callida verbum
Reddiderit junctura novum 32. *ſi forte neceſſe eſt*
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum 33:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis 34
Continget, dabiturque licentia ſumpta pudenter.
Et nova, fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi
Græco fonte cadant, parce detorta 35. *quid autem*
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioque 36? *ego cur acquirere pauca*
Si poſſum, invideor 37, *cum lingua Catonis* 38, *& Ennî*
Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperque licebit,
Signatum præſente nota producere nomen 39,
Ut ſylvæ foliis 40 pronos mutantur in annos,
Prima

eſt, a medio incipere, & narrare deinde initia per partes. Ita Virg. Æneidos l. 2 debebat eſſe primus, & tertius eſſe qui eſt primus. Nam *haud ſapiens quiſquam, annales ceu congerat, Ili Inchoet excidium veteri paſtoris ab uſque Judicio, memorans ex ordine ſingula*, &c. Adde v. 146. 31 Selectus rerum locique adhibendus illi, qui magna & præclara minatur. Propert. de Æneide Virg. *Neſcio quid majus naſcitur Iliade.* Nec intra expectationem ipſum opus fuit. 32 Ita ſi quis de pyxide nautica, pulvere pyrio, vel polyorceticis noſtris ſit locuturus, verba debet invenire vel naturam vel effecta rerum *junctura* quadam exprimentia. 34 Antiqui Romani cinctura utebantur de qua v. ad Virg. l. 7 *Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino* &c. d. ep. n. 84. 35 Ut ephippium, triclinium, propola, bibliotheca, ſcaphita, pro ſcaphæ rectore &c. Ita a Latinis Latina fecere, ut a *beatus* Cicero fecit *beatitas*. A *reus eſt reatus*. A *munus* Aug. fecit *munerarius*. 36 Libertas data Cæc. & Plauto, cur negetur Virgilio Varioque ſc. nova faciendi verba, ut lychni, ſpelæa, trieterica &c. Quintil. *Quod vatis poſtea conceſſum eſt, quando deſiit licere?* 37 De novis fingendis verbis cum dicit, nove dicit, *invideor*. 38 Ita v. c. Cato dixit *Tempeſtivus*. 39 *Utendum* ergo *plane ſermone ut nummo, cui publica forma eſt.* Quintil. *forma*, Hor. dicit *nota*. Pro *producere*, al. l. *procudere*. Ita Cicero ab *Eſſe* cudit *Eſſentia*. & Hor. *male pertinax, centimanus, capripes, noctiluca, tauriformis, partumejus, ſeſquipedale, ſortileges, diſconvenit, diludia*. v. not. 85 ep. 1 l. 2 & Mur. var. l. 15 c. 20. 40 Diomedes Grammat. adferens hunc locum legit, *Ut folia in ſilvis,*

Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.
DEBEMUR morti nos, noſtraque: *ſive receptus*
Terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet [41],
Regis opus [42], *ſteriliſve diu palus* [43], *aptaque remis*
Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum:
Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius [44]: MORTALIA facta peribunt:
Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia vivax.
Multa renaſcentur quæ jam cecidere [45], cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore, vocabula, ſi volet uſus:
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi [46].
Res geſtæ, regumque, ducumque, & triſtia bella
Quo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus [47].

Verſi-

41 Tribus maximi operis exemplis docet nihil ſtabile ac perpetuum. De primo Suet. in Jul. *Portum Julium apud Bajas immiſſo in Lacrinum & Avernum lacum mari, effecit.* Aug. tamen perfecit. Plin. 42 Regale opus. De eo Virg. 2 Georg. v. 161. 43 *Pomptinæ paludes a Corn. Cethego coſ. cui ea provincia obvenerat, ſiccatæ: agerque ex iis factus.* Liv. epiſt. l. 46. Auguſtus hic eo nomine laudatur: ſed regio iſta, v. *Auſente Palude*, utut exſiccata ſub Theodorico adhuc palus fuit. 44 Aug. Tiberim, per Velabrum prius currens, in aptiorem deduxit alveum, ne exundans urbi agriſque porro noceret. 45 Quint. l. 1 c. 6 *Verba a vetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habent, ſed & afferunt orationi majeſtatem aliquam, non ſine delectatione: nam auctoritatem antiquitatis habent; & quia intermiſſa ſunt, gratiam novitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo.... nec utique ab ultimis & jam obliteratis repetenda temporibus.* 46 Quintil. Ibid. *ridiculum pene fuerit, malle ſermonem quo locuti ſint, quam quo loquantur.... uſum & conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum: ſicut vivendi conſenſum bonorum.* Athenis, uſu illo, civium tam delicatæ erant aures, ut non continerent vocem, quin interloquerentur Demoſtheni contra Æſchynem oranti, idque agenti ut corruptum eum a Philippo doceret. Conſulto ergo eum dixit μίσθωτον, ſed omnes clamarunt μισθωτόν. Quod ille ſumma arte pro aſſenſu ſumſit. V. Ulpian. in Demoſt. orat. pro Cteſ. 47 Lex octava. Quodvis argumentum proprio congruoque carminis genere tractandum: ut res ſublimes carmine heroïco, quod σεμνότατον καὶ

Verſibus impariter junctis 48 *querimonia primum,*
Poſt etiam inclusa eſt voti ſententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt 49.
Archilochum proprio rabies 50 *armavit Iambo* 51.
Hunc ſocci cepere pedem, grandeſque cothurni 52,
Alternis aptum ſermonibus 53, *& populares*
Vincentem ſtrepitus 54, *& natum rebus agendis* 55.
Muſa 56 *dedit fidibus Divos, puerosque Deorum* 57,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et juvenum curas, & libera vina referre 58.
Deſcriptas ſervare vices, operumque colores,
Cur ego, ſi nequeo, ignoroque, poëta ſalutor 59?

Cur

ὁλοσφύρατον, *graviſſimum & ponderoſiſſimum* vocat Ariſt. De eo vero quod pauca adeo præcipiat, ſuſpicari fecit, artem hanc injuria temporis non totam ad nos veniſſe. Ita inſignis poëta Belgicus D. Pelſius in traduct. artis notat. Argum. aliquod e Serv. v. n. 187. 48 Elegiacis. P. 65, 3. 49 Terent. Maur. *Quidam non dubitant dicere Callimum.* 50 Ob negatam ſibi filiam, quam Lycambe pater prius ipſi promiſerat. Al. pro *proprio* l. *propero.* Aus. *Iambe, pennis alitum velocior, Padi ruentis impetu torrentior.* 51 Homerus jam ante, aliique juſta jamborum volumina ſcripſere. *Barthius.* 52 Palliatæ togataeque comœdiæ & tragœdiæ, quin & Mimicæ, Satyri, ut qui familiarius actiones hominum exprimunt, jambum recepere. 53 Cic. ex Ariſtot. *Magnam enim partem ex jambis noſtra conſtat oratio.* 54 Jambi, ut familiarem loquendi uſum prope imitantes, populi clamores in theatris optime fedare poſſunt. Lib. 2 epiſt. 1 v. 200. 55 Ob properos ejus & faciles motus: n. 55 56 Lyrici carminis ſeu odarum honos, ob incertum auctorem, Muſæ, od. 12 l. 1 Calliopæ, datur: ſimul quod ſuavi cantu & muſicis inſtrumentis canerentur. V. Iſ. Voſſ. de cantu & vir. rythmi. 57 Hymnis deos, encomiis heroës, threnis dolores, Bacchicis amores ludoſque canebant. Lex nona. Cuique carminum generi ſuus character, & peculiares quædam ſint dotes, & cuique ſuæ attributæ vices, & colores. Tranſl. duplex. 1 a comœdia, ubi ſuas quiſque *vices* ſeu partes agit. 2 a pictura, in qua res variæ variis diſtinguuntur coloribus. V. Quintil. l. 12 c. 10 58 *Confeſſæ imperitiæ ſumma prudentia eſt.* Min. Fel. 59 *Sua cuique propria lex, ſuus decor eſt. Nec comœdia in cothurno, nec tragœdia ſocco ingreditur.* Quintil. Τὸ ὑψηλὸν ſeu ſublime tragicum, humilitati & vulgaritati, ut ſic loquar, comœdiæ non convenit. Qui pedes utrique ſint proprii, v. verſ. 251 &c.

Cur nescire pudens prave, quam discere malo [60]?
Versibus exponi tragicis res comica non vult [61].
Indignatur item privatis, ac prope socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ [62].
Singula quæque locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore [63],
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri [64].
Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterque,
Projicit ampullas, & sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela [65].
Non satis est pulcra esse poëmata: dulcia sunto:
Et quocunque volent animum auditoris agunto [66].
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt [67]
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est

Pri-

60 Thyestis historia, qui suos sibi liberos ab Atreo appositos vidit, aptissima est tragœdiæ. *Narrari* eam vult, non repræsentari, versu 186. 61 Affectus in Comœdia apparere decenter adeo debent, quam in Tragœdia. Ita Demea in Adel. 5, 3 exclamat, *O Cœlum, o terra, o maria Neptuni.* 62 Dolor & miseratio *plerumque* sublime respuunt. Longinus plane exinde Τὸ ὕψος rejicit. Ita Hecuba ampullari nimis in dolore videtur apud Sen. qui passim in hoc decoro servando peccat, uti & Eurip. interdum, Sophocles vix unquam. 63 *Telephus*, Herculis filius, Mysorum rex, ad mendicitatem redactus, uti & Peleus, pater Achillis. De his duæ erant tragœdiæ Græcæ sententia turgida, & verbis sesquipedalibus & longis admodum, uti Græci composita faciunt sublimi bene convenientia. Sed utraque habitum illius temporis minime decebant. Hinc Euripides Aristophani in Ranis vocatur πτωχοποιὸς καὶ ῥακιοσυρράπτης, quod pannosos mendicosque reges exhibeat. *Projicere* pro *rejicere a se*, nescio quomodo & Dacier hic explicet. 64 L. 2 ep. 1 v. 212 *Irritat, mulcet, falsis terroribus implet, Ut magus, & modo me Thebis, modo ponit Athenis.* Tragœdiæ id proprium, quæ Platoni est τῆς ποιητικῆς δημοτερπέστατόν τε καὶ ψυχαγωγικώτατον, *poësis jucundissima & animum maxime afficiens.* 65 Tan. Faber l. 1 ep. 58 pro *adsunt* legit *adstent.* 66 Cic. *ardeat orator si vult incendere judices,* neque hi motus sint *simulacra neque imitamenta, sed luctus verus, atque lamenta vera & spirantia.* 67 Telephus & Peleus pro patria sua & se orabant auxilia a Græcis, ut Dacier ex Eurip. probat.

Primum ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædent 68
Telephe, vel Peleu. male ſi mandata 69 *loqueris,*
Aut dormitabo, aut ridebo. TRISTIA mœſtum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum 70:
Ludentem, laſciva: ſeverum, ſeria dictu.
Formet enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit, & angit:
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites, peditesque cachinnum.
Interit multum Davuſne loquatur, Eroſne 71:
Matur-

68 Ita Ovid. l. 1 Met. v. 179 dicit de Jove irato, quod *Terrificam capitis concuſſit terque quaterque Cæſariem*; & l. 2 v. 49 idem de Phœbo irato: eſtque tranſlatio de leonibus. 69 Itaque actio motuſque corporis vociſque flexus, certa nituntur ratione, neque pro cujuſque arbitrio variant: Sed bona rerum phantaſia, ſeu viſione, & natura non molli neque languida, imprimis hîc opus ſunt. Iis inſtructi dotibus id præſtant, ut ex animo omnia, ut fert natura, facere videantur, *ſimileſque fiant eorum, qui vere patiuntur, affectibus. Nec incendit niſi ignis; nec madeſcimus, niſi humore; nec res ulla alteri dat colorem, quem ipſa non habet. Primum eſt igitur ut apud nos valeant ea, quæ valere apud alios volumus, afficiamurque, antequam afficere conemur.* V. Quintil. 6, 2. Et Cic. 3 de orat. *Omnes animi motus ſuum quendam habent a natura vultum, ſonum, geſtum: totumque corpus, omneſque voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant, ut a quoque animi motu ſint pulſæ.* 70 Lex decima. Non rerum ſolum, ſed & perſonarum decorum ſervandum: harum diſcernenda eſt conditio, ætas, vitæ inſtitutum, & patria. Pro eorum differentia, quod quaque perſona dignum eſt, fieri dicique debet. 71 Davus pro doloſo & vereratore, Eros pro fideli dominoque charo ſervo hic videtur poni. Certe *Erotis* ſervi nomen in jure noſtro ſatis frequens eſt, & pro *Eros* aliquando legitur *Heros*. Latini enim multa contra etymologiam aſpirarunt, ut Herodotus, Herodicus: imitati in eo Atticos & complures Græciæ gentes, quas δασυντικὰς fuiſſe, ſeu aſpiraſſe multas voces, conſtat. Hinc uti & e diſſert. Lambini patet me veram lect. ſecutum; quam & Menag. in Amæn. probat. Jac. Bon. & Fr. Luiſ. parerg. 3 26 l. *divuſne loquatur an heros*; & ita Schrev. & Dacier. Sed nulla cod. fide. At recte Lamb. deis in comœdia vocem tribui negat; & in tragœdia non admittit, niſi *cum dignus vindice nodus Inciderit*, cum deus e machina, ut v. 191. Eraſm. l. *divuſne loquatur an Irus*. Sed v. Lamb.

Maturuſne ſenex [72], *an adhuc florente juventa*
Fervidus [73] : *an matrona potens, an ſedula nutrix :*
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli :
Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis [74].
Aut famam ſequere [75], *aut ſibi convenientia finge* [76]
Scriptor, honoratum [77] *ſi forte reponis* [78] *Achillem :*
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer [79] :
Jura neget ſibi nata, nihil non arroget armis [80].
Sit Medea ferox, invictaque [81], *flebilis Ino* [82],
Perfidus Ixion [83], *Io vaga* [84], *triſtis Oreſtes* [85].
Si quid inexpertum ſcenæ committis, & audes
Perſonam formare novam [86] : *ſervetur ad imum* [87]

72 Is graviter & ſententioſe loquitur. 73 Ita Phædria exclamabit, *Nullam aliam quam Philumenam volo.* 74 *Colchi* feri, barbari ; *Aſſyrii* molles, & delicati ; *Thebani*, ut Bœotii, craſſi & corpore firmi ; *Argi* audaces, experrecti. In barbaro ore ergo ſententiæ non conveniunt, quales dat Eur. 75 Vulgarem opinionem. At. v. l. 2 ep. 1 n. 167. 76 Si nolint dramatici characterem affingere perſonæ prout fama eſt, fingant ipſi, ſed ut decorum ſervent. Ita fere Hor. fecit in Teucro deſcribendo l. 1 od. 7. 77 Omnium enim ſcriptorum præconiis celebratur. 78 Homerus primus ſcripſit Achillem, quem qui iterum in theatrum inducit, *reponit.* V. verſ. 42 l. 2 epiſt. 2. 79 Hic character Achilli ſic perpetuus eſt, ut aliter fingere eum non liceat. Quid ira veroſimiliter poſſit facere, exhibendum eſt, magis quam quid fecerit, ut Ariſt. notat. 80 Inde & Agamemnoni minatur deſtricto enſe, & domum redire parat. ei enim ut Ovid. ait, *rigido jus dicitur enſe.* Χειροδίκης eſt Heſ. 81 Dum Jaſonem ulta filios ei apponit. V. epod. 3 n. 6. 82 Ino oraculum ſubornavit, quo Athamas immolare jubebatur filium e priori uxore. At is furore correptus eam cum communi filio Melicerta laceraſſet, niſi hæc ſeſe in mare cum filio præcipitaſſet. 83 Qui ſocerum igni interemit, & hominibus exoſus in cælum, luſtratus prius, a Jove ſublatus eſt. Sed ibi Junoni vim intentans, detruſus eſt in tartara, rotaque ſemper circumagitur. 84 In vaccam verſa a Jove, æſtro per Junonem in Ægyptum fugata eſt. 85 *Triſtis*, ob conſcientiam occiſæ matris irrequietus : vel triſtis, i. e. difficilis ac moroſus. Quin Oreſtes τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως καὶ τὸ ἄγριον καὶ τὸ ὄφεινον notat. Plato in Crat. Certe & Ovid. *triſtem* vocat. V. Eurip. 86 Nunc, ſi nova fingitur perſona, ut Dido apud Virg. Octavia apud Sen. τὸ ὁμαλὸν, *æqualitatem* commendat. 87 Peccat in eam legem Euripides, cum Iphigeniam primo timide mortem deprecantem, deinde, Achille pro ea exorante, ſic

Qualis ab incœpto proceſſerit, & ſibi conſtet.
Difficile eſt proprie communia dicere [88] *: tuque*
Rectius Iliacum carmen deducis in actus [89],
Quam ſi proferres ignota indictaque primus.
Publica materies [90] *privati juris erit* [91], *ſi*
Nec circa vilem patulumque moraberis orbem [92] *:*
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres [93] *: nec deſilies imitator in arctum,*
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex [94].
Nec ſic incipies, ut ſcriptor cyclicus olim [95] *:*
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum [96].
Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu [97] ?

Par-

animoſam exhibet, ut & ſponte pro ſalute Græcorum mactari velit. 88 Liberum quidem nova invenire argumenta & cuivis *commune*; ſed *proprie* illa tractare, ſeu digne ſatis & convenienter, ut tua jure & cum laude dici poſſint, difficile. 89 Argumentum tragœdiæ melius ſumitur ex jam vulgata μυθοποιία, & quidem Homerica, quam novum fingatur. Illum Plato vocat τῆς τραγῳδίας ἡδέμονα ποιητικώτατον, καὶ πρῶτον τῶν τραγῳδιποιῶν. 90 Lex undecima, de imitatione veterum. Ac argumento tractando adhuc præbet Iliada vel Odyſſeam. 91 Tua dicetur, ſi bene tractetur ac diſponatur. 92 Nec quæ cuivis patent, totam Homeri inventionem & diſpoſitionem tuam facies. Id eſſet morari circa vilem patulumque orbem. 93 Nec ut fidus interpres factus eadem ſervabis verba, ſed ceu e fonte fœcundo hauries exin argumenta. De juſta imitatione v. ad epiſt. 3 n. 17 & ep. 19 n. 17. 94 Dixerat materiam ab aliis decantatam a quovis tractari poſſe, ſed ſic ut non per eundem ampliſſimum orbem rerumque circuitum eamus, ex quo vile & dilutum reddetur poëma: & contra, non decet in anguſtum adeo gyrum nos includere, ut digredi loco & tempore non audeamus, eaque, quæ dramati conveniunt magis, quam epico carmini, adjicere. Et hæc ſententia Ariſt. in f. poët. ὥστε ἐὰν μὲν ἕνα μῦθον τοιῶσιν ἀναγκὴ βραχέα δεικνύμενον μύκρον φαίνεσθαι, ἢ ἀκολασθέντα τῷ τὲ μέτρε μήκει, ὑδαρῆ. 95 Quis *cyclicus ille*, an Mævius, an alius, neſcitur. Sed cyclica carmina, perinde ut Cypria vocat Clemens in protrept. ſunt quæ v. c. de Helenæ raptu, de Achille, & hic de Priamo ab ortu ad exitum ex Homero erant conſarcinata, & decantabantur. V. l. 1 od. 7 n. 1. Loens. epiph. 1, 4 & Salmas. in Sol. 96 Initio modeſtos, non magnos promiſſores eſſe decet. 97 Vitium, quo diductis faucibus, & ore nimis patulo loquimur, rhetores vocant πλατυασμόν. V. Quinctil. 1, 9. Perſ. Sat. 5 Hor. expreſſit.

Parturient montes: nascetur ridiculus mus [98].
Quanto rectius hic [99], *qui nil molitur inepte!*
Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & urbes [100].
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem [101]
Cogitat: ut speciosa dehinc miracula [102] *promat,*
Antiphaten [103], *Scyllamque, & cum Cyclope Charybdim* [104]:
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri [105],
Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo [106]:
Semper ad eventum festinat, & in medias res [107]
Non secus, ac notas, auditorem rapit, & , quæ

98 Ita Virg. 1 Georg. *Sæpe exiguus mus*, ubi ex judicio Quintil. *clausula ipsa unius syllabæ non usitata addidit gratiam.* Tachas Rex Ægypti urebat Agesilaüm Lacedæm. regem auxilio sibi advenientem, Ὠδίνων ὄρος Σεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. *Parturiit mons. Jupiter autem metuit, at ille peperit murem.* Ille corpore Tydeus, sed Hercules animo, offensus sconmate dixit, φανήσομαί σοι πότε καὶ λεών. 99 Homerus. 100 Hoc fere init. Odyss. 101 A parvis ad majora multa cum gratia assurgitur. At de magnificis promissis in nihilum abeuntibus prov. possit esse, fumum fulgorem subsequi. Phaëtontis incendium hujus rei imaginem refert. 102 Miracula vocat fabulas Odysseæ: de his Longin. ait, Ne Jovem quidem majora aut pulchriora somniaturum, si somniaret. Τί γὰρ ἂν ἄλλο φήσαιμεν ταῦτα, ἢ τῷ ὄντι τῆ Διὸς ἐνύπνια. 103 Hic Læstrigonum anthropophagitarum rex unum e sociis Ulysis devoravit, & saxis ac trabibus omnes naves præter eam qua Ulysses vehebatur, demersit. 104 *Scylla*, Punice *Scol*, est exitium, *Charybdis* est foramen perditionis. Bochart. Homerus duo monstra in freto Siculo exinde facit, quorum latera canibus eminentibus & jejunis ac latrantibus succincta. De *Cyclope* p. 13 n. 9. 105 Homerus non a longe petitis incipit, ut Antimachus, qui reditum Diomedis a Troja ab interitu Meleagri stulte incipiebat. 106 Non incipit Hom. a tempore, quo Jupiter sub specie cygni cum Leda concubuit, quæ duo peperit ova, unde Castor & Helena prodierunt. Quin Hom. ne quidem a raptu Helenæ, nec ab initio belli Trojani incipit, nec in eo desinit: Sed Achillis iram exhibet, quo cætera solum inserviunt: & ita Virgil. Æneam quoque suum repræsentat. Peraltus cum in utroque poëta hoc taxat, poëma ad leges historiæ exegisse videtur. 107 Aliud hic præcipit, quam v. 43, & *mediasres* dici, quæ alii quoque subjecto indifferenter aptari possent, vult Dacier. Sed quia pauci quid poëma sit, norunt, & notulis includere omnia nequeo, perpendant viri observationes atque conferant cum Macrob. l. 5 c. 2 quibus tantum est

Desperat tractata nitescere posse, relinquit [108].
Atque ita mentitur: sic veris falsa remiscet [109],
Primo ne medium, medio ne discrepet imum [110].
Tu [111], *quid ego, & populus mecum desideret, audi.*
Si plausoris eges aulæa manentis [112], *& usque*
Sessuri, donec cantor [113], *vos plaudite, dicat:*
Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis [114].
Reddere qui voces jam scit puer [115], & pede certo
Signat humum [116]: gestit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas [117].
Imberbis juvenis tandem custode remoto,
Gau-

otii studiique, & singula vera esse deprehendet. 108 Selectus mediarum istarum rerum adhibendus. Ita in Il. nihil de raptu Helenæ, de ovis Ledæ, de Iphigenia mactata, de Achille veste puellari latitante, nec in Odyss. de Palamede Ulyssis fraude necato, & in Virg. nihil de Æneæ in Macedoniam aut Laurentem agrum appulsu, aut comitum contra Latinum & Aborigines pugna, legas. Nam incidentia illa, ut vocant, respuunt ornamentum majestati poëmatum illorum non satis congruum. 109 Omnis poesis grata fictione commendabilis est. Sed quæ veritate aliqua seu historica seu morali nititur, aut certe ad eam alludit. *Vituperabile enim est, poëtam aliquid fingere, quod penitus a veritate discedat.* Serv. in 3 Æn. Tales sunt fabulæ sapientum, tales & magnorum poetarum, quæ ideo figuræ potius & simulacra veritatis, quam mendacia dici debent. Adde n. 235. Historiam a capite ad calcem tractare, ut Stat. Sil. & Lucanus fecere, ad veritatem rerum gestarum servandam forte faciat, sed ad gratiam poematis parum. 110 *Curandum præcipue, ne qua inter se pugnent. Quædam enim partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt*, &c. V. Quintil. l. 4 c. 2. 111 Lex duodecima. Poëtas ἠθῶν ἱστορίαν, *morum historiam* servare decet, perinde ut pictores. 112 *Manere aulæa*, expectare dum aulæa demittantur. V. ep. 1 l. 2 n. 127. 113 *Cantor* actor tragœdiæ, vel e choro aliquis. 114 Annis semper mobilibus suus decor tribuendus est. 115 Tres solum ætates Arist. in rhetor. exhibet: raro enim in dramate loquitur puer, qualis hic describitur. 116 Firmiter incedit, & vestigia relinquit. 117 Mutationis causa est lubricitas & mollities cerebri, qua objecta facile delentur. Exemplum v. l. 2 Sat. 3

Gaudet equis, canibuſque, & aprici gramine campi [118]:
Cereus in vitium flecti [119], monitoribus aſper [120],
Utilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupiduſque, & amata relinquere pernix [121],
Converſis ſtudiis, ætas, animuſque virilis
Quærit opes, & amicitias [122]: inſervit honori:
Commiſiſſe cavet, quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circumveniunt incommoda [123]: vel quod
Querit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti [124]:
Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat [125],
Dilator, ſpe longus, iners [126], aviduſque futuri:
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero [127], cenſor caſtigatorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum:

v. 258. 118 Guietus in not. ad Nonnum quem habebat Menagius, legi jubet, *imberbus*, ad vitandum duplex illud *is*. At qua fide, non video. Porro v. p. 521, 48. Et L. 1 od. 8. 119 Hinc in jure noſtro de *lubrico ætatis* legitur. 120 Senſit hoc Caſſianus, ſtilis diſcipulorum ſuorum confoſſus, & tabellis, buxiſque contuſus, cum frænum iis laxaretur ſub Diocletiano. Nam, *Nec dulcis ulli diſciplina infantiæ eſt.* V. Prudent. 121 Ariſt. cupiditates eorum comparat famæ ſitique ægrotorum. 122 *Amicitias*, nam hæ *optima & pulcherrima vitæ ſupellex.* Cic. in Læl. 123 Cic. *Senectus ipſa morbus eſt, & onus Ætna gravius.* De Sene Corn. Gallus, *Crimen amare jocos, crimen convivia, cantus.* &c. 124 Didicit difficulter quæſita facile amitti. Sed abſurdum, *quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quærere.* Cic. 125 Fatentur ſenes Terentiani, *Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt.* 126 *Stat dubius tremuluſque ſenex, ſemperque malorum Credulus, & ſtultus quæ facit ipſe timet. Spe longus* eſt δύσελπις, non, ut Lamb. vult, qui ſpem longe extendit. Juvenum hoc eſt: hi ſunt εὐέλπιδες. 127 *Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos. Hoc tantum rectum quæ facit ipſe putat. Se ſolum doctum, ſe judicat eſſe peritum, Et quod ſit ſapiens deſpit inde magis.*

Multa recedentes adimunt [128] : *ne forte ſeniles*
Mandentur juveni partes, pueroque viriles [129],
Semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis [130].
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur [131].
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus [132], *& quæ*
Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam : multaque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens [133].
Nec pueros coram populo Medea trucidet [134] :
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus [135] :
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem [136].
Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Neve minor quinto, neu ſit productior actu [137]

Fa-

128 More Rom. loquitur. Servius Rex homines *ad annum* 46 *juniores, ſupraque eum annum ſeniores appellavit.* Liv. l. 1 c. 43 Ita Plin. in paneg. c. 8 Trajano 44 ætatis annum agenti *juventam* dat. Hinc patet annos venientes ad 46, recedentes ab illo anno numerari. V. p. 94, 11. 129 Cujuſque character ſervandus. 130 Ariſt. χρὴ ἐν τοῖς ἤθεσιν ἀεὶ ζητεῖν ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ τὸ εἰκός, *oportet ſequi in moribus ſeu id quod neceſſe, ſeu veroſimile:* Hor. dicit *adjuncta ævo*, ſeu ei *apta* V. n. 108. 131 Lex 13, de decoro ſervando in repræſentatione, & recitatione. Illa in ſcenam profert, quæ oculis ſubjici debent; hæc, quæ videri non debent, narrat ſolum, ut turpia, horrenda, & impoſſibilia. 132 Repræſentatio rei præferenda eſt commemorationi. Oculo non facile perſuadetur, ſed cum quid fideliter luſtravit, locus eſt proverbio, *Oculis magis habenda fides, quam auribus.* 133 *Facundia præſens*, magnifica, gravis, & ſublimis. 134 Egregia lex eſt Servii ad v. 593 Æn. 4 *Non induxit occidentem ſe Didonem, ſed oſtendit occiſam; & hoc tragico fecit exemplo, apud quos non videtur quemadmodum fit cædes, ſed facta narratur.* De Medea v. epigr. ex c. 9 l. 4 anthol. Donat. act. 2 Eun. ſc. 5. 135 V. n. 60. 136 Metamorphoſis Prognes in hirundinem, Philumelæ in luſciniam, Ityos in phaſianum, Terei in upupam, Cadmi & Hermiones in ſerpentes, quia fide carent, repræſentari nequeunt. Epicum poema cum ſucceſſu talia recipit. Ita Hom. narrat mutationem navis Ulyſſis in ſaxum, & Virg. navium Æneæ in totidem Nymphas. 137 Lex quartadecima, de fabulæ magnitudine, ut 5 actibus conſtet. Scenarum numerus non tam certus. V. Roſin. ant. l. 5 c. 9.

Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.
Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit [138]. *Nec quarta loqui perſona laboret* [139].
Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat [140]: *neu quid medios intercinat actus,*
Quod non propoſito conducat, & hæreat apte [141].
Ille bonis faveatque, & concilietur amicis [142],
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet menſæ brevis: ille ſalubrem
Juſtitiam, legeſque, & apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa [143], *Deoſque precetur, & oret.*
Ut redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis [144].
Tibia non [145], *ut nunc, orichalco* [146] *vincta, tubæque*

138 Præceptum xv, deus machinatus (ut Don. vocat) non temere apparere debet, niſi in rebus difficilibus, unde ſe extricare nequeunt. Prov. de ſubita numinis ope, Ἀπὸ μηχανῆς θεός, *deus e machina.* 139 Præceptum xvi, Ne laborent quærantque admodum loqui 4 perſonæ, ſed vel duæ tantum, vel ad ſummum tres. Scal. 4 poët. *quatuor in eadem ſcena loqui, nulla religio eſt.* Sed in comœdia: at Hor. loquitur de tragœdia. 140 Præc. xvii de choro. Chorus exhibet *actoris*, ſeu ut al. l. *autoris partes*, unius personæ, coryphæo dicto, loquente: & hoc eſt *officium virile defendere*. Idem eſt quod Ariſt. in poët. καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μέρειον εἶναι τοῦ ὅλου. Jure autem deſiderat elegans poëta noſtras, A. Pelſius, aliique, in noſtras ſcenas choros reduci. 141 *Chorus* inter actus loquens, ſpectatores ſane & auditores non parum reficiens, *materiam ſemper ducit ex idea argumenti, vel totius fabulæ, vel præſentis fortunæ, loci, perſonæ, & ejusmodi; id quod optime ab Euripide ſervatum, a Sophocle neglectum eſt.* Scal. 142 *Multiplex officium chori: interdum conſolatur, aliquando luget ſimul, reprehendit, præſagit, admiratur, judicat, admonet, diſcit ut doceat, eligit, ſperat, dubitat,* &c. Scal. Pro *concil. am.* Auguſtini Hunæi lib. teſte Pulmanno in Hor. ab eo edito l. *conſilietur amice.* 143 Valde opus eſt ut chorus ſit fidelis ſatis cautuſque: alioquin poëma corruit. Sed poëta tali & talia credere debet, ut poſſit & velit commiſſa tegere. Eurip. hoc nomine a Dacier taxatur. 144 Chori tragœdiam veterem virtutis & prudentiæ ſcholam reddunt. 145 Inter unum & alterum actum chorus canebat etiam ſaltabatque. Hinc Horat. 18 ſeq. verſibus agit

Æmula, ſed tenuis, ſimplexque foramine pauco 147.
Aſpirare, & adeſſe choris erat utilis, atque
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu 148.
Quo ſane populus numerabilis, utpote parvus,
Et frugi, caſtuſque, verecunduſque coibat.
Poſtquam cœpit agros extendere victor, & urbem
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius feſtis impune diebus 149:
Acceſſit numeriſque, modiſque licentia major 150.
Indoctus quid enim ſaperet, liberque laborum,
Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto 151?
Sic priſcæ moremque, & luxuriam addidit arti
Tibicen 152 *traxitque vagus per pulpita veſtem* 153.
Sic etiam fidibus voces crevere ſeveris 154,
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps 155,
*Utilium*que *ſagax rerum, & divina futuri*

Sor-

de inſtrumentis Muſicis: uti illa olim ſimplicia, humiliſque ſoni, & poſt pro divitiis & luxu mutata ſunt, idem tragœdiæ Græcæ, eorumque Muſicæ evenit, quæ ſimplex primum, dein melica, & oraculorum majeſtati proxima facta eſt. 146 *Orich.* æs montanum: nam credebant e ſylveſtribus montibus incendio correptis præſtantiſſima metalla defluxiſſe. V. Bochart. 2 hier. 147 Quatuor foramina Varro ſe vidiſſe ait. *Vet. interp.* 148 Chori cum placidi ſuaveſque eſſent, & theatra parva; tibiæ majores, tubarum æmulæ, non conveniſſent. 149 De die potare turpe priſcis Romanis: at creſcentibus opibus vitia etiam creverunt, & *impune*, ſine legum ſumtuariarum cenſorumve metu genium placabant, de quo v. *indic.* 150 Gliſcente luxu, theatralis pompa & apparatus crevit, rythmi & cantus mire variati invaluere. 151 Populus inconditus & ruſticus promiſcue ſedens & ſpectans (quod duravit ad A. V. C. DVIII ut Liv. l. 4 teſtatur) cum honeſtioribus, nihil ſapuerunt; quin corruperunt omnia. 152 Geſtum corporis & ſaltationem, & variationem Muſicæ, cantuſque luxuriam. 153 Veſtis tragicæ pars quæ ſolam verrit, qualem in tragœdiis induti reges & heroës trahebant per theatra, ſyrma vocatur. 154 Heinſ. ait alterum μελοποιΐαν, quæ tragœdiæ propria eſt, jam tractari, poſtquam de comica egit. Cithara enim eſt tragœdiæ: tibia comœdiæ. Illius *antiquæ Muſicæ ſeveritas*, ut Cic. vocat, novis additis *vocibus* i. e. chordis, imminuta eſt. 155 Verſus turgidi, non ὑψηλοὶ ſed μετέωροι, *ſublimes uſque ad vitium*: Quos faciunt illi qui *præcipitia pro ſublimibus* habent. Quintil. c. penult.

Sortilegis non discrepuit sententia Delphis [156].
Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum [157],
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper [158]
Incolumi gravitate [159] *jocum tentavit: eo quod*
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator [160], *functusque sacris, & potus, & exlex* [161].
Verum ita risores [162], *ita commendare* [163] *dicaces*
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo [164]:

156 I. e. chori sagaces primum utilium rerum (v. n. 141) postea sententias protulere affectatas adeo & acuras obscurasque, quam sortes & oracula Delphica erant. De iis dici poterat, quod chorus de se dicit in Agam. Æschyli, Μαντιπολῶ δ' ἀκέλευστος Αὐτόμαθ' ἁδεῖ. *Vaticinia canit injussus gratisque.* 157 Præceptum 18 de satyris, quorum originem, sed incertam, & decorum in iis servandum, & discrimen a tragœdia docet. Certamen in iis erat & victoriæ pretium hircus, Bacchi victima: is enim præsidebat tragœdiæ. Exin & τραγῳδία qu. *hirci cantus* dicta videtur. v. n. 19. 158 Primus earum auctor *satyros*, seu drama satyricum (quale Cyclops Euripidis restat) in medio vel fine fabulæ, quasi choros, induxit, coryphæo Silono. In iis histriones, villosa tunica, hircinis pellibus, satyrorum habitum quasi referentes, sales & dicteria ad risum movendum, jactabant. 159 Salva tragœdiæ cui accedebant, gravitate. 160 Diomedes & Mar. Victorin. *Satyros induxerunt ludendi causa, jocandique, ut simul spectator inter res tragicas seriasque satyrorum quoque jocis & lusibus delectaretur.* Erasm. causam addit: olim sc. in choris dithyrambos Baccho cani solitos: sed poëtas, mutata consuetudine, Ajaces, Centauros, & id genus fabulas dedisse, populumque per risum acclamasse, Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, *Nihil ad Bacchum*: quo convicio moniti satyros induxerunt, ne dei prorsus obliti viderentur. 161 Populus sacris functus, simulque, ut solebat fieri, epulatus; tum & bene potus, ac denique jam exlex & liber, satyris morandus erat. 162 Præceptum 19, quales satyri *risores*, seu res humanas ridentes, esse debeant, docet; nec alieno loco, ut sc. Atellanæ fabulæ, argumentis dictisque jocularibus Græcis satyris similes, eò componantur. 163 Inducere. 164 Finire gravitatem tragœdiæ satyris. *Tragicomœdiam* Plautus vocat. 165 In festo Bacchi τετραλογία, seu 4 dramata tragica edebantur de eodem heroe, v. c. Ulysse, Achille &c. quorum ultima erat satyra. Hinc jubet ut decorum unius heroïs ubique servetur. Nî Romæ per 4 dramata uno festi die in Atellanis idem fieri soleret, in una eademque tragœdia tamen servari præceptum hoc potuit.

Ne, quicunque Deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper & ostro,
Migret [165] *in obscuras humili sermone tabernas* [166],
Aut, dum vitat humum [167], *nubes, & inania captet* [168].
Effutire leves indigna tragœdia versus:
Ut festis matrona moveri jussa diebus,
Intererit Satyris paullum pudibunda protervis [169].
Non ego inornata, & dominantia [170] *nomina solum,*
Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar tragico differre colori,
Ut nihil interſit, Davusne loquatur, an audax
Pythias [171], *emuncto* [172] *lucrata Simone talentum,*
An custos famulusque dei Silenus alumni [173].
Ex noto fictum carmen sequar [174], *ut sibi quivis*
Speret idem, sudet multum, frustraque laboret [175]
Ausus

166 Ne humili sermone utatur tabernariorum & opificum. 167 Comicam facilitatem. 168 Vitium eorum qui ingenio minus valent, ut hoc se magis attollere & dilatare conentur: perinde ut breves semper se majores videri volunt. v. n. 154. 169 Tragœdia, quæ indigna est in qua leves versus emittantur, intererit seu versabitur inter satyros velut matrona, quæ non nisi coacta sactis diebus modice saltat. 170 *Dominantia*, κύρια, sine ulla præfatione, ut dominus, neminis curam habens, qui omnia licere sibi putat, dicens τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην. seu, ut est in 2 carm. Priap. *Latina verba*, quibus unamquamque rem libertate Stoïca, non per ambages & circuitionem, sed suo nomine appellem: 171 Satyri isti ergo medium inter tragœdiam & comœdiam servant, sed sermonem cuique convenientem postulant. *Davus* e Menandro, & *Pythias* ancilla e Lucilio noti sunt. 172 *Emung.* vox comica. 173 Silenus, τροφὸς, seu nutricius & pædagogus Bacchi. 174 Præc. 20, in tract. argumentis notis e medio sumtis commodam seriem & dispositionem sequendam. De satyris tragicis idem hic præcipit, quod de ipsa tragœdia, *Rectius Iliacum carmen deducis in actus.* Ita Eurip. arg. Cyclopis sumsit ex Odyss. 9. 175 Sup. *Difficile est proprie communia dicere.* Certe & in eloquentia *cuncta experti nihil difficilius reperient, quam id quod se dicturos fuisse omnes putant, postquam audierunt: quia non bona judicant illa esse, sed vera.* Quintil.

Auſus idem. tantum ſeries, junctura pollet:
Tantum de medio ſumptis accedit honoris.
Silvis deducti caveant, me judice, Fauni,
Ne, velut innati triviis, ac pene forenſes [176],
Aut nimium teneris juvenentur [177] *verſibus unquam,*
Aut immunda crepent ignominioſaque dicta [178].
Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res [179]:
Nec, ſi quid fricti ciceris probat, & nucis emptor [180],
Æquis accipiunt animis, donantve corona.
Syllaba longa brevi ſubjecta, vocatur iambus [181],
Pes citus: unde etiam trimetris accreſcere juſſit
Nomen iambeis, cum ſenos redderet ictus [182],
Primus ad extremum ſimilis ſibi [183]. *non ita pridem,*
Tardior ut paulo, graviorque veniret ad aures,
Spondeos [184] *ſtabiles in jura paterna recepit*

Com-

176 Præc. 21 ad ſatyros adhuc pertinet, ne ſint politi nimis, ut in medio foro, aut nimis craſſi. Satyri enim ſeu Fauni inter arbores, montes, ſpeluncas, & agreſtia omnia in ſcena exhibebantur; Tragica vero ſcena columnis ſuffulta, ſuperbiſque faſtigiis & ſignis erat ornata; Comica ſcena ædium privatarum ſpeciem oſtendebat. V. Vitruv. l. 7 c. 5. 177 Ne nimis teneri ſint elegantesque, ut Anacreon ſcripſit. 178 Αἰσχρολογίαν & ὕβριν, turpiloquium & contumeliam a ſatyris ſeu Atellanis prohibet. In ludis Mimicis plus licebat. Modeſtiam illam Virg. & in Sileno obſervat, poſtquam dixerat, *Carmina, quæ vultis, cognoſcite, carmina vobis*, latenter ſtuprum Nymphæ minans ſubdit, *Huic aliud mercedis erit.* 179 Equites, patricii, & divites. 180 *Fricti ciceris & nucis emtor*, viliſſima & infima plebs notatur, quæ ſpectaculis occupata ad famem interim profligandam frictum cicer, & uſtas nuces mandebat. v. 1 Sam. 17, 17 eoque Bochart. 181 Præc. 22 de carmine in tragædia uſitato, jambo ſc. 182 Celeritas jamborum fecit ut trimetri vocentur, qui ſenos tamen pedes habent: *Itaque jugatis per dipodiam binis pedibus terfritur.* Victorinus. V. Index in *jambus.* 183 Olim ex jambis ſolis conſtabat. 184 *Spondeus* Inceſſum habet tardum & magnificum; itaque rebus gravibus, & maxime ſacris, vel ipſo atteſtante vocabulo, imprimis adhibetur, & quidem imparibus ſedibus, ſed in tragædia. Comici vero contra ſpondeum paribus ſedibus recipiunt, *ut quæ loquuntur ſumta de vita putes*, ut Ter. Maurus ait.

Commodus, & patiens: non ut de ſede ſecunda
Cederet, aut quarta ſocialiter. hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni [185].
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus [186],
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi [187].
Non quivis videt immodulata poëmata judex [188],
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Idcircone vager, ſcribamque licenter [189]? *an omnes*
Viſuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniæ cautus [190]? *vitavi denique culpam,*
Non laudem merui [191]. *Vos exemplaria Græca*
Nocturna verſate manu, verſate diurna [192].
At [193] *noſtri proavi Plautinos & numeros, &*
Laudavere ſales [194]: *nimium patienter utrumque*
Ne dicam ſtulte, mirati; ſi modo ego, & vos

Sci-

185 Accius & Ennius culpantur, quod *hîc*, i. e. paribus ſedibus jambos raro habeant. 186 Præc. 23. At nî legas *miſſus*, ut Marcilius, fruſtra ſudabis in conſtruct. nec Heinſii nova diſtinctione te magis expedies, neque ſi poſt verſ. 162 jungas verſum, quem Serv. in 5 Æn. ad Hor. refert. *Nec tanta in metris venia conceditur uti.* Mutare tamen ſine fide cod. nolo. V. Lamb. 187 Senſus eſt, cum tot tardos ſpondæos in theatrum produxerint, patet αὐτοσχεδίους aut ἀτέχνους eſſe, i. e. aut feſtinantes, aut artis ignaros. 188 Inde Ennius & Accius tantam famam conſecuti ſunt. 189 Nemo vitiis aliorum, aut data venia, ut Teucer ſub Ajacis clypeo, latere poteſt. v. Mur. var. l. l. 13, 5. 190 *Intra ſpem veniæ tutus & cautus*, ut non tantum putem poſſe me peccare, quin ſperare liceat veniam, quam aliis poëtis Romani dedere. 191 Culpam vitaſſe, non laudem meruiſſe dicat. 192 Homerum, tragicos, comicos, & maxime Ariſtophanem. *Noct. & diurna manu*, hoc eſt quod Rabbi Bag Bag de lege eleganter dicebat. Heinſ. 193 Obj. quid ad Græcos nos ablegas, cum proavi noſtri numeros & ſales Plauti laudaverint? quantum id ipſe ſciverit, apparet cum de ſe vaticinatus eſt, Luxiſſe Plauto mortuo Comœdiam, Riſumque lacrimatum eſſe. 194 Damnat eos qui omnia in Plauto ut perfectionis exempla admirantur. *Inurbana* a *lepidis*, & *numeros innumeros* inconditoſque *ſeponi* ſeu amoveri vult. Adhæc garrulitas illa, nec Horatii ingenio, nec liberrimum ac populare adeo jocandi genus illi ſeculo elegantiſſimo ſane ac defæcatiſſimo potuit probari.

Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digitis [195] *callemus, & aure.*
Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ [196]
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis:
Quæ canerent, agerentque peruncti fæcibus ora [197].
Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus [198], *& modicis inſtravit pulpita* [199] *tignis,*
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Succeſſit vetus his comœdia [200], *non ſine multa*
Laude: ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi. lex eſt accepta, chorusque*

Turpi-

195 Qui aure erant non ſurda aut jacenti carmina metiebantur digitis, vel pede. 196 Sequitur narratio quadripartita, de tragædiæ auctore, amplificatore, de comœdiæ veteris ortu & interitu, & de ſtudiis comicorum Romanorum. 197 Auctor tragædiæ incertus: niſi quod Theſpis dicatur, antequam Theſeus Atticos in urbem unam coegiſſet, per vicos Atticæ penſiles ſcenas in plauſtris circumegiſſe, unde ſcommata jactabant, addiditque nudis oribus fæces pro perſona, (unde tragœdiam qu. a τρυγῳδία dictam putant) induxitque chorum, qui caneret, & actorem, qui referret hiſtoriam heroïs alicujus, unde deinceps tragœdia nata eſt. Fœces illæ, Sileni, Satyrorum, & Bacchi comitum rubicundos vultus exprimebant. V. Eraſm ad. *de plauſtro loqui.* 198 Æſchylus larvam, & ſtolam cum ſyrmate, & ſcenam invenit. Addit Ariſt. eum addidiſſe deuteragoniſtam, & Sophoclem perfeciſſe tragœdiam tertagoniſta addito. 199 γογγῖον, locum ubi actores ſtant. V. n. 176. 200 *Comœdia vetus* poſt tragœdiam venit; nata, uti Tragœdia ex hymnis in Bacchum, ita ex obſcœnis in eundem deum hymnis, & a *nova* differt *tempore*: nam vetus illa floruit bello Peloponneſiaco, populo libero: *Nova*, amiſſa per Phil. & Alex. libertate, orta: *Argumento*: nam in ea & dii traducebantur, ut patet in Ariſtoph. *nova* exhibebat amores adoleſcentum, iras parentum, artes ſervorum & meretricum: *Stilo*, qui in veteri tragicus vel heroïcus fere erat, in *nova* eſt popularis: *Metro*, quod in vet. varium, in *nova iambicum* fere: *Apparatu*, in vet. mirus erat ornatus: in *nova* nihil tale, quin & chorus, quo ut populi flagello utebantur, ſublatus. *Comœdiæ mediæ* pauci meminerunt: ex quo Lamachus vetuit quemquam nominari. Alexandro maledicentiam iſtam refrænante, chorus ille lege repreſſus *turpiter obticuit.* * Primo Athenis vetitum ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, *nominare aliquem in comœdia*: cavebant exinde comici; ſed ſic, ut larvis ſumtis imaginem ejus quem lædere volebant, referrent. Vetitum ergo inſuper, μὴ ἐυτοπροσώπως λέγειν.

Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.

Nil intentatum noſtri liquere poëtæ [201]:
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta [202]:
Vel qui Prætextas [203], *vel qui docuere Togatas* [204].
Nec virtute foret, clariſve potentius armis,
Quam lingua, Latium, ſi non offenderet unum
Quemque poëtarum limæ labor, & mora [205]. *Vos ô*
Pompilius ſanguis [206] carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem [207].

Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credit [208]: *& excludit ſanos Helicone poëtas,*
Democritus [209]: *bona pars non ungues ponere curat,*
Non barbam [210]: *ſecreta petit loca, balnea vitat* [211].
Nanciſcetur enim pretium, nomenque poëtæ,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit [212]. *O ego lævus,*

Qui

201 Latini poëtæ omnes Græcæ comœdiæ virtutes exprimere tentarunt. 202 Primo *Palliatas* comœdias, Græcas ſc. verterunt: dein argumenta e ſua hiſtoria ſumſerunt, ut Enn. Pacuv. Accius, &c. 203 Comœdias graves, ubi *prætextati* & nobiles, ut in tragœd. Græcis, locum habent. 204 Togatæ, tabernariæ, in quibus privati & e plebe exhibebantur. *Trabeatæ*, tertium genus comœdiarum, forte militares erant. 205 In comœdia, æque ac virtute & armis, clari ſimus, ſi ſua emendare noſtri vellent. Ar ut Quintil. ait, *in comœdia maxime claudicamus.* 206 *Piſones*, a Pompilio Numa oriundi. 207 L. 1 Sat. 10 v. 72. *Ad unguem facere*, e Servio explicui p. 344, n. 27. 208 Unde non emendant ſcripta ſua Romani? Credunt, *ingenium fortunatius* & pluris eſſe, *miſera, ut vocant, arte.* 209 Cic. 1 Div. *Negat enim ſine furore Democritus quenquam poëtam magnum eſſe poſſe*, & 2 de orat. *quod & a Platone ſcriptis relictum dicunt.* 210 Philoſophorum id ſolum erat. l. 1 Sat. 3 v. 35. 211 Nempe, *Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbes*, l. 2 ep. 2 v. 77. 212 Nomen & præmia poëtæ accipiet, ſi hirſutus, & ferus appareat (uti Æſchylus ταυροδὸν ἔβλεπε, *tauri inſtar videbat* dum ſcriberet, ut Ariſtoph. ait) & ſi tonderi nolit caput non ſanabile ullo elleboro vel e tribus Anticyris, quæ duæ tantum ſunt. *Licini* tonſoris meminit, qui ab Aug. in ſenatum allectus eſt

Qui purgor bilem ſub verni temporis horam [213],
Non alius faceret meliora poëmata [214]: *verum*
Nil tanti eſt. ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi [215].
Munus, & officium nil ſcribens [216] *ipſe docebo:*
Unde parentur opes: quid alat [217], *formetque poëtam:*
Quid deceat, quid non: quo virtus, quo ferat error,
Scribendi recte, ſapere eſt & principium, & fons.
Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ [218],
Verbaque proviſam rem non invita ſequentur [219].
Qui didicit, patriæ quid debeat [220], *& quid amicis:*
Quo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes:
Quod ſit conſcripti [221], *quod judicis officium: quæ*
Partes in bellum miſſi ducis: ille profecto
Reddere perſonæ ſcit convenientia cuique [222].
Reſpicere exemplar vitæ, morumque [223] *jubebo*
Doctum

ob odium in Pompejum. In hunc eſt epitaphium, *Marmoreo tumulo Licinus jacet, at Cato nullo, Pompejus parvo, credimus eſſe deos?* 213 O me lævum, ſtultum, ait Horatius, qui verno tempore *purgo* ſeu ut al. l. *purgor bilem*, tam ad poeſin neceſſariam. Nam bile difficili tumebat Horatius, unde & iraſci celerem ſe fatetur. 214 Ridet ſtultos poetas. Nomen poetæ tanti mihi non eſt, ut proin velim inſanire. 115 At dicat quis quid ergo artem poeticam tradis? reſpondet, ut *fungar vice cotis*, i. e. alios excitem ad id, quo ipſe non contendam. Ita Iſocr. reſpondit interrogatus quî eloquentiam doceret, qua ipſe carebat. 216 Nec epos, nec drama. 217 Facultas poetica. Certe Cic. in tanta rerum varietate quæ dicat, copiam ſibi parari ait e poetis. Or. pro Arch. Si *alet*, ergo natura prius adſit neceſſe eſt. V. 508. 218 Continuatio 23 præcepti, ſapientiam & doctrinam ante omnia neceſſariam: Inde poetas *doctiſſimos homines* vocat Cic. pro Mil. Eo autem commendat philoſophiam moralem, e ſcriptis Academicorum. V. p. 61 n. 10. 219 Prius ergo argumenta & res animo complecti decet: Nam *rerum copia verborum copiam gignit.* Vet. comm. hic notabilis, *Menander, cum fabulam diſpoſuiſſet, etiam ſi nondum verſibus ornaſſet, dicebat tamen ſe jam compleſſe.* Plaut. Mil. Glor. A. 3 ſc. 3 *ubi probus eſt architectus, Bene lineata ea ſi ſemel carinam collocavit; Facile eſt navem facere, ubi fundata & conſtituta eſt.* 220 Plus ſcilicet quam parentibus. V. l. 35 Dig. *de relig. & ſumt. fun.* 221 *Conſcr. patris*, ſenatoris. 222 V. n. 109. 223 Naturam intueri docet, unde res deſcribat: non vero hanc illamve perſonam.

Doctum imitatorem, & veras hinc ducere[224] *voces.*
Interdum ſpecioſa jocis, morataque recte
Fabula nullius Veneris, ſine pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliuſque moratur,
Quam verſus inopes rerum, nugæque canoræ[225].
Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem, nullius avaris[226].
Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere[227]. *dicat*
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Uncia, quid ſuperat[228]*? poteras dixiſſe triens*[229]. *heu,*
Rem poteris ſervare tuam. redit uncia: quid ſit?
Semis. ad hæc animos ærugo, & cura peculi
Cum ſemel imbuerit: ſperamus carmina fingi
Poſſe

224 Tranſl. a picturis, quas Philoſtr. jun. in proœm. Iconum ait ſi omne punctum laturæ ſunt, χρὴ τὸν ὀρθῶς προσατέυοντα τῆς τέχνης φύσιν τὴ ἀνθρωπίαν εὖ διασκέφθαι, καὶ ἱκανὸν εἶναι γνωματεύσαι ἠθῶν σύμβολα.... καὶ καθάπαξ, τὸ ἁρμόδιον ἑφ' ἑκάστῳ γε ἴφει, *Oportet eum qui pingendi artem recte moderaturus eſt naturam humanam bene perſpectam habere, tum idoneum eſſe ad morum notas judicioſe exprimendas: ... uno verbo quod cuique concinnum ac maxime proprium eſt, id pinget.* Ita v. c. qui avarum exhibebit, omnes avaritiæ mores, non hujus aut illius intuebitur, & ita *veras*, ſeu ut al. l. *vivas voces ducere* feliciter poterit. 225 Accidit, ut comœdia minus comta, minuſque recte diſpoſita, nec verborum inſtructa pondere, plus placeat, ſi modo ſpecioſa ſit jocis, & mores vitamque hominum recte referat, quam turgidi iſti, ſed rerum expertes verſus, qui auribus ut placerent, facti videntur. 226 Præc. 24, ut a teneris exerceat ſe puer, & e Græcis fontibus bibat. v. n. 266. 227 Aſſem in C partes dividunt, ne vel unius diei uſura pereat. Pueri Romani mox ad quæſtus lucrique ſtudia vulgo ducebantur. 228 Inducitur hic ſatyrice (nam nuſquam ingenium ſuum non prodit Horatius) Albinus fœnerator, ut Alphius ille epod. 2. Filium ejus interrogat Hor. quaſi inquirens quid in Flavii ludo arithmetico profecerit. V. Sat. 6 l. 1 v. 71 &c. 229 Hæſitat puer, & interrogator moræ impatiens urget eum ac reſpondet. 230 Ἐπίχειρις Horatii, quid ſi ærugo, (vitium illud quo æs corroditur,) & peculii cura animos *ad hæc* lucri ſtudia imbuerit, putamuſne carmina fingi poſſe quæ ætatem ferent? Certe ἐπιθυμίαι πάντα ταπεινὰς ποιοῦσι, ut Arr. in Epict. 4, 4. A tinea & carie libri cedrino oleo illiti, & cypreſſina conditi arca ſervantur.

Posse linenda cedro, & levi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ,
Aut simul & jucunda, & idonea [231] dicere [232] vitæ.
QUIDQUID præcipies, esto brevis [233]: ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
OMNE supervacuum pleno de pectore manat [234].
Ficta voluptatis causa, sint proxima veris [235].
Nec quodcunque volet, poscat sibi fabula credi [236]:
Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo [237].
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis [238]:
Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes [239].

231 Triplex poetarum scopus. voluptatem quærunt, ut qui elegias, epigrammata scribunt: 2 prodesse tantum, ut Lucretius, Theognis: 3 utrumque simul, ut Virgil. Georg. Hes. opera & dies, Ov. metam. 232 *Dicere*, vox philosophica, est sciscere, sancire. Ita in sacris & profanis sæpe. 233 Præc. 25, Si prodesse tantum velis, sis brevis &c. 234 Transl. a vasis repletis. Vide Horatii ingenium. Præcipit brevitatem: sed de nimia brevitate securus est. At notum illud Sen. contr. 92 *Semper ad sanitatem proclivius est, quod potest detractione curari.* Sed v. vers. 134 &c. 235 Præc. 26, quomodo delectare poeta debeat. Fictio qualis esse debeat, v. n. 107. Carpunt ergo Virg. quod naves in Nymphas mutatas scribat, & Æneam per ramum aureum ad inferos iviſse, & Didoni comam ab Iride abscissam. Sed de his amplius deliberandum. Forte fictionis decorum salvari & hic posset, ut P. Petit. alia ἀπροσδιονυσοφανῆ Virgilii defendit l. 4 miscell. c. 13. 236 Non omnia fabulæ credi seu committi, non recitari omnia, nedum repræsentari debent, ut de tragædia præcepit v. 185. & hoc seq. probant. 237 Fabulæ non debet credi, ut recitare aut exhibere possit Lamiam, cui puer devoratus ex alvo vivus extrahitur. *Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi*, v. 187. Ut Læstrigonum rex Lamus anthropophagita, ita in Libya Lamia regina voratrix hominum, nota est. Romani hanc in alatam nocturnamque mulierem, terriculamentum puerorum, vertere. Vulg. interp. c. 4 v. 3 Thren. *Lamias* pro phocis recte vertisse, censet Bochart. 2 Hier. 338 *Cent. Sen.* senes seu senatores agitant & explodunt fabulas nihil frugis habentes. Servius tribus Rom. in centurias divisérat. 239 Si senatores fabulas aniles non probant, nec juniores equites *Rhamnes* seu Romani *austera*, tristia, & sterilia *poëmata*, in quibus utile dulci haud mixtum est, curant. Totus pop. Rom. divisus olim fuit in 3 partes seu tribus, Rhamnenses, Tatienses, & Luceres.

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci [240],
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Soſiis: hic & mare tranſit [241],
Et longum noto ſcriptori prorogat ævum [242].
Sunt delicta tamen quibus ignoviſſe velimus [243].
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus, & mens [244],
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum:
Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura [245]. *quid ergo* [246]?
Ut ſcriptor ſi peccat idem librarius uſque,
Quamvis eſt monitus, venia caret; & citharœdus
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem [247].
Sic mihi, qui multum ceſſat [248], *ſit Chœrilus ille* [249],
Quem bis terque bonum cum riſu miror [250]; *& idem*

In-

240 Mart. 6, 60 *Victurus genium debet habere liber.* v. l. 2 ep. 2 v. 99. 241 Epiſt. 20. 242 Sup. *Dignum laude virum Muſa vetat mori.* 243 Recte Pind. Ἀμαρτάνει καὶ σόφῳ σοφώτερος, præterquam quod ut Diod. Sic. l. 26 ait, Θνητῇ φύσει οὐ δυνατὸν ἐφικέσθαι τῆς ἀμέμπτου πάντων ἐπαρεσκείας, *Natura mortalis non poteſt comprobationem omnium ſine reprehenſione conſequi.* Ita recenſet vitia illuſtrium poet. Ital. Paſcaſius Groſippus parad. lit. ep. 5 p. 36 &c. & in aliis G. Joh. Voſſius de art. gram. l. 2 capp. ultimis, & Barthius in adverſ. 16, 3. v. Longin. c. 30. Quintil. 10, 1. 244 Ariſtarchi quoque vox erat, *Non poſſum ſcribere quæ volo, & nolo ſcribere quæ poſſum.* 245 Hic jure dicas, *Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt Qui minimis urgetur*, Sup. & Mart. *Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura: Quæ legis hic, aliter non fit, Avite, liber.* Sed ignoſcendum ait vitiis levis negligentiæ infirmitatiſve. 246 *Quid ergo* reprehendendum? Nam multa & ſæpe ſic excuſari poſſint. 247 Ut deſcriptor libri, ſi idem admittat *uſque* ſeu ſæpe erratum, licet monitus, excuſari nequit; & citharista ridetur, qui ad eandem ſemper chordam offendit. V. n. 15. 248 Qui labori parcit, officioque deeſt, intra veniam non erit. Nam *Bis perperam facere idem, non viri eſt ſapientis.* 249 Ejuſdem cum Chœrilo, malo ſc. poëta commatis pretiique, mihi habetur. 250 Duos treſve bonos verſus

Indignor quandoque bonus dormitat Homerus [251].
Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum [252].
Ut pictura, poëſis erit: quæ, ſi propius ſtes,
Te capiet magis, & quædam, ſi longius obſtes.
Hæc amat obſcurum, volet hæc ſub luce videri,
Judicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit [253].
O major juvenum, quamvis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium, & tolerabile rebus
Recte concedi. conſultus juris, & actor
Causarum mediocris, abeſt virtute diſerti
Meſſalæ, nec ſcit quantum Caſſelius Aulus:
Sed tamen in pretio eſt. MEDIOCRIBUS eſſe poëtis
Non homines, non dii, non conceſſere columnæ [254].

aut periodos habere, uti non ſatis eſt ad bonum carmen, ita & Horatius ea miratur, ſed cum riſu. Ut curioſa hic felicitas apparet! 251 Homeri peracuta laus, *Indignatur, quandoque* id eſt quandocunque *Homerus dormitat*. Alludere videtur ad id quod Ariſt. notat in Homero, quod contra decorum ſcripſerit Ulyſſem prudentiſſimum ubique & vigilantiſſimum heroem, ſomno oppreſſum e navi ſublatum a Phæacibus & in littore Ithacenſi expoſitum. Tunc certe Homerus plus quam ipſe Ulyſſes dormitaſſe videatur. Peralti in Homerum cenſura multis nominibus cum acerba eſt, tum quod longa ejus ſyrmata adeo vellicet, quod nemo adhuc fecit, Philemone teſte, quem V. Cl. Dacier huc affert. 252 De errore, ſi quis in eo eſt, dicas, *Nec eſt putandus unus in tot millibus*. 253 Simonid. *picturam eſſe poëſin tacentem, poëſin vero picturam loquentem* ajebat. Auct. rhet. ad Her. 3, Ut *aſpectus minus valet, ſive nimis procul amoveris, ſive vehementer prope admoveris id, quod oportet videri*, ita & judicium de magna Homerica & Virgilianæ poëſeos parte. Multa ibi eminus, & eam in partem quare facta ſunt, ſpectari debent, ut ad alia præſtantiora, quæ inibi latent, propius contemplanda deducaris. Vitruv. l. 6 c. 7 *pictorum officinas ad ſeptentrionem ſemper ſpectare* jubet; nam ut l. 1 c. 2 ait, *ea regio neque exclaratur, neque obſcuratur ſolis curſu, ſed eſt certa & immutabilis die perpetuo*. 254 Præc. 27 hic cerni poſſit, Si negatum ſit in poeſi excellere, nomen poetæ ne ſumas: nam utut in multis rebus ſi non ad primas, tamen ad ſecundas tertiaſque cum laude venimus; neque omnes Corvini Meſſalæ, aut Caſſelii Auli, jurisconſulti clariſſimi, eſſe poſſunt; ita non perinde

Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſum unguentum, & Sardo cum melle papaver
Offendunt, poterat duci quia cœna ſine iſtis:
Sic animis natum, inventumque poëma juvandis,
Si paulum ſummo diſceſſit, vergit ad imum [255].
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis,
Indoctuſque pilæ, diſcive, trochive quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ [256].
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere [257]. *quid ni?*
Liber, & ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni [258].
Tu nihil invita dices, facieſque Minerva [259]:
Id tibi judicium eſt, ea mens. ſi quid tamen olim
Scripſeris [260], *in Metii* [261] *deſcendat judicis aures,*
Et patris, & noſtras, nonumque prematur in annum.
Membranis intus poſitis, delere licebit,

390 *Quod*

mediocris poeta quis eſſe poſſit; non ſinunt hoc homines, non dii, poëſios præſides, Apollo, Bacchus & Muſæ, non denique columnæ, ad quas librarii libellos venum exponebant. Sup. l. 2 epiſt. iv. 71. Sed v. l. 4 od. 9. 255 Uti Muſica, unguenta, ceteraque ad oblectationem ſolam adhibita, maxime offendunt, ſi vitioſa ſint, aut amara, uti eſt papaver cum Sardo melle, quia cœna ſine iis poterat hilariter & ſuaviter duci ſeu extendi: ita & poëſis, niſi ſit grata, offendit; nam ex ea ſolum voluptatem exſpectabamus. 256 Exemplo ſe & Virgilium quoque præbet Sat. 5 l. 1 v. 48 dum ludere neſciunt, neque valent, *Luſum it Mæcenas, dormitum ego Virgiliuſque: Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.* v. l. 1 od. 8. 257 *Scribimus indocti doctique poëmata paſſim.* L. 2 ep. 1. 258 At ſi vel rex ſit qui poëſi inepta ſe oſtentet, dici ipſi poteſt, quod Stratonicus citharœdus regi Ptolomæo reſpondit, pertinacius ſecum de arte canendi diſputanti, ἕτερον ἴσιν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον, *Aliares ſceptrum, alia plectrum.* 259 Piſonem filium compellat. V. p. 438, 11. 260 Uti tragœdias poſt ſcripſiſſe refert vet. comment. hic. 261 Sp. Metii Tarpæ, judicis poëmatum. Onuph. Panv. refert inſcript. unde conſtat quod L. Valerius Pudens, natus XIII annos, ſub Domitiano adhuc CORONATUS EST INTER POETAS LATINOS, OMNIBUS SENTENTIIS JUDICUM. Sup. 373, 31, & argum. hic.

390 *Quod non ediderís* [262] : NESCIT *vox missa reverti.*
Sylvestres homines sacer, interpresque deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus :
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque leones [263].
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet [264]. fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri [265], leges incidere ligno [266].
400 Sic honor, & nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. *Post hos insignis Homerus* [67],

262 Ita Helvius Cinna poëma suum de Smyrna edidit, quod Catul. refert, ep. 96, & Virg. quoque laudat, *Smyrna mei Cinnae nonam post denique messem Scripta fuit, nonamque edita post hyemem.* Et Zeuxis ajebat, *Ego diu pingo, quia pingo æternitati.* Sed audi & Quintil. 10, 4. *Emendatio finem habet* &c. *Sit igitur aliquando quod placeat, aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, non exterat, temporis quoque debet esse modus.* Supra, *Sedit qui timuit ne non succederet.* Ut illaudata sit edendi celeritas docet H. Jun. animadv. l. 3 c. 16, & nimia mora quot suppresserit egregia scriptorum monumenta, dici non potest. V. Lepidum epigr. Mart. 4 l. 1. 263 Addit nunc quæ vim & præstantiam poëseos declarant, ut Pisoni animos viresque addat spe præmiorum. 264 Musæ miracula congessit Bochart, ubi tractat historiam de Saulis furore per Davidicam lyram fugato 1 Hieroz. ad 1 Sam. 16 v. 13. 265 Apparet vett. leges versibus conscripsisse e primis Solonis legum versibus, quos v. Cl. Dacier refert, Πρῶτα μὲν εὐχῶμεσθα Διὶ Κρονίδῃ Βασιλῆι Θεσμοῖς τοῖς δὲ τύχην ἀγαθὴν καὶ κύδος ὀπάσσαι, *Primum precemur Jovem, ut felicitatem & gloriam legibus tribuat.* 266 Prisci ergo illi poëtæ utiles maxime & grati fuerunt. Hi ingenium, mores & eloquentiam docuerunt. Hi omnes vitæ humanæ actus ad numeros poëticos revocarunt. Urbes condere, mœnia moliri, conciones advocare & dimittere, deorum & virorum fortium laudes celebrare, classes & exercitus regere, pacis bellique munera obire, omnia Musarum temperabantur concentu, adeoque ipsæ quoque plagæ ad numeros harmonicos sonitibus ingerebantur : lyra est quæ veterem rexerit Græciam, pluresque in ea formarit resp. quam nunc toto reperiantur terrarum orbe. Hæc est quæ docuerit populos absque summo magistratu aut principe vivere, mutuam observare concordiam, tyrannos expellere, leges facere & custodire. V. Is. Voss. de cantu vet. 267 Post primam poëseos ætatem, venit altera, qua Homerus aliique, quo animos

Tyrtæuſque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit [268]. *dictæ per carmina ſortes* [269],
Et vitæ [270] *monſtrata via eſt, & gratia Regum*
Pieriis tentata modis [271], *ludumque repertus,*
Et longorum operum finis [272]; *ne forte pudori*
Sit tibi [273] *Muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo.*
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quid proſit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & conjurat amice [274].
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit:
Abſtinuit Venere, & vino [275], qui Pythia cantat
Tibi-

civibus ſuis darent, recte facta ducum & ſummorum virorum celebrarunt. v. Ariſtoph. de ran. act. 4 ſc. 2. 268 Athenienſis fuit, ludi magiſter ignobilis, luſcus, claudus, ſed ex Apollinis oraculo dux Laconum contra Meſſenios, carmine de vera virtute & gloria animos multis cladibus fractos ſic erexit, ut inſignem referrent victoriam. V. Juſtin. l. 3. 269 *Sortes*, ſeu oracula ſecunda hac poëtarum ætate verſibus edebantur, aliter antiquiora ſunt. Adde v. 219. Sortiendi rationes v. in anim. H. Jun. l. 2 c. 5. 270 Naturæ, phyſicæ: nam morum formationem ad primam poëſeos ætatem retulit, ut V. Cl. Dacier notat. Sed quidni morum expolitio & elegantia ad ſecundam ætatem referatur? 271 Poëtæ regibus grati, eorumque virtutis præcones ambitioſi facti ſunt. Ovid. *Cura ducum fuerant olim regumque poëtæ.* 272 Repertæ tragœdiæ & comœdiæ. Præpoſitiones RE & PRO, ut & adverbia in E & O ancipitia eſſe, ex Giphanii ind. Lucret. & Scal. in Prop. clamat Sciop. ad τὸ *Reperit* in lut. Priap. 11. 273 *Tibi*, Piſoni ſcil. n. 262. 274 Nunc cauſam effic. poëſeos tractat, & litem hanc decidit perinde ut Cic. pro Arch. *Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina naturæ ipſius habitu prope divino extitiſſe fateor: etiam illud adjungo, ſæpius adlaudem atque virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolere exiſtere.* Et 2 Tuſc. *Ut ager quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrina animus. Ita eſt utraque res ſine altera debilis.* V. Quintil. 2, 19. 275 Laborem commendat, exemplo σταδιοδρόμων, *curſoris in ſtadio*, qui ut ἀγωνι-

Tibicen, didicit prius, extimuitque magiſtrum [276].
Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.
Occupet extremum ſcabies. mihi turpe relinqui eſt,
Et, quod non didici, ſane neſcire fateri [277].
Ut præco ad merces turbam qui cogit emendas,
Aſſentatores jubet ad lucrum ire poëta
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis [278].
Si verò eſt, unctum qui recte ponere poſſit,
Et ſpondere levi pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor, ſi ſciet inter-
Noſcere mendacem, verumque beatus amicum [279].
Tu [280], ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui,
Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ [281], clamabit enim, pulcre, bene, recte [282]:

ζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, qui ab omnibus ſe abſtinet, ſeu *exquiſitiſſima utitur diæta*, 1 Cor. 9, 25. Hinc Homerus ἰσχεῖται γενέσθαι τυφλὸς, *ὃς μὴ ἥττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἢ διὰ ὀφθαλμῶν ἔρχεται*, narratur *cæcum fuiſſe, quod cupiditati & libidini, quæ per oculos irrepit, non ceſſerit victus.* Heſych. Mil. in lib. de iis qui erud. fama clar. *Carcer*, locus unde curſus initium, *meta*, eſt finis. 276 *Pythia*, ludi in honorem Apollinis ob Pythonem ſerpentem ab eo ſagitta interfectum. Tibicinem in iis adhibitum πυθαύλην vocant. 277 Sed quid ad hæc poëtaſtri? An bona fide ſe exerceant? Minime. Hi ſibi placent plauduntque, nec aliorum de ſe exſpectant judicium: mira ipſi poëmata pangunt, licet exemplaria Græca Latinaque nec diurna nec nocturna manu verſaverint. Hoc enim ſi agerent alii interim tragœdias, ſatyros, & comœdias funderent, illiſque poſt relictis, ut pueri in curſu, imprecarentur ſcabiem, ſi ultimi ad calcem pervenerint. Quin turpe ſit viros factos fateri, quæ adoleſcentes non didicere. v. 85 l. 2 epiſt. 1. 278 Præc. 28 de ſincero aliorum judicio adhibendo. Sed poëtaſtri, potius quam hos adeant, quærunt quiſnam plurimum carmina ſua laudet, perinde ut præco licitatores maximos. Et unde illa aſſentatio? A ſpe beneficiorum, ſi ſtrenue ſatis laudaverint. Epiſt. 19 v. 37. 279 Raro dives, qui laute tractat amicos, & pro iis cavet, tam felix ſit, ut veros a falſis amicis dignoſcat. Lepide Diog. Κρῖττόν ἐστι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόλακας, *præſtat in corvos quam in adulatores incidere.* Corvi enim devorant cadavera, adulatores vivos etiam comedunt. 280 *Tu* Piſo. 281 *Male verum examinat omnis Corruptus judex*. l. 2 Sat. 2. 282 Σοφῶς. Lepidum epigr. Mart. *Quod tam grande Sophos clamat tibi turba togata, Non tu, Pomponi, cœna diſerta tua eſt*, Epiſt. 19.

Palleſcet [283] ſuper his: etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem: ſaliet: tundet pede terram.
Ut, qui conducti plorant in funere [284], dicunt,
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor vero plus laudatore movetur [285].
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus [286]. ſi carmina condes,
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes [287].
Quintilio [288] *ſi quid recitares, corrige, ſodes,*
Hoc, ajebat, & hoc. melius te poſſe negares,
Bis terque expertum fruſtra: delere jubebat,
Et male tornatos incudi reddere verſus [289].
Si defendere delictum, quam vertere, malles:
Nullum ultra verbum, aut operam ſumebat inanem,
Quin ſine rivali teque, & tua ſolus amares [290].
Vir bonus, & prudens verſus reprehendet inertes:
Culpabit duros: incomtis allinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit [291]:

Fiet

283 Cum ſtupore audiet carmina. 284 Adulatores, ſicut præfiex ad funus conductæ, *Ut flerent oculos erudiere ſuos.* 285 Veritatis ſimplex eſt oratio. Aſſentator nullas non laudes accumulat, & *Omnibus arridet dum ſcommata mittit in omnes.* 286 Suadet ut leni tormento, vino ſcil. extorqueat verum judicium, quod reges faciunt. *Cululli*, heroüm pocula. v. p. 278, 29. 287 Alludit ad fab. de vulpe & corvo. 288 Quintil. Varius, excellens poëta, cujus mortem flet od. 18 l. 1. 289 Ita Propert. *Incipe jam anguſto verſus componere torno, Inque tuos ignes, dure poëta, veni.* V. ad Sat. 10 v. 72. 290 Cic. ad Att. l. 14 ep. 23 *Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quenquam meliorem quam ſe arbitraretur.* Quiſque *fidit manare poëtica mella Se ſolum, ſibi pulcher.* Epiſt. 19. Præclare præcipit Plin. l. 7 epiſt. 17 *cogito quam ſit magnum, dare aliquid in manus hominum: nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis & ſæpe tractandum, quod placere & ſemper & omnibus cupias.* V. p. 513 n. 2 quæ Liv. ex Heſ. ait. 291 Emendatoris officia enumerat, in adjiciendo, recidendo, mutando.

Fiet Ariſtarchus [292] nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis [293]? hę nugę ſeria ducent
In mala, deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre [294].
Ut, mala quem ſcabies, aut morbus regius urget,
Aut phanaticus error, & iracunda Diana,
Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntque poëtam,
Qui ſapiunt: agitant pueri [295], incautique ſequuntur [296].

Hic, dum ſublimis [297] *verſus ructatur* [298], *& errat* [299],
Si velut i merulis intentus decidit auceps [300]
In puteum, foveamve [301]: *licet, ſuccurrite, longum*

460 Cla-

Verſus inertes ſeu ſine arte, & *duros* ſententia aut verbis, culpabit: *incomtos* obelo ſeu litura inducet: *ambitioſos* luxuriantesque recidet ac aſtringet: *obſcuros* illuſtrare jubebit: *ambiguos arguet*: *mutandos notabit*. Sed quod de Ov. cum moneretur ut recideret notos verſus, *Semibovemque virum, ſemivirumque bovem*. Et *Egelidum Boream egelidumque bovem*, narrat Sen. *Propria vitia non ignoravit, ſed amavit*, id commune vitium eſt. Ad hæc emendator vir bonus & prudens eſſe debet. Invidi, ſuperbi, & inimici malos faſcinatoſque oculos habent, aut pro judicio faſtidium aut temeritatem adferunt. Ita Salmaſius ſcripta Balzaci *nugas canoras* dicit, quæ Menag. laudibus in cælum tollet. Balzacus vero de Salmaſio dicet, *Non homini ſed ſcientiæ dicſt quod neſcivit Salmaſius*. Et hic non imi ſubſellii viris ſæpe vapulat. Quid dico? Nota ſunt Scaligeri quoque de ipſo Horatio paſſim judicia. Ingenua Menagii confeſſio eſt, ex quo Bouhourſius mihi reconciliatus eſt, vitia in ſcriptis ejus non invenio. 292 Severus & caſtigati judicii fuit, adeo ut Homeri verſus non putaretur, niſi quem ipſe probaſſet. 293 Parum honeſta oratio. Sed adulator nolit ut amico ſit demtus *mentis gratiſſimus error*. 294 *Nugas* vocat adulator quos errores videt in carminibus. At ubi hæc ſemel deriſa ſimiſtreque excepta ſint, primum a falſo illo laudatore, tum a populo, ſeria ſequuntur nugas iſtas mala. 295 Poëtam correctionis impatientem falſumque ſapientes averſantur, pueri ſubſannant, ut leproſum, icterícum, phanaticum, lunaticum. Ipſe Mart. ad lib. ſuum *Neſcis, heu, neſcis dominæ faſtidia Romæ, Crede mihi, nimium Martia turba ſapit. Majores nuſquam ronchi: juvenesque ſenesque. Et pueri naſum Rhinocerotis habent. Audieris cum grande ſophos, dum baſia captas, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.* 296 *Incauti* qui ſtultum ſequuntur, cum ex ſtulto inſanum faciant. Certe exemplum iſtiuſmodi hominis mox ſubjungit: 297 Μετέωρος, *qui nubes & inania captat*. 298 Non bene cocta coque putida carmina ructari dicuntur. 299 Devius factus, uti μετεωριζόντες ſolent. 300 Alludit ad fabulam, quæ tamen paulo aliter, ut fit, in Æſopo eſt, de aucupe, qui turdum ex alta arbore prehenſurus in viperam incidit. 301 Ita

Clamet, io, 302 *cives; non ſit, qui tollere curet* 303.
Si quis curet opem ferre, & demittere funem,
Qui ſcis, an prudens huc ſe dejecerit, atque
Servari nolit? dicam, Siculique poëtæ
Narrabo interitum 304*: Deus immortalis haberi*
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus 305 *Ætnam*
Inſiluit. ſit jus, liceatque perire poëtis.
Invitum qui ſervat, idem facit occidenti 306.
Nec ſemel hoc fecit. nec, ſi retractus erit, jam
Fiet homo 307*, & ponet famoſæ mortis amorem.*
Nec ſatis apparet, cur verſus factitet 308*: utrum*
Minxerit in patrios cineres 309*, an triſte bidental*
Moverit 310 *inceſtus: certe furit, ac velut urſus,*
Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros 311*,*
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.
Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo 312*,*
Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.

& Thales Mileſius ſidera ſpectans in puteum decidit. 302 *Io* non geſtientis ſolum lætitia, ſed & mærentis eſt. 303 Idem erroni ſeu plano accidit ep. 17 in f. 304 Exemplum affert horrendum magis, (licet fabulam quis facile crediderit) ut nemo adeo miretur tantam poetis ſæpe ineſſe vecordiam; & quidem de Empedocle, cum in Ætnam inſiliit. Hunc ſic laudat, *Ut vix humana videatur ſtirpe creatus.* 305 *Frigidus ardentem.* Poetæ, & maxime Hor. contrarias voces arctiſſime componunt. 306 Poeta invitus ſanatus idem jure dicat, quod ille qui *credebat miros audire tragœdos*, & curatus morbo, exclamabat, *Pol me occidiſtis, amici, Non ſervaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas, Et demtus per vim mentis gratiſſimus error.* L. 2 ep. 2 v. 128. 307 Immortalis diviſque permiſtus ſibi ſemper videbitur. 308 Nec patet quo acerbo fato agatur, quodnam admiſerit ſcelus, ut verſus faciat, mortiſque cauſam ſic famoſam arceſſat. V. tamen l. 2 epiſt. 1 v. 188 &c. 109 An ſepulchrum patris violarit: quod religioſum cum ſit, omnino ſacer eſt qui in eo minxerit. 310 *Bidental*, locus in quem fulmen decidit, bidentibus ovibus cæſis, araque exſtructa, ſic ſacer fiebat, & conſeptus, ut ſummum nefas eſſet eum ingredi, calcare, ejuſve quiſquam movere. Quin & homo fulmine percuſſus *bidental* vocatur a Perſio, ibique ut jacebat ſepeliebatur. *Bidentalis* formam dat Salmaſ. in Sol. *Inceſtus* pro impio. *ſæpe Dieſpiter Neglectus inceſto addidit integrum.* 311 *Clathri*, ſepimenta, vel cancelli cavearum quibus feræ continentur. Belg. etiam *Tralien*. 312 Recitationum moleſtias Romæ v. p. 321, 66 & 529, 35.

FINIS.

Q. HOR. FLACCI LECTIONIS SEU SCRIPTURÆ varietas collecta ex optimis codd. & a viris doctis excogitata, præter ea quæ ex adversariis Barthii (qui optimas Europæ bibliothecas sæpe consuluisse dicit de Horatii veris lect.) & Tan. Fabri epistolis, & Dacierii, Viri doctissimi, observationibus, variisque insuper auctoribus, quos Gruterus in facem crit. compegit, & passim in notis meis conjecta videbis.

L. 1 od. 15 v. 2 *Helenam.*
20 *ferus.* Sed per errorem Rodelli.
21 *cultus*
16 12 Heins. l. *tuens.* Sed typothetæ error.
17 8 *colubras*,
19 2 *Semelæ*
22 2 *Mauri*, it. *neque*
11 *expeditis*,
23 5 *vitis*
6 *ad ventum*
25 2 *jactibus*
26 5 *Mithridatem*
10 *Possunt*
27 5 *acinacis*
28 15 *nox*,
19 *densentur*
31 *forsit*
32 *superbe*
29 16 *temnis.*

L. 2 od. 4 v. 18 *delectam*:
6 10 *Galesum*
19 *Fertilis*
9 22 *vertices*:
10 23 *contine* Canter. 4, 2.
12 12 *minacium.*
13 *dulces*
14 *lucide*
13 23 *descriptas*
38 *laborem.* Turn. 10, 21.
40 *timidas*

L. 2 od. 18 v. 7 *Laconias*
8 *clientes*
19 15 *non levi*
20 11 *superne*
20 *dicet*

L. 3 od. 1 v. 17 *destrictus*
43 *delinit*
2 5 *divo*
17 *In*
18 *minatis*
3 12 *bibet*
54 *tanget*
65 *Exscissus*
67 *hoc joc. conveniet.*
4 38 *reddidit*
47 *turbas*
5 10 *& nominis*
15 *trahentis*
21 *direpta*
6 9 *Monesis*
11 *Nostris*, Turneb.
22 *frangitur*
27 *improvisa*
28 *Oscula*
36 *durum*:
7 4 *constantis j. fidei*
22 *spernit*
8 5 *sermonis*
9 2 *candida*
5 *alia*
10 6 *fatum*
11 42 *Scalpe*
13 1 *Bandusiæ*
14 6 *sacris*
15 16 *vetula*

L. od. 3

L. 3 od. 16 v. 13 *exitio*
14 *Macedon*
18 *perhorruit* V. H. Steph.
17 4 *faſtus*
18 7 *crateris*
11 *otioſa*
12 *pardus*. Sigon. 2 emend.
19 2 *non timidus pro pat. m.*
23 2 *Phyllide*
12 *ſecurim*
13 *tinguet*, ut ſæpe
25 2 pro *&* l. *aut*
6 *conſilio*
9 *Exſomnis*
27 22 *Hædi*
48 *monſtri*
59 *Secutæ*
60 *lidere*
29 17 *Andromedæ*
22 *horrida*
23 *ſilvarum caret qua*
47 *diffringet*
30 12 *Regnavit*. more Græco

L. 4 od. 1 v. 11 *Comiſſabere*
19 *Cypria*
21 *lyraque & Berecynthia*
22 *tibia*
36 *ego te*
2 3 *pinnis*
6 *Cum . . ſaliere*
7 *Fervit*
21 *raptum*
23 *educit*
34 *Sigambros*
37 *in annum*
56 *orbem*,
3 10 *præſtiunt*
4 6 *protulit*
18 *&* deletur.
34 *roborat*
36 *indecorant*
42 *ut* pro *it*
73 *perficient*, *perficiunt*,
76 *bella*.
5 12 *diſtinet*

L. 4 od. 5 v. 13 *omnibuſque*
34 *defuſo*
6 11 *in* deletur al.
7 12 *recurret*
17 *vitæ* pro *ſummæ*.
8 1 *commodis*
12 *numeris*
9 4 *loquar*
39 *ſilebo*
11 11 Rodel. *l. vorantes*. male
13 17 *calor*
14 10 *Gelonos*
11 *Brencos*
26 *perfluit*
28 *minitatur*
32 *humum*
46 *rapidus*
15 7 *derepta*
9 *Fanum Quir. Fanumque*
11 *dimovit*, *amovit*
15 *ortus*
23 *infidique*

L. 5 od. 1 v. 26 *mea*
28 *paſcuis*
2 3 *bubus*
6 *Neque*
12, 13 Al. poſt ponunt verſ. *Aut in reducta & Proſpect.* &c. Sed Barthius ſic male tranſponi vidit, & Dacier mutavit, & ego.
18 *agris*
37 *malorum*
39 *quid ſi . . . juvans*
43 *Sacrum & vet. . . . exſtruit ult. redegit*
3 16 *Apulliæ*
21 *Savio*
5 1 *quicquid . . . regit*
18 *cupreſſus*
21 *& Colchos*
37 *Exſucta*, *exſerta*, *exucta*
47 *irreſectum*

L. 5 od.

L. 5 od. 5 v. 55 *Formidoloſæ*
60 *laborarint*
63 *ſuperba*
73 *cantionibus*
7 12 *diſpar genus*
16 *percuſſæ*
9 17 *At*
19 *in partu*
20 *fitæ.*
10 19 *ſinus*
22 *juverit*
11 1 *Pecti*
2 *percuſſum*
11 *Contrane*
12 9 *necilli*
13 *agitas*
25 *felix.* Canter. 5, 20.
14 8 *adducere.*
16 14 *videri*
19 *patrios*
32 *miluos.* V. Indicem.
33 *fulvos*
36 *omnes*
39 *pellite*
42 *circumvagus arva beata*
44 *quot annis*
49 *crepitante Nympha*
63 *terret*
17 5 *defixæ*
18 *Relatus*
26 *Laxare*
33 *Virens, furens, vibrans*
37 *Ecfare*
resp. 13 *inſidi*
20 *nectes*
29 *agentis*
Carm. ſec. 27 *ſervet*
49 *quæque vos, quique vos*
47 *bonos*

L. 1 S. 1 v. 14 *mover*
19 *nolunt.*
38 *patiens. Patiſe* eleganter pro contentum eſſe.
39 *Dimovcat*
46 *hoc*
57 *cornu* pro *juſto,*

L. 1 S. 1 v. 59 Interp. *Tantali.* ſed mendum eſt.
64 *Quatinus*
73 *quid*
79 *optarem*
84 *Non u. te vult ſalv.*
92 *quoque*
94 *ne fac.*
95 *Umidius, Fuſidius.* ut Sat. ſeq. v. 12
111 *meliori*
Sat. 2 12 *Fuſidius*
15 *exigit*
16 *proditior. prodit, perdit.* Feſtus.
18 *At ipſe*
45 *quidam*
46 *ferro:*
51 *Munifico*
54 *amet*
63 *an matrona,*
68 *videnti*
74 *Si tu*
80 *N. magis hinc*
81 *tuo*
96 *circumdata*
106 *Sectetur, poſ. ſit*
107 *Captat*
109 *hiſcine*
Sat. 3 8 *reſonans*
10 *Si* pro *qui*
22 *Ign. te? an us. An* hic exciderat.
56, 57 ..... *probus quis Nobiſcum vivit? multum demiſſus homo.* ubi *eſt* deeſt. Al. *homo ille.*
58 *pingui*
63 *quis eſt*
65 *impellam, appellet,*
119 *inſectere*
128 *qui*
133 *ſolus ſic rex.* Vel, *eſt rex.*
Sat. 4 15 *Accipiam*
18 *loquentem*
25 *elige*
49 *inſanus*
50 *recuſat*
51 *ambulat*

Sat. 4
58 *modusque*
66 *rancus*. Erasm.
93 *Si quæ*
95 *Te coram*
96 *Me Capit.*
101 *a fore*
105 *Insevit. . . . . nî*,
124 *factum*

Sat. 5
3 *linguæ* pro *longe*.
17 *. . . . viator Certatim, tandem sessus dormire viator*. Totus hic versus exciderat, qui in omnibus codd. est.
25 *repimus*,
36 *catillum, vatillum*.
53 *Contulerint*
57 *At*
68 *nunquam*
72 *Pene arsit macros*
91 *dulcior*
97 *Nymphis*

Sat. 6
29 *hic*, *aut*
39 *Camo?*
42 *plostra*
96 *onustos*
97 *nollem*
102 *peregreve*
111 *Multis*
113 *vespertinusque*
130 *victurus*

Sat. 7
7 *tumidus*
15 *verset*
17 *discedat*
21 *Concurrunt*

Sat. 8
2 *intortus* l. Bouillerius cum lect. suis intortus, & mendosus.
32 *ut quæ*

Sat. 9
3 *Accurrit*
28 *composui felices*.
34 *simulatque*
50 *Nil mî . . inquam*
64 *pressare*
76 *inclamat*

Sat. 10
21 *quidne*, *quine*
27 *Latine*,
34 *ne ligna feras: insanius at*. &c. Nann.
37 *Desingit*
44 *ducit*
45 *annuerant*, *annuerunt*. & pro *gaud. rure*, *Capuo de rure*, ut ad Nolam studiorum Virgilii domicilium allusum videatur. Nann. 4.
59 *At sit*
68 *delapsus*
78 *cruciet*,
91 *Discipularum*

L. 2 S. 1 v. 10 *At*, *si*
15 *describat*, *describit*
31 *cesserat unquam*
37 *qua*
69 *tributum*
79 *huic*, *hic diffingere*, *defingere*
82 *condideris*
84 *laudatus*
85 *laceraveris*

Sat. 2
1 *bonis*
3 *abnormi*
6 *Acclivis*
11 *Militia Græc. aff.*
28 *cocto num*. Lit. M apud vett. non eliditur.
Ibid. *color* pro *honor*
38 *raro stom.*
48 *æquora alebant?*
58 *diffundere*
64 *angit*
65 *offendat sordidus*
68 *Dedit*. Sed ita Bouiller.
83 *advexerit*
95 *Occupet*
99 *Æs . . . Trasius*, *Trausius*, *Transius*, *Trallius*
107 *uter nam*
108 *At mihi seu*
128 *ut hic*
132 *postremo*

Sat. 3
1 *Si*
39 *angit*
43 *quæcunque*
48 *Insani*
69 *a Nerio*

Sat. 3 70 *Nodo ſi tabulas. centum, mille* &c.
74 *contra bene, ſani.*
87 *ſeu recte*
88 *voluiſſe. juſſiſſe*
93 *periſſet*
97 ſapienſne etiam. Al. deeſt *&*
119 *Blaptarum*
129 *tuos*
132 *incolomi*, ut ſæpe.
Ibid. *quidni*
133 *occidis*
151 *hoc*
155 *Tu*
157 *pereamque*
163 *tentantur*
169 *didiſſe.* Rodell. *dediſſe.* male.
170 *hoc mor.*
180 Rodell. *ambos.* Sed hac manu non opus.
Ibid. *uter ædilis fuerit vel Veſtrum*
188 *quære.* Cant. 4, 12
191 *reducere.* V. Indic. in *Re:*
194 *Puteſcit*
208 *veri*,
216 *Ruffam aut Ruffillam Rufam aut Rufillam Puſam aut Puſillam Pupam aut Pupillam*
235 *vellis*
240 *abſorberet*
246 *abeant... notandi*
250 *Sic*
251 *differt*
260 *agit*
270 *Reddere certa ſibi:* quod potius ait H. Steph.
284 *quid tam*
300 *Stoice poſt damnum ſi*
303 *abſciſum*
317 *num tantum, ſuſflans ſe, magna fuiſſet.*

Sat. 4 10 *Simul &*
15 *Cole*
28 *& dulces*
35 *quiſquam*
36 *Non prius*
37 *avertere*
71 *Venuncula*
73 *invenior*
77 *urguere*
83 *Parios.* Eraſm.

Sat. 5 11 *primum.* Sed ita Bouiller. mendoſus.
18 *utne*
22 *eruam*, male.
38 *Sis, Si, Fi*
81 *uncto*
90 *garrulus: ultro Ne*
93 *increbuit. increpuit.*
105 *Permiſſum*

Sat. 6 24 *urges:*
36 *novatæ.* male.
44 pro *eſt* al. *an*
54 *deriſor ad ovanes.* male.
69 *cupit*
72 *Nepos*
90 *qua* pro *quid*
92 *Vis*
116 *valeat*

Sat. 7 3 *quoad*, per craſin.
12 *doctior*, Turneb.
13 *Vertunnis*
18 *acrior*
34 Murmel. in Prud. vult *blactras*
38 *ſim quidvis*
41 *ipſo*
59 *dimiſit*
63 Nann. l. 4 *ſupine*
82 *Sibi qui*
105 *quid? tune impunitior illa Qua parvo* &c.
106 *neque cum obſon.*
108 *Illiſique.* Cant.

Sat. 8 2 *here*
24 *ſemel obſorbere.* Ita Virg. humum ſemel ore momordit i. e. omnino.
30 *parrexerat*
40 *imus*

Sat. 8 v. 48 *coctæ*
51 *inulis ego pr. amaris*
53 *quam ... remittat*
71 *ruent*
83 *Barathrone*
90 *edit*

L. 1 Ep. 1 v. 16 *verſor*
19 *ſubjungere*
28 *oculos*
32 *quadam*
33 *miſeraque cup.*
58 *mores, eſt*
72 *Nec ſequar*
78 *Cruſtis &*
82 *Idem poſſuntne*
94 *curatus.* Bouiller.
epiſt. 2 10 *ſolus regnet*
34 *ſi nolis ſanus, cures* Nann. 4
38 *ſi quod*
46 *cui contingit nil*
48 *deducit*
57 *rebus macreſcit*
epiſt. 3 21 *Sit tibi p.*
30 *ſit tibi curæ*
31 *quam te .. Numatius*
epiſt. 4 9 *Cum ſap. ... ſentiat atque*
epiſt. 5 1 *Archiacis.* Turn. 1, 22
epiſt. 6 10 *eſt utrobique*
30 *hoc una*
43 *quod habebo*
epiſt. 7 22 *eſſe paratum*
25 *noles unquam*
42 *fertilis*
51 *reſecantem*
55 *Voltejum*
56 *natum*
60 *quæcunque*
69 *proviſiſſet* vel *prædiſſet*
75 *& jam cert.*
76 *Rure ſuburbano.*
93 *ponere*
96 *qui ſemel*
epiſt. 8 14 *utque coborti*
epiſt. 9 2 *Nam me*
epiſt. 10 4 *Si quid*

epiſt. 10 v. 9 *fertis* vel *effertis*
18 *depellat*
22 *Parias*
24 *expelles*
37 *violens victor*
41 *neſciat* vel *neſciit*
epiſt. 11 17 *incolomi*
23 *neu*
epiſt. 12 20 *Stertinium*
21 *cæpe*
29 *defudit*
epiſt. 13 7 *perferre*
14 *ut*
19 *frugas*
epiſt. 14 21 *putas*
18 *Dejunctum ... im-*
epiſt. 15 5 *murteta*
16 *Dulcis*
17 *ſufferre*
30 *certus*
34, 35 *omaſi Vilis & agninæ*
37 *corrector*
38 *nanctus*
epiſt. 16 1 *Percunctevis*
3 *An pratis*
8 *benigni*
9 *ſi quercus*
16 *Incolomem*
30 *cupias*
40 *mend. & medicandum?*
56 *Eſt damnum levius mihi, non facinus tamen; eſto.*
61 *juſto ſanctoque videri*
63 *Quî ... quî*
76 *vivet*
epiſt. 17 21 *vilia rerum*
56 *raptam*
epiſt. 18 15 *vix.tor, vixatus*
20 *Brunduſium*
28 *Mihi*
53 *tractet*
56 *refugit*
57 *Nunc &, ſi &c.*
90 *luce*
93 *tepores*
98 *Num. Non*
110 *ne flaitem*
111 *hæc*

epiſt. 19

epist. 19. 32 *Latinus.*
epist. 20. 1 *Vertunnum*, ut sæpe
15 *protrusit asel.*
23 *bello*
L. 2. ep. 1. v. 35 *chartis pret. quot.*
115 *captos nom. rectis*
122 *puerove incogitat*
129 *correptor*
131 *noctis*
143 *porca*
144 *immemores*
155 *reducti*
168 *acceßit*
175 *dimittere*
184 *decertare*
204 *obsitus*
240 *cuderet*
268 *operta*
epist. 2. 32 *opimis*
46 *removere*
50 *pinnis*
65 *Romæ mene p.*
71 *Plures*
80 *aut*
89 *huic ut Mut. ille*
95 *vacat*
100 *adposcere*
158 *mercat. mercatus*
171 *refigit*
177 *quid vites.* v. indic.
193 *Hilarusque*
205 *quid ceteræ? num simul ista*
211 *melior sis*
De Arte p. 45 *auctor*
49 *rerum, &*
54 *dedit*
72 *arb. est, & jus*
135 *referre.* v. Indic. in *Re*
149 *natas*
190 *spectata*
197 *vacare tim.*
202 *juncta*
214 *motumque*
237 *& audax*
249 *fracti cic.*
259 *Mobilibus*
265 *ut omnes*
266 *& extra*
270 *At vestri*
294 *præfectum. præfectum*
319 *spec. locis*
328 *eu*, i.e. bene Al. *Heus.*
330 *At hac*
379 *velit poscat*
350 *quacunque*
353 *quid ergo est?*
360 *operi longo*
362 *capiat .... abstes.*
371 *Mess. nescit*
373 *Non di, non homines*
378 *paul. a summo decesßit, decidit*
393 *rabidosque leon.*
394 *cond. urbis*
409 *ego non*
410 *quid posßit*
414 *& Baccho*
435 *persp. laborant*
442 *op. insumebat*
458 *sit veluti*
462 *famose*
470 *victus dicitis*

12 JU 62

INDEX

Rerum ac Verborum.

A

ABnormis sapiens pag. 384 not. 3
Abstemius quis 497,6
Academici 470, 8. 553, 38
Accipenser 388, 44
Accumbere 55, 8. habitus 446, 21
Acerra 166, 3
Achæmenes 113, 22
Acherontia 151, 11
Achilles 89, 2. 126, 25. invictus 285, 15. 577, 79
Acro & Porph. notati l. 3. od. 20
Acroceraunia 11, 19
Actio oratoria naturalis 576, 69
Activi & passivi permut. 288, 12
Adjectivi variatio 115, 7
Adjutor in scena 367, 42
Adolescentia ferox 94, 10 velox n. 11, mores. 281, 118, &c.
Admiratio stulta 475, 1
Admissionum ordo 489, 7
Adorea 226, 24
Adria 120, 13
Adulatores, epist. 18 poëtarum 599, 279, &c.
Adulter 53, 8. pœna Athen. 117, 22. repressa 161, 12. 317, 33. Adulteræ 323, 2. pœna stuprum 323, 4. in lupanar 441, 52.
Æacus 116, 18
Ædificandi libido 458, 71. 141, 1. 141, 28
Ædituus 547, 158
Ægæum mare 124, 2 & 4.
Ælii 185, 1
Æmil. ludus 571, 25
Æneas conditor gentis Cæs. 81, 21. 89. 2
Ænigm. solutio 113, 18
Æoli fabula 9, 5
Æoles 116, 20
Æs pro ferro 150, 46
Æsopus 410, 70. vocem amisit 546, 137
Æstus Africæ 96, 4
Æthiopes 161, 10
Ætates Taur. &c. 220, 25
Africus 3. 13
Afra avis 261, 42
Agamemnon 9, 5
Agave 415, 11
Agnomina 425, 24
Agnus inter lupos pacis signum 187, 13
Agri quantitas civium 123, 13
Agricultura vett. 257, 1. v. rustic.
Agyeus 233, 17
Ajax 407, 36
Αλαλή 55, 2
Albi, vitiosi 386, 21
Albinovanus 468, 17
Albutius 389, 60
Alcæus 64. 4
Alcinous 464, 31
Alea 199, 38
Alec 421, 56
Ales 279, 1
Alexander 183, 22
Alfenus Varus 332, 51
Algidum 47, 5
Alliphana pocula 447, 34
Allium l. 5 od. 3.
Allobroges 290, 7
Alloquium pro solatio 285, 22
Almus 8, 34. 186, 4
Alphius 262, 52
Alpinus 373, 28
Alticincti 446, 13
Alyattes 184, 33
Amaltheæ cornu 41, 14
Amando, passive 21, 2

Amat, i. e. solet 182, 12
Amantes amentes 411, 75 & 83
senes 413, 90
quid commendet 288, 18
otiosi 280, 2. 176, 5
fores effring. 337, 36
Ambarvalia 140, 27
Ambigua Salamis 95, 21
Ambire 69, 5
Ambitio ultimum quod exuitur 399, 56.
ignis 454, 28
Ambo, accusativus cas. 405, 25
Ambubajæ 314, 1
Amicitiæ constant virtute 435, 67. 460, 88
Amicus 127, 4
an castigandus 459, 88
Amæbeum carmen 168, 1
Amor 319, 57 v. Venus
Amphiaraus 182, 14
Amphoin 172, 2. 521, 41
Amphoræ allocutio, 191
figuræ n. 1.
Amystis 73, 14
Anaces 88, 19
Anacreon inelaboratus 286, 10
Ancile 157, 11
Ἀναθήματα 16, 12. 346, 59. v. naufrag. Venus.
Ancillarioli 89, 1
Animalia invisa immolata v. caper.
Animam reddere 51, 1
status post mortem n. 1.
de ea fluctuant 188, 2.
Anima pars Dei 390, 66
Animus æquus 497, 24
peregre 498, 14
Annus pro tempest. 259, 25
veniens 94, 11. 581, 128
Anus 180, 5
Annuli 438, 5
Anser poëta 136, 9
Antenor 462, 13
Antennæ 34, 4
Antonii character 112, 7
Julus. 220, 20
Antestari 369, 64
Antium 68, 1
Antiphates 579, 103
Antiquarii 476, 14. stulti 439, 18. laudantur l. 2. epist. 1.
Apella v. Judæus.
Aper 419, 33
Apex 193, 17
Apis v. Priapus.
Apii forum 343, 4
Apium 101, 19
Apollinis cultus 234, 27
averruncus 369, 65
medicus 302, 21 metuendus 47, 11. 108, 13.
Apollo 29, 24
unde fictus 38, 8
defensor Augusti 252, 1
Apologi 311, 44
Apophoreta 482. 17
Appuli 183, 24
Aprilis 243. 7
Aquam præbere 369, 59
calidæ usus 260, 35. 188, 4
-licia 541, 88
Aquilæ senectus 181, 14
visus 326, 23
laus 223, 1
Aquini purpura 492, 24
Aratrum in urbibus condendis 38, 21
Arbor execrata l. 2. od. 13. exosæ 121, 21
inferis sacra 115, 9
vento nutritur 283, 14. 105, 7
caduca 111, 10
hominis instar 140, 27 30, 46
culta vino 120, 20
Arbuscula 376, 62
Arces, montes 98, 22
Architas 57, 2
Arcturus 140, 23
Archaici legi 472, 1
Archilochus 273, 10
Archimedis jocus 356, 65

INDEX

Argos 19, 12
Ariadnes corona 134, 13
Aricia 342, 1
Ariſtippus 401, 73. 453, 19, &c. 514, 13.
Ariſtonicus 130, 5
Ariſtophanes 333, 1
Arma naturæ 381, 39
prima 330, 78
Armenia 105, 5
Atces, montes 98, 22
Arduum 85, 1
Ἄρρυθμος 463, 22
Aſinus fræno non paret 312, 58
aures demittit 366, 19
fabula 531, 16
Aſella, quis 500
Aſpectus, vox Mathem. 128, 16
Aſſa, quid 419, 32
Aſſis facere 391, 83
Aſtrologia 26, 2
Atellanæ 585, 162 &c
Athenæ unde dictæ 18, 9 delicatæ 573, 46
Attica virgo 446, 18
Atlantis finis 68, 11
Atrei fabula 582, 135
Atrox 81, 20
Attagen 261, 43
Attali divitiæ 2, 29
heredes 130, 6
Attæ fabula 537, 45
Auſidius Fundus 344, 29
Auguſti laus 178. 220, 24. v. Mercur.
Herculi comparatus 112, 8
ævum 375, 55, &c.
felix 229. imperium 253, 12. genus 254, 29
Aulea premuntur 545, 127
Auctorati 441, 49
Avernus 268, 18 & 71
Avidienus 388, 50
Aulus 405, 168
Auri vis 149, 39. 181, 1. & 11 &c.
Aulon 97, 18
Auræ ſuſurri 151, 9
Auſter 120, 14
Auſpicia 21, 30. 232, 13. 122, 12. Lib. 3 od. 27. 203, 7
Avaris divites honeſti 400, 71.
lethargus 404, 4
excuſationes 402, 89, &c.
Satyra 1. n. 46.
Αὐταρκεῖα v. Philoſ.
Αὐτοχειρία 513, 58
Autumnus, nubilis ætas 94, 8. 120, 14. 259, 14
gravis 43, 122
Aytzemæ laus 481, 14

B

BAcchus 42, 7
Bacchi pictura 55, 3. ſacra cum Ven. 44, 2
Bacchus Theriamb. v. Tiumph.
carminum præſes 199, 1
cornutus 472, 24
Moſcs 133 & 134, 11
Bacchius, Bithus 359, 7
Bajæ 131, 17. & 458, 71
Balaninum unguentum 208, 4
Balatro 314, 5
Balneum ante cibum 188, 4
publicum 334, 34
a prandio turpe 480, 52
ad recitanda carm. 338, 22
Bæoti 548, 167
Barba philoſophorum 396, 29
Barbari, Phryges 90, 6
Barbiton 4, 29
Barium 348, 67
Batus 340, 72
Baſſareus 43, 15
Batavorum mós 91, 13
Beatus 56, 12
Bellerophon honeſt. 57, 23. 164, 11. 244, 12
Bellona 409, 57
Belli clades 81, 24
navalis 82, 27
civilis 289, 1

Bene-

Beneventum 347,54
Benigne 482,26
Berecynthia, Phrygia 189,10
Bibere pro salute amicarum 55, 9, & 10, 458,71
aliorum 166,11
heroum poculis 278,29
libertas 434,57
Bibuli memoria 207,5
Bidental 602,310
Bilis 389,64
Bionei sermones 553,45
Bisthones 135,20
Bithyni 69,7, 160,4
florent mercat. 478,18
Blandusiæ fons. l. 3 od. 13.
Bollanus 365,12
Bonus vir & civis 508
pro sorti 37,28
Bona 214,2. 524,80
incerta 393,6
non pacant animum 465,48
Bos 277,20
non est gerulus 504,43
Bosphorus 115,13. 157,12
Brachia 91,18
Brenni 249,5
Briseis 89,2
Britanni 274,6. 157,3
Broukhusius 441,42
Brundusium 349,75
Brutus 98,2. 359,16. 360,29
Brutum 67,8
Buccas inflare 307,14
Bulla 267,5
Bullatius epist. 11.

C

CÆcubum v. vinum.
Cæmentum 141,30
Cæritum tabulæ 480,53
Cadit fabula. 544,121
Cadmi fab. 582,136
Caduca 115,10
Calaber hospes 482,15
Calcaria è corio 265,12
Caliendrum 364,44
Calones 317,37
Camillus 30,43
Caminus 347,55
Campæ 345,48
Candidati ubi stabant 139,12
Canus, præcanus, unde 532,24. 348,63
Canusini bilingues 372,21
Canis 182,4. 202,2
jejuna 267,14
corium gustans 428,55
avaris 389,58
Canidia 263,5. l. 5 od. 5 & 17 Sat. 8. l. 1.
Cantabri 96,2
vett. hostes Rom. 167.17
Capreæ 420,36
Caprificus 267,9
Captivitas turpis Rom. 158,15 & 20
Capua 345,38
Caper Baccho 166,7
Caput tegere 367,31
Capitolium 157,13
instructum vectigali 198,25
scandere 213,10
Capræ febricitant 486,77
Cappadocum rex 478,32
Capua 290,5
Caput scabere 376,57
Carminum multitudo 501,15
labor v. poësin.
Carthago duplex 84,10
Castalia 155,53
Cass. Sev. epod. 6
Parmens. stulta festin. 470,5
Cassius 375,52
Castra 137,20
Castratores librorum not. 92,1
Catellus 412
Catella 517,40
Catius l. 2. Sat. 4.
Cato 81,20
lingua 557,84
vinosus fingitur. 192,11
Catena, laribus oblata. 380,27
Catus 176,9

INDEX

Catulli lacus 371, 14
Caudium 345, 40
Caudam trahere 397, 41
Caupones 309, 20
Cautionum pericula 432, 29
Cecropia domus 245, 6
Celsus plagiarius epist. 8.
Centauri 218, 10
Census equestris & Senat. 383, 61
Cerberus 128, 27
Cerebrum 365, 12
Cerinthus 519, 58
Cereris cultus 301, 19
Ceritus 413, 94
Certare joco 113, 18
Cespes pro ora 45, 12
Cevere 283. 18
Chærilus 548, 159
Chalcismus 411, 76
Chalybs fluv. 61, 11
Charybdis 56, 19
Chimæra 57. 23. 128, 12
Chiron 285, 14
Chloë 49, 1
Chloris 95, 16
Chorus 583, 141
Chrysippus 332, 89
Ciboria 101, 17
Cibyra 478, 27
Cicada 126, 26
Ciceronis vox 458, 66
ludus 376, 61
Cicuta 399, 50. 262, 1
Ciconiæ 388, 45
Cincti, discincti 257, 20
Cippi 361, 7
Circe 245, 9. 463, 25
Circus fallax 556, 61
Circuli solis 431, 28
Citrea Venus 215, 11
Civilis vita epist. 17, 18
Classis 258, 3
Clavi 195, 4
Clathri 602, 311
Clazomenæ 558, 6
Cleopatra l. 1 od. 37.
Clientes 130, 6. 258, 6
Climax 529, 42
Coccejus 344, 23
Coccyx 360, 27
Cocytus 120, 15
Codrus 188, 1
Cœnacula 459. 79
Colchus 137. 15
Colonia 120, 12
Colophon 495, 7
Color, gratia 83, 1
flavus 90, 13. 113, 24. 223, 3
niger 91, 13
albus ibid.
purpureus 215, 4
luctus 278, 24
Columna 69, 14
Comæ rasio 459. 82
flagella 94. 13
renodatæ pueris 95, 20
virginum &c. 111, 20
myrrheæ 179, 16
tenues turpes 189, 15
virides 207, 6
vendere turpe 364, 44
Comœdia 333, 3. 544, 116
Comici 334, 6
origo 589 vers. 281
Componere 366, 25
Commendatitia epist. 9.
Commissiones poët. 373, 30
Conchilia 389, 63
Concordia 274, 8
Conditio matrim. 2, 9
Confidens 358, 8
Conopeum 277, 15
Conspuere 425, 31
Contractus leges 481, 13
Contumelia plus quam injuria 282, 18
Conscire 456, 54
Conscientia ibid. 55. examen 327, 32. 341, 65
Consulere 513, 2
Consilia æterna quid 110, 10
Consuetudinis vis 326, 34
Convivia leges. 421, 28. 450, 64
convivarum num. 474, 39
in eo mortis mentio & repræs. 436, 79

adven-

adventit. 73, 11
epinicia 74, 1
v. sacrificia. Hæc diis quasi data n. 2.
post mortem 86, 5
sanitatum potat. 102, 20. v. Bibere.
noctu 167, 12
Coquere 387, 38
Cor stomachus 396, 23
Coranus 426 in f.
Corona tonsa 528, 24. in amoribus 53, 17
in conviv. 4, 12. festis 20, 28. ex apio 73, 15. 101, 19. ex myrto 77, 4
Oratorum 469, 24
origo 90, 8
in sacrificiis 177. 3
in certaminibus 222, 2
Corinthus 516, 27. 18, 5
Cornucopia v. Amalthea.
Cornix 158, 8. 203, 7
fabula 469, 21
Corycus 421, 49
Corpus pro homine 68. 4. 470, 10
Corripere 12, 31
Corvinus l. 3 od. 21. pag. 377 n. 74
Cos 419, 23
Costum Achæmenium 142, 38
Κοπαξβισμὸς 121, 24
Cothurnus, tragœdia 79, 13
Cotys 298, 2
Cratinus 333, 1. 526, 1
Crucquius not. 118, 27. 169, 15. 186, 9. 193, 12. 332, 92. 355, 22. 481, 13. 482, 24
Cubare 554, 50. ægrotum 366, 17
Culullus 63, 8
Cuminum bibere 527, 16
Cuppa magistra potare 392, 99
Cupidinis arma 104, 12. 180, 9
Cura, Monstrum 141, 35. 124, 9
Curulis sella 355, 50
Curia 80, 13
Curiosus 259, 19
Cursum mutare 67. 4
Custodire, pro habitare 193, 1
pueros 354, 47
Cyathus 356, 65
Cyclicus scriptor 578, 95
Cycni 136, 9. 137, 15
Cyclopes 13, 9
Cyprus a copher 7, 2
Cyrus 65, 8
Cytherea v. Venus.

D

DAci 69, 9. 167, 15
Dacier cum ubique, tum & laudatur 1, 1. not. 67, 5. 68, 12 & 13. 71, 22 & 23. 75, 11. 76, 19. 79, 10 & 12. 83, 6 laud. 86, 6. not. 88, 20. 105, 9. 110, 14 laud. 112, 11. vid. 121, 25. 125, 21. 128, 16. 118, 27, 117, 7. 122, 7 & 8. 146, 8. 165, 23. 176, 7. 188, 4. 201, 4. 209, 17. 296, 14. 310, 37. laud. 259, 20. not. 372, 32. 381, 30. 391, 76. 476, 18. 492, 21. laus 496, 16. not. 575. 63. &c.
Dædalus 12, 32
Damasippus l. 2. Sat. 3.
Damæ masc. & fem. 6, 10
Dama, servus 424, 15
Danaus 120, 17. filiar. fab. l. 3 od. 11.
Danäe 181, 1
Daps &c. 101, 15
Davus 576, 71
Daunia 49, 9
DE auget 234, 3
De die. 284, 6
Debere 34, 12
Decedere 97, 14
Defigere, devovere 103, 7
Dei, pro puppi & prora 34, 7
his locis plus favent quam aliis 81, 21
a Syris hæc opinio ibid.
abibant urbe deleta ibid. 22
accusati 91, 15
patrii 99, 5

pœnam in nocentes 102, 1
in negligentes cultus 161, 6 & 7.
ad pocula vocati 177, 4
Dei, deæ sol & luna 193, 3
coluntur interne 195, 12. 204, 4
littorales 212, 36
invocati nomine gratissimo 300, 13
derisi Sat. 8. l. 1.
primitias cibi habent 424, 12
utriusque sexus 449, 48
è machina 583, 138
nube tecti v. Nube
Delirare quid 462, 18
Dellius 85, 3
Democritus 498, 13. 546, 135
Desævire, trag. 468, 15
Designare 473, 21
Detestatio, diræ 271, 54
Devia scorta 111, 19
Dianæ festum 113, 21
luci 193. 570, 12
luna ib. n. 2.
triformis, 3 nominibus, 300, 12
Dicere præt. vox 101, 20
Dictare 519, 14
Dies solidus 3, 15
festi 114, 1
Diffingere 71, 29
Digentia 509, 7
Digito monstrare 223, 10
Digressiones poët. 173, 19
Dilucere 471, 20
Diludia 529, 41. 545, 125
Diogenes 514, 14
Diomedes 348, 64
Dione 82, 29
Dionysius 139, 16
Dircæus 219, 17
Discus 22, 11
Discordia 337, 41
Dissociabilis 11, 20
Dithyrambus 218, 6
Dividere 36, 15. oscula 72, 6
Divitiæ quæ 183, 20. ut calceus 493, 30
Docere 503, 27. vox geometrica.
Dominæ 104, 13 & 14
Dominantia verba 586, 170
Domus, secta 61, 10
ad Boream 123, 17. è cespitibus num. 19.
cum sylvis in tectis 497, 25
ejus prima cura 491, 13
Dotis peric. 196, 12
Draco 131, 83
Druso 329, 66
Duellum 461, 12
Duplex 392, 98. l. 1 od. 6

E

EBur ad lacunaria 130, 1
Ebrius, impotens 75, 7
dupla videt 380, 22
de vero male loq. 385, 7
Eclectici 453, 14
Ecstasis 133, 6
Educatio vett. 532, 82
Edoni v. Thraces
Egeria 323, 59
Egregium 17, 13
Elegia 65, 3
Elementorum pugna 499, 20
Eleusinia sacra 144, 16 & 17
Eliæ historia 348, 70
Eloquentiæ stud. Rom. 215, 7
Eluti horti 418, 13
Elysii campi 117, 27
Emendatio 543, 115. 597, 262. 600, 291
Empedocles 499, 21. 602, 304
Enacei 135, 21
Enallage 288, 16
Enceladus 154, 48
Ennius 374, 45
ejus somnium 536, 29
Epistola tempestiva 500, 3
Epicurus 24, 9. 66, 1. 67, 3
de tonitru 67, 5
de mortis vi 87, 11
contemsit Platonem 417, 5. 471, 22

Ephe-

Ephesus 18,4
Epulæ quando conceſſæ 390,73
Equitare 226,25
Equi ad pugnam 466, 59. ſenes 412, 8 &c. vox 172,8
Equitis cenſus 265,13
Equæ in ludis 126,30
emtio 320,65
hominis auxil. implor. fabula 493,28
Equotuticum 348,61
Eraſm. corr. 492,22
Eros 576,71
Eſquilinus pontif. 298,3
hortus 360
Euander 330,71
Εὐφημεῖν. 138,2
Evincere, pellere 122,5
Evius 43,12
Eumenides 118,13
Eupolis 333,1
Euripides 577,87
Europa 206,37, 204,12
Excutere 196,16
Exodia 543,111
Explere, evacuare 101,17 Serv. in 5 Æn. *explebo numerum* i. e. minuam.
Exequial. form. 99,4
Exſurdare 447,33

F

FAbæ Pythagoræ cogn. 434,55
Faber not. 245,1
Fabii 215,6. 307,9
Fabius adulter 323,5
Fabricius 30,40
pons 397,30
Faces ad fores effung. 201,5
Facti i. e. perfecti 375,48
Famoſum 180,4
Fannius 335,17
Faſcinum 276,11
Faſti 185,4. 248,16
Faſtigia pro profundo 107, 107,1
Favillæ 98,25
Fauni feſta poſt Feralia 14,13 &c.
unde dicti 40,3
Mercur. 129,25. 185 &c.
Febris quartanæ curatio 414,2
Feminæ perjuræ 103,5
ut cuſtoditæ 321.76
belli cauſæ 331,80
deſerta alium quærit 171, 1c. 190,3
maſcula 268.23
doctæ 169,9
Femur exile 274,5
Feralia v. Faunus.
Ferentum 151,13
Feriæ 231,27. 486,71
Feronia 244.20
Feſcennini verſus 542,100
Feſta 86, 5. ſub arbore 86, 7. in plur. 369,57
Fictio 580,109. 593,235
Ficus prima 481,4
duplex 392,98
Fides alba 70,20
Figuræ 165,25
Filii &c. 34, 9. pro hominib. 222,6
Filiæ in præmium victoriæ 89,4
Flaccus 283,9
Flagra 264,2
Flagella 331,84
Flagitare 131,11
Flavius 357,42
Flavus v. color.
Flores, copia narium 122,8
Flumen Galeſi, ſcil. Dei &c. 97, 11. v. & *fontes*.
pet femellas pingitur 177,1
pro populo accola 166,19
tauriforme 250,15
aſpectus quid monet 87,17
ſacrificia ei facta 177
Focus 243.6.262,51 v. Camin.
Fœnum in cornu 336,25
Fodere latus 479,43
Fontes ſacri 3,17
Fontejus Capito 344,27
Formidoloſus 128,16
Formulæ 397,38
Formica 308,24

Formæ judicia 65,6
Formiæ 345,34. 185,5
Fortunæ filii 433,54
alata 68,13 od. 35,l. 1.
Manens 211,31
Forum 258,5
Frangere, obscæn. 50,8
pro turbare 70,16
diem 99,7
cervicem 114,6
mandata 501,18
Frater & soror 56.11
eorum gratia 470,34
Frigus v. Pelignum.
Frigidus sermo 433,91
Frontis decor 65,6
Frugalitatis bona 390,74
Fuga turpis 100.10
Fulmina 67,6. quo penetrent 182,13. sed & culicis passus, credo, metiantur.
Fumaria 166,10
Fundanius 373,33
Fundus mendax 140,26
Fungi peric. 418,18
Funera in imus dom. gradib. 68, 3. 209,4
Funis retro 71,6. contentionis 494. 33. 439,15
Furius 425,31
Furiæ 118
Furiale 173,15
Furiare 53, 14. v. art. v. 48.
Furioso curatores dantur 409, 154
Furca expellere 292,22
Fuscus 368,53
Fusius tragicus 398,44

G

GAdes 84,9
Galba jurisc. 317,40
Galli intrepidi 251,33. Cybeles sacerd. 322,94
Gallonius 388,44
Gallinæ unde teneræ 418,16
Ganymedes 61,6. 191,9
Gargilius 479,49
Garruli descript. 364 Sat. 9
Garrire 373.33
Garus 448,30
Gaudia pro Ven. 162, 18. Al. l. *oscula*. v. Var. lect.
Geloru 106,20
Geminius 385,6
Gemini 410,7. jusjur. per eos. od. 31. 1. v. & p. 487, 82.
Gemma, lapis 198,27
Genius 186,10. 542,98. 561, 122
Genialis lectus 458,75
Geometria 57,1
Germani 472,8. habitus 290,8
Geryon 119,8
Gestire 93,9
Getulia 50,7
Gigantomachia 112,6
Glaciare 170,4
Gladiatores 400,63
catervarii 456,45
Glauci fab. 359,16
Gloria, gloriatio 44,19
Glycera 65,1
Glycon 454,26
Gnatia 348,69
Græco latinitas odiosa 372,19
Græcari 385,10
Græci victi ludis 538,54 vicere Rom. 543
Grævius l. 1 od. 1. 425,24 ab eo dissens. 479,44
Grando petrosa 5,1
Gratiæ 62,6
tria pocula sinunt 188,6
Grex, populus 138,7
Grosphus l. 2 od. 16
Gujetus 581,118
Gustatio 3,15
Venerva vox 428,55
Gyas 128,13. 155,59

H

HAdriaticum mare 120,13
Hæredis cura stulta 473,17
cupiditas lusa 429,63

Hæreditatis venditio ibid. n 66
Harpocrates, Harpocratici 117,26
Harpyæ 387,37
Hebrus fl. 53, 18. 200, 9
Hedera 74, 19
Heliogabalus 87, 12
Hellenismus 509. 14
Herbæ conditæ 383, 6
Hercules Aug. 178, 1
divitiis præst 430, 11 & 13
Hermogenes 371, 14
Heroicum 524, 47
Herodis palmeta 561, 119
Hesperia 72, 5
Hiarbita 527, 14
Hiatus orat. 578, 97
Hierosolyma 150, 49
Hilla 421, 45
Hippolitus 236, 12
Hippolyte 164, 13
Hipponax 273, 11
Hircus 339, 62
Hirpinenses 349, 73
Hirpinus l. 2 od. 11.
Hirundo 244, 11. 481, 14
Hispidus 104, 1
Historiæ diffic. 79, 8
Hædus 140, 24. cornutus sacrificatur 177, 5. Hædulei 41, 8
Hollandi v. Phocæi.
Homeris ors 16, 3
ficta de eo 28, 19
notatus 374, 42. 595, 251
excusatus 428, 54
epist. 2 l. 1 de eo.
in scholus lectus 552, 35
Hora, Horoscopus 126, 27. 129, 19
anni tempus 177, 6
Horatii fortuna 1, 2
pudor 17, 11. 183, 19. 335, 18. 353, 37. 355, 50
levitas 566, 18. 170, 19
not. 70, 21
defensus 84, 7. 95, 19
laudatur 99, 9
fuga ibid.
mors 128, 8
defensus 124, 9. 119, 11. 122, 8
laudatur 127, 24.
libertas philosoph. 305, 6
genus 308, 17. cujus non pudet Sat. 6 n. 5. libertinæ cond. 432, 41
scripta paucis recit. 335, 18. 338, 42
educatio 341 &c. 76 &c. Sat 6. l. 1.
mediocria vitia 341, 82
moneri vult Hor. 341, 84
conscientiæ examen 341, 84
lippitudo 344, 26
secta seu disciplina 349, 72
benignitas 365, 5
moderatio l. 2 Sat. 6 v. 7. &c.
virtus in Satyris 371, 10
vitia defensa 378, &c.
vindicta in malos 381, 30. 383, 63
odium jurgii 381, 31
mediocritatis studium l. 2 Sat. 2.
ædificandi 415, 15. 416, 23
scribatus 432, 41
Epicurismus 471, 22
descriptio corporis &c. epist. 20 & hic præfixa orat. reliqua.
Horridum 154, 41
Hortorum studium 492, 22
Hospitia sancta 115, 7
Huet def. 133, 6
Humeris optima imposita 47, 9
Humeri forma 95, 17
Hyades 11, 15
Hybridæ 358, 3
Hydra 227, 33
Hydrops 84, 11 & 12. 464, 33
Hylæus v. Anton.
Hymni 574, 57
Hyperbata 506, 11
Hypsæa 320, 68
Hypermnestra, 174, 22

INDEX

I J.

JAculum quod evelli nequit 379, 12
Jambi 574, 52
Parii 528, 21
Jani templum 253, 8
matutin. 431, 23
medii 395, 16
Janitorum faſtus 440, 35
Jaſon 263, 6
Iberia 267, 13
Iberi 137, 20
Icarium mare, unde 3, 12
Iccius 497
Ida 191, 9
Jecur 32, 6
Ignis Cæſaribus præl. 345, 33
cœlitus 348, 70
Ilia 6, 14. 168, 7. 323, 99
Illacrimabilis activ. 119, 6
Imber 149, 40
Imitatio 468, 18
ſtulta. epiſt. 19
Immolare 243, 4
Ilione 398, 44
Impietas gentium 56, 22
Inachus 88, 19
Inceſſus 324, 9
Inconſtantes in malo miſeri 438 verſ. 2 &c.
Infelix 91, 16
Inferiæ 81, 23
Infrequens 66, 2
Ingenium a deo 431, 16
Io 221, 30
Ioco certare 113, 18
Iolcos 267, 13
Iones laſcivi 161, 13
Inſulæ Beat. 292, 33
Interlunium 53, 13
Intra 309, 33
Inſitio 258, 10
Inſolentis deſcriptio Sat. 9.
Inteſtabilis 406, 27
Invidia 167, 20
ſero vincitur 533
injuſta 455, 32
Inula 387, 40
Inus fab. 577, 82
Iphigenia 405, 39
Ira pueri 412, 83
remed. 455, 33
Iris 570, 14
Iſthmius agon 221, 2
Italia ut corpus 81, 25
Ithacha 484, 39
Iterare 134, 12
Itius 60
Judæi violenti 342, 89
Apellæ 348, 71
ſacra gentibus communia 369, 61
Judices lecti 341, 78
Jugum terre 71, 23
Jugurtha 81, 23
Julii 467, 1
Fr. Junius notat. 443, 75. 472, 1
Juno in Troj. 81, 21. od. 3 l. 3.
ejus ſacra ferre 324, 10
Junior 65, 4
Jupiter, aër &c. 284, 3. 97, 17
Jurare in verba 287, 4
Jûs fabula 577, 84
Jus a natura 330, 76 & 82
ſignificatio 358, 12
jurandum per cineres &c. 103, 7. Venereum pro vano 103, 10. devotionis 128, 9
Juſti pœna cum injuſto 145, 19
Juvenca pro homine 93, 4
Juvenes, milites 71, 25
deis grati 138, 5
in equis 142, 4
Ixion 173, 13. 577, 83

L.

LAbeo 329, 62
Laberius 307, 6
Labor obſcœn. 180, 4
Lacedæmon patiens 19, 14
Lacones 130, 6
Laceſſere 69, 8
Lacrimæ 280, 8

La-

Lactucæ esus 420,44
Lacunaria 130,2
Lacus fodere vett. 122,11
Lælii remissio animi 383,59
Læstrigones 184, 28
Lævinus 350,8
Lagenæ obsignatio 558,93
Lalage 48,7. 94,13
Lambin. not. 414,2, 418,16
Lamiæ 593,237. v. 300,10
Lana caprina 519,16
Lapathum 261,45
Lapilli 315,58
Lapitharum pugna 111,6
Laquearii 195,5
Lares, maniæ 405,13. 30, 45. 194,6
secta 61,10
Latium 69,11
Latina lingua Græcanica 105,15
Latus clavus 345,32
Laudare alia, alia sequi 496,15
Laverna 512,46
Laurus Horatii 101,16
ductilis 122,10
Lebedus 495,9
Lectica pro conclavi 321,77
Lecti discubitorii 339,58
Legio 349,2
Lemures 562,134
Lenæus 200,15
Lentus 287,5
Leo 209,13. 457,64. 135,22
Leunculi feroces 190,1
Leporis vita 260,29. pars optima 420,37
marini nat. 386,23
Lethargus 396,24. curatus 404,4
Lethe 286,3
Levis juventas 109,6
Lex Fannia oppi 374,3. 383,60
Rom. laud. 123,20
XII tab. unde 538,16
Roscia 457,56
injuriar. v. Libelli.
regia 532,1
mensaria Stoic. v. *Mens.*
Liba sacerd. 491,10. libare 434,56
Libelli 338,46. pro comœd. 373,33. famosi prohib. l. 2. Sat 1 & n. 66.
Liberi qui 28,22. 443 vers. 2 &c.
Liberi similes amantur 230,14
Liberalitas quæ 482,19
Liberti 68,17
Libra 128,16
Libros edere periculosum ep. 20 84,8
Libya
Liburnicæ 6,18. 275,2
Licinius 107,3
Licinia 112,15
Licinius tonsor 590,212
Lictores 124,8
Limare quid 504,38
Linere 45,3
Linguæ moderatio 522,62
Lippi 325,22
Liquare vina 27,10
Literarum memoria æterna 212,1
Littus 152,26
Littorales preces 151,9
Lituus, tuba 3,18
Liviæ pudicitia 178,2
Livius defensus 78,1
Locare 131,14
Loci honor quis Rom. 424,14
Loensis not. 143,12
Loligo 340,66
Lollius epist. 2. 241,21
Longarenus 319,48
de Lucano judicium 80,18
locus audax ibid.
Lucil. character Sat. 4 & 10 l. 1.
Lucrinus lacus 122,2
Luculli divitiæ 478,33
Lucus, verba 477,25
Ludere saltare 113,20
obscœn. 181,10
Ludi depicti 444,77
risi a Stoicis 475,5
olympici 1,3. victores 2,6
Troici 22,5
sudoris in iis ablut. 22,8
olei in iis usus 22,9
Luna plena ostrea plena 419,24
eclipsis

eclipsis 498, 19. rubens 109, 9. v. Diana.
Lupus læsus Satyris 383, 53. 227, 30. 254, 1
Lupus marinus 367, 33. Lupa 202, 3
proverb. 389, 56. barba 363, 36
Lupini astrum comicum 482, 22
Lurconum servorum pœna 507, 30
Lustrum 353, 40
Lustratio 79, 14
Luscinia 411, 72
Lusus pueriles præludia 512, 49 v. Pueril.
Lyce 247
Lycoris 65, 7
Lycambe 27, 13
Lycurgus vitis osor 134, 16
Lydia l. 3. od. 9.
Lympha, Nympha 348, 69
Lynces 118, 32
Lynceus 320, 67
Lyræ inventio 64
Lyrici carm. invocatio 127, 34 64, 10

M

MÆcen. domus pura ab aulæ vitiis 368, 45
genus 1, 1
laus 46, 5
febris 127, 1
frigus ab Aug. 126, 20
modestia 183, 19
historicus 111, 1 & 13
turris 208, 5
Madere sermonibus 193, 9
Mænius 312, 63
Mævius 279, 2
Magdalena 364, 44
Magi 270, 48
Majestas 549, 173
Mala v. Pœnæ.
Maledecus 338, 55 & 64
Male pro non 24, 19
anguste 340, 71
Malis alienis ridere 399, 52
Malobatrum Syr. 99, 8
Malthinus 316, 20
Maltæ 461, 46
Manere, pernoctare 3, 20. cum dativ. 132, 24
Manes 14, 17. elici posse olim creditum 352, 20
Mare Casp. 105, 3
servat fines 498, 16
Manubiæ, fulmina 5, 2
Mareot. vinum 75, 9
Mappæ domo allatæ 422, 62
non semper 474, 29
Maritus pro amatore 94, 14
Marsi 8, 31
M. Attil. Reg. 29, 35
Marcilius 568
Marsya 356, 70
Marsi 118, 30. 289, 3
Marmor Numidicum 130, 4
Marius 413, 92
Martiæ Kal. 165, 1 &c.
Marica 185, 6
Matrimon. cum peregrinis turpe 157, 5
Massagetæ 72, 30
Massicum vinum 3, 14
Massilia 355, 54
Matris nomen dignitatis 3, 19
Matronal. v Martiæ Kal.
Mauritania 49, 10
Medea 263, 6
Mediastinus 502, 14
Medi cum Persis confusi 7, 42
Medici promissores 540, 74
Mediocrit. laus 140, 20
Mejere 441, 42
Meibom. 113, 15
Melior 66, 15
Membri nomina 561, 4
Memoriæ ars 417, 4
Menas l. 5 od. 4.
Menag. not. laud. v. art.
Menius 506, 19
Menenia 414, 100

Μάντεις 363,30
Mendacia laud. 174,24
Menſæ citreæ 325,13
Menſariæ leg. Stoic. 330,72
Mercator 258,4
Mercurius malevolus 7.29
Canaan 25, 1 & 4, 7, 8 &c. pag. 26, 17
dux animarum 52, 14
cum Venere 62, 8
Auguſtus 100, 13. 108, 11
Mercurialis 369, 20
Meretrices ad lucernam 440, 31
ſors earum 52. præf.
ſacrificant 62, 5
in caſtris Græc. 90, 5
deviæ 111, 19. vetulæ 180, 1. 181, 11
cum aurea corona 181, 13
in auro 275, 8
Meridiari 209, 17
Metaphoræ 466, 37
Metaurus 225, 20
Metari 223, 1. agros 392, 93
Metæ difficiles 1, 4
Metiri viam 265, 6
ſe ſibi 481, 85
Midæ gazæ 113, 23
Migrationes gentium 289, n. 51 & addenda.
Militiæ habilis 142, 2
amantes 143, 6
ruſtici 162, 24
quid ferebant 277, 13
Miluus 511, 38
Mimnemus 55
Mimus 370, 6
Minari, promittere 394, 9
Mitilene 18, 3. 496, 18
Mobile lignum 443, 65
Mœrere, memorare 91, 15
Molere 316, 3
Moloſſi 272, 3
Moly 463, 25
Mora in prandiis 418. 19
Morari ſubdio 88, 20
Morboſi, eunuchi 75, 5
Morbi inſignia 411, 81
Mors incorrupta 119, 7
implacabilis 236, 13. 513, 57
Motus unde 498, 18
Mucius 476, 17
Muli vilium in uſu 355, 55
Mulier 76, 19 v. Femina.
Mundi initium 330, 67
æternitas 146, 6
fallacia 457, 64
circumnavigatio 49, 15
Murena l. 3. od. 19. 345, 35
Muret. not. 127, 2. 454, 30. 466, 55. 471, 20. 520, 11. 163, 32. 187, 12
Murex 127, 3
Murus aheneus 456, 53
Muris fab. 135, 72 &c.
ridiculum 579, 98
Muſæus Moſes 86, 5
Muſæ 189, 7. 505, 2
templum 138, 4
miracula 597, 264
vett. perditæ 324, 7
in conviv. 179, 15
cum thure 72, 3. 276, 4
Muſici 323, 1
Muſice vivere 325, 16
Mutare 142, 39
Mutationes notabiles 68, 11, 12
omnium 477, 20
Mutilus 418, 22
Mycenæ 15, 13
Myrtoum mare 3, 11
Myrtus pulla 53, 16
Myſtes 105, 9

N

NÆnia 82, 28
Nævius riſus 389, 60
Nannius not 413, 99
Naphta 264, 9
Nardus 110, 15
unguent. mag. 269, 37
Nares, riſus 349, 3
Naſci pro eſſe 55, 1
Naſidienus riſus l. 2 Sat. 8.
Naſum ſupinor 440, 29

Na-

Natare 165, 18. 341, 77
Natalis 388, 54
sine victima 186, 10
Natta 357, 73
Natura immutab. 381, 39
Naufragi tab. 16, 12
Navigatio vett. 107, 2
voluptaria 459, 80
in theatris 545, 132
Neapolis otiosa 268, 24
Nebulo 313, 61
Nectar 148, 29
Necessitas Dea 76, 7. 139, 1 & 4
cum clavis &c. 195, 4
Nemora in dom. 87, 15
v. *domus*.
Nendi mos 181, 11
Nepos 257, 20
Neptuni sacra 207, 1
Nequitia 156, 65. 180, 2
Nerius 402, 90
Nessus 294, 9
Nestoris ætas 106, 11
Nigrum pro pingui 245, 10
Niobe 231, 1
Niphates 106, 17
Nireus 191, 8
Nobilitas vera Sat. 6.
Nomenclator 479, 42
Nomen non facit argum 501, 17
unde 500, 7
Nomentanus 410, 234
Nota interior vini 86, 6
philosophorum 417, 2
Novendialia sacra 4. 1
Novius 356, 71
Novus 54, 9. 62, 2
Nova placent 530, 11
Noverca 196, 11
Novilunium 194, 2
Nube tecti dii 17. 25 heroës 100, 13
Nubes supercil. 524, 76
Nubere deviris 427, 48
Nugæ 364, 2
comites 433, 44
Numantia 111, 2
Numerus 464, 29
ternar. 216, 16
Numicius 474
Nuptiæ pro adulterio 36, 10
Nutricum vota 471, 14

O

Obdere latus 328, 54
Obscuri 524, 77
Obscæna vitata 93, 3
in scholis 541, 9
Occidere 51. 83
Oculi nigri 64, 7
lascivi 73, 17
Odium vetus 358, 14
Ofellus l. 2. Sat. 2.
Oleæ 387, 43
Oliva 261, 44
Olympici ludi v. ludi.
Omina 229, 7
Onyx 246. 15
Opimius 403. 100
Oppidius l. 2. Sat. 3. v. 168.
Ὀψίμαθεις 271, 16
Opera servorum 445, 95
Opulentare 508, 2
Orandi mos 194, 1
Orbilius 537, 43
Orbus 569, 105
Orestis fabula 403, 93. 577, 85
Orbis vilis 578, 92
Orcus 88, 21
Orion 59, 18. 118, 33
Ornatrices 321, 78
Orni 24, 8
Orpheus 51, 12
Osci 346, 43
Oscula 72, 6
auribus data 428, 59
Ossa Pelio impos. 154, 43
Ostrea 260, 39
Otium 124, 1
ventorum 35, 5
Osyris 517. 43
Ova init. cœnæ 324, 5
rotunda unde 417, 9
Oves pellitæ 96, 10

P

Pactolus 288, 17
Pæde, abtæ 95, 19. 322, 92
Pætus 327, 41
Pagus 114, 5
Pagani 187, 12
Palæstra 25, 6
Palla, nuptiæ 270, 41. 321, 79
Pallor 171, 8
Palma 561, 119
Palumbes Augusti 151, 50 & 14
Panætius 61, 5
Pandora 12, 28
Panis cum sale 385, 18
Panthera 545, 133
Pantilius 376, 63
Παραχλαυσίθυρον l. 3. od. 10.
Par, impar 65, 14
Parasiti mos 507, 23 &c.
Parcæ 87, 14. 127, 35
Parcus quid 66, 1
Parietibus an inscripserint poëtæ 394, 8
Paris pro adultero 36, 19. 147, 20. 462, 1 &c.
Parochi 345, 37. 447, 31
Parra v. auspic.
Pars, Μοῖρα 128, 17
Parthorum ἀνισορροπία 85, 14
Passiva active v. *Perpeti.*
Patareus Apollo 155, 56
Patavinitas 78, 1
Patinæ 391, 80
Patruus 175, 1
Paupertatis mala 184, 30. 197, 24
S. Pauli σκόλοψ 118, 30
Pavo 322, 90. 386, 28
Pausias 443, 74
Peccare, scortari 56, 18. 66, 19
Pectus 471, 10
Pedatia 363, 33
Pedestris historia 112, 13
Peditus Deus 364, 40
Pelignum frigus 188, 4
Pellibus indormire 351, 16
Peloris 419, 25
Pelsius laud. 583, 140
Penates 91, 15
Penelope 171, 7. 427, 53
Pentheus 134, 14. 513, 76
Peraltius not. 2, 6 & 10. 3, 19. 4, 24. 5, 4. 6, 9. 16, 3. 579, 106. 595, 251 &c.
Peregrina ioderisa epist. 11.
Peregrini genus jactant 91, 15
Perillus 398, 47
Perfectum ultra 375, 56
Pergama, arces 90, 9
Pericul. a Sat. 382, 46
Perissonii laus 237, 17. v. Cliens.
Perjuriam punitum 103, 10
Permutatio 335, 22
Perperi, facere 11, 24
Perpetuum carmen 19, 10
Persica, pretiosa 77, 1. 168, 5
Persius Sat. 358, 7
Persona nova 577, 86
Pervicacia 134, 10
Pes Ital. 123, 15. Geomet. vox 487, 85
aquis ascriptis 293, 37
in pede uno stare 334, 10 v. *Pomere.*
Petere, obscœn. 94, 12
Peril. 339, 63
S. Petit. 453, 15
Petorrita 355, 54
Phaëton 244, 11
Phaselus 144, 18
Phidyle 193
Philippi lepida hist. 484
Maced. 182, 15
Philos. Athen. 555, 61. risi 332, 92
gentil. mov. 107, 3. bona 184, 35
ridicula 124, 11
Philtrum è puero epod. 5.
Philyra 77, 2
Phocæi 291, 16
Pholoë 65, 9
Phraates 84, 14
Pictor risus 570, 15
Pigritia 455, 34. 395, 12
Pila 385, 11
Pileoli ad conviv. 501, 13

Pindari laus 217,1
fontes 468 verſ. 10.
Piper 421, 57
Piſces cantus 223,9
delicati 499, 22
Pitholeon 372, 18
Pituita moleſta 460, 95
Placare 72,2
Plagiarii 468
Plancus 180, 20
Planus 517, 42
Platanus cœlebs 122,4. 110,11
Plantus, qualis Hor. 588, 194
Pleiadum chori 250, 13
Plorare 377, 78
Plot. Num. l. 1 od. 36.
Pluma pro alis 242,3
Plutoni non ſacrif. 119,7
Pocula vertere 447, 34
Pœni. 115,14
Pœnæ innocentes tantum cred. 102, 1. 160, 1. dex 145, 20
Poëtæ docti 365,8
coronas ſibi nect. 54, 6. laus imag. 600. 289
extemporanei 334,12 & 14
gloriæ cupidi 136,2. 528, 32
mutantur 136,9. cycni. apes 272,8
vani 555,66. mutuum Scabunt 16,76
in ſilvis 199,2
labor 394,2. 376. 57. Sat. 3. l. 1.
ſtatua in Biblioth. Apoll 374. 41
multi Hor. tempore 342, 89. 539,68
antiqui in ſcholis lecti non novi 376, 81. 531, 18. epiſt. 1. l. 2.
bibaculi epiſt. 19.
tantum delectant 596,255
judices eorum 596,261
omnia olim fecere 597,266
natura an arte 598, 274. 221, 1
quale eorum Poëma 569,1
amicas habent 483,27
Polemo 411, 80
Pollice utroque laud. 522,60
Pollio l. 2. od. 1.
Polypus 282, 5
Pomi ſemina 412, 89
Pompej. Pompon. 72,4
Varus 98,1
Neptunus 276. 8
Trans Pondera 479,44
Ponere ſub pedibus 190,6
in menſa 321,83
cum lacunis 98,23
Pontus 204,13
Pontii votum 182, 14
Populus alba &c. 86, 8 & 9
Porcus telluri 542,96
Porphyr. not. l. 3 od. 20.
Porticus 474,40. 123,17
Poſthumus 119,1
Præcipere 50 in f.
Præconium 295, 10
Præfectus urbi 210, 18
Prænestinæ ſortes v. urnas.
Prænomen 425,24
Præſens 68, 2
Præſepe 506,22
Prætexta ſacra 266,3. 344,31
Prætus 164, 11
Prandium olim ignotum 3,15
Prata 508,3
Preces gentium 48,12
Precandi mos 512,45
Pretium, pœna 196,17
Prez not. 110, 15. 122,12. 191, 3. 128,8. 139,12. 463,21 & 28 &c.
Priapus 360,1
Principes noxæ epiſt. 2. l. 2.
Principium dimid. totius 465,37
Priſcus ſeverus 192, 11
Procax 82,27
Proculejus 83,5
Procyon 209, 12
Prognis fab. 582,136
Promethei fab. 12, 26. 39, 14
vincti 118,31
Promulſis 418, 21

Pro-

Proprie communia dicere 578,88
Proserpina Dalila 57,17
furva 116,17
Prosopopoia 82,25
Protervus 42,21
Proteus 399,51 & 53. 459,77
pro Moses 5,7
Proverbia de impossibili 61,8
Ptisana 404,8
Pudicum 354,48
Puella immatura 93,2. uvæ comparata 94,7
domi servata 179,17
Pulmentaria 386,20
Puer vox amoris 15,2
ejus ludi præludia 522,27. 405 v. 168. 457,59
Pulcer, fortis 228,36
Puppius 457,59
Purpura 126,31
Pus maledic. 357,2
Puratio 259,9
Puteal 432,40
Putres oculi 73,17
Putus, parvus 327,42
Pylades 403,97
Pyramus 232,2
Pyrrhus 162,24
Pyrrha 5,6
Pyrrhia 501,12
Pythagoras Panthorides 58,9 &c.
auctor ethicæ 58,14

Q.

QUatere sacra 43,16 &c
Quindecim viri 304,47
Quinquatrus 561,126
Quintius epist. 16.
Quiris 99,4

R.

RAnæ inflatæ fab. 415,19
sigillum 432,43
Rapere 168,21
Rapula circum lancem 446,10
RE v. Pro.
Recantare 40,27
Reciproca verba 154,44
Recitationum molestiæ 529,33. 329,66
Recoctus homo 426,42
reddere dapem 101,15
Reges pro divitibus 1,1
pastores olim 35,1
præceptores 72,7
Regulus 158,14 &c.
Rei qui 89,13
Relinquere, λειπειν 125,21
Remi parricid. 273,14
Rem gerere, quid 516,26
Renidere 130,2. 95,18
Reparare 63,9
Res 87,13
Rhæcus 135,22
Rhæti 250,10,224,10
Rhamnes 593,239
Rheni caput luteum 373,29
Rhodus 18,2
Rhodanus 593,239
Ridiculus 371,28
Ridere malis alienis 399,52
Rixa pro pugna 43,10
Robustus 182,3
Rodell. not. 1,1. 31,47,33,1 &c.
Romæ luxus 141,28
strepitus 209,11.432,31. 554,55 &c.
æternitas credita 70,16
divinitas 222,6
pax 12 annor. 69,15
avaritia 353,43
Judæis multi favent 369,61
principatus doctrinæ 372,23
Rosæ 73,15. Hybernæ 77,3. 87,12. in votis 110,13
Rotundus 443,67
Rubigus deus 194,8
Rubenius not. 321,79
Rubens 109,9
Rudis 451,3
Ruere, æquare 424,19
Rufus 388,46

INDEX

Rumor alatus 83,6
Rupil. Satyra 357,7
Ruſtici milites 162,26. tabula 469,40. ſaltantes 187,15
Rythmi 336,29

S

Sabbatha 369,57
Sabæi Rom. intacti 60,1
Sabinus ager fertilis 486,72
a villa 131,12
Sabini epiſt. heroïd. 474,36
Sacerdotum luxus 121,25
Sacrificia fontibus 177. majora, minora 194,10
Sævus magnus 30,44
Sævitia facilis 114,26
Sagæ 56, 20 fingunt partus 267,2 unguesalunt 269,29. 297. 34.
cum imag. Sat. 8.
Salem lingere, Salinum 125,14
cum paneb 385,18
Salarium 325,14
Salis 73,12. 216,16
Saliare carmen 538,49
Salernum, Salernitana ſchola 505,1
Salluſtius 82. od. 2.
Salluſt. æs 82,2
Salmaſ. not. 234,3
Salmoneus 67,7
Saltare 380,21
turpe Rom. 162,14
Samos 495,4
Sappho 116,21
Sapiens liber 437. rex &c. 460. 332,89 &c.
Sarmentus 346,41
Saturnius num. 543. 110
a tellus 112,15
Saturnalia 394,5
Saturum, urbs 353,38
Satyrorum origo 4,26. 585,157
Satyræ 305. leges 371,8 &c,
Satyri Art. P. verſ. 220 &c.
Satyrici fictis nominibus uſi 21,1. 336,16
Scalig. not. 209,14. 244,9. epod. 16
Scari 261,44
Scaurus 327,46
Sceleſti 273,1. 9,16
Sceva epiſt. 17.
Scipionis ſepulcrum 278,22
Scobs 422,63
Scribæ Rom. 344,30. libertinæ cond, 432,41
Scribere, reſcribere de menſa 398,47
male 548,161
Scythæ 69,10. 109,2. carnifices 124,8
Scuthes 161,11
in curribus vivunt 136,6
Secundas tractare 519,15
Secul. carmen
Scylla 579,104
Secti ungues 18,17
Sedens 389,62
Seſamus 108,6
Senes cicadæ 126,26
quales 577,72
parci 104,18
aridi 109,7
lenes 180,18
bibaces 181,14
Senatus Conſ. Mac. 315,15
Sen. trag. not. 575,62
Septim. epiſt. 9. pag. 96.
Sepultura vett. 57,3. 59,22
cuivis debita 60,32
divitum ſepta 297,32
Serenus Samon. 418,22
Seres 61,7
Sermo pro philoſ. 166,5. 336,33
Horatii defenſi 305,337, 42. 384,2
Serpentes v. flagella.
cantu mulcentur 118,30
Epidaur. 326,24. 202,5
Serta contentionis 494,33
Servi pretium 440,32
docti 551,7
nomen quid 66,16

de-

demensum 309,32
miseri 329,61
numerus 324,11
qui pessimi 442,55
Servius not. 91,13
Sestertius 325,15
Sic votiva particula 7,1
visum superis 66,15
Sica 334,4
Sicambri 220,23.252,35
Sicula mensa 139,17
tyrannis 466,54
Signa restituta Augusto 252,6
Silere in sacris 138,2. 144,16
Silicernium 400,63
Silvæ, agri 465,42
in tectis 292,21
Simonides 82,28
Sinus 66,19
Sirenes 395,13. 463,24
Sisennæ 358,9
Sisyphus 327,43. 120,18. 395,18
Sistra 441,52
Sitis tempus pro meridie 245,11
Smetii Joh. laus 98,23
Smyrna 495,6
Soccus 544,120
Socrates 246,23
lusit cum filiis 411,77
Sodalis 99,6
Solatia 359,20
Soleæ, *in conviv. positæ* 450,53
Solduri v. devoti 128,9
Solitudo sacra 151,8
Somnus Astreæ filius 140,18
levis 125,15
Somniorum portæ 205,21
fides 562,131
matutinorum 372,25
Sorites 535,27
Sortes 535,27.88,23
Sotii 530,3
Spadones 277,14
Spartacus 179,14
Splendere 125,12
Sponsus, amator 94,14
Spernere sejungere 61,2
Spes 70,20. 108,8
alata 472,5
Spiritus animi 84,17
Spondeus 587,184
Staberius 400,61
Stare pro esse 21,1
Statius 334,14
Statuæ ad orientem 201,4
infantum 420,29
H. Stephanus not. 466,55
Steuchorus 296,20
Stilus 376,59
Stoici risi 511,43. an & od. 34. l. 1?
parci 63,14
notati 315,19. Sat. 3. l. 1. 339,62.
doctos spernunt 416,21
superb' 430,17
Stomachus languidus 120,15.
latrans 386,19
Stringere rem 319,9
Strix 267,12
Stultitiæ defin. 397,35
Styx 67,9
Subare 283,11
Subura 269,36
Sueton. correctus 331,84
Superbi fir. unde 59,29. 132,30
Superstitio 413,95
Supplicationes 74,2
Surarum forma 92,20
aspectus 21. ibid.
Sylvam 209,16
Syræ merces 63,9

T

TÆnarus 68,10
Talenta Athen. 478,29
Talio Pythagoræ 59,30
Tanaïs 170,1
Tantalus 58,6. 118,32. 310,53
Tarentum 97,13. 419,28
Tarpa 273,31
Tartarus 116,19
Taurus, obscœn. 93,3
Teanum 458,74

INDEX

Tecmessa 89,4
Tela ferro armata 48,2
Telam texere 206,32
Telegonus 208,6
Telemachi responsum 484,38
Telephus 295,7. 575,63
Tempestas 280, 11 & 13. 140, 19
Tempe 18,8
Temperare 83,3. 85,2
Templorum antiquitas venerab. 160,3
Tempus adversum scil. 98,1. 207,5
restituere 248,15
Terent. imitatio 409,61. 412, 85 &c.
Tergere 386,26
Terei tab. 245,5
Teres 443,67
Terminus 131,21. 259,18
Terra 155,62
lactis & mellis 134,11
Tesqua 503,17
Testamenti captatores 426,33
Testudo Mercur. 172,4
Tetrarchæ 324,12
Textor pro textura 527,13
Teucer 20,26
Theatra balsamo fluentia 537,45
Thebæ 18,6. 546,145
Theoninus dens 523,67
Thesauri 430,12
Thessali magi 269,26
Thracum bibacitas 102,21
animi 174,5
Thrace candida 206,10
Thressa nota 73,20
Threx 433,45
Thus & Musica simul 72,3
Thyestææ preces 271,51
Thyni v. *Bithyni.*
Tiberii Cæs. comitatus literatus 457,7. elatio 8
Tiberis inundatio 210,24
Tibiæ thurariæ 72,1
Tibull. 65,1. 340,71. 470
Tigell. Sat. 3. l. 1. 314,6
Tigris fl. 251,31
Tigres 50,6
Timagenis lingua 527,14
Tiresias l. 2. Sat. 5.
Tithonus 126,26. 519,22
Tit. v. Septim.
Tityus 156,65
Tityon 119,9
Togæ laxæ 265,7
feminarum 318,47
compositio 399,55
Tollere 30,42. cadentia verba 519,13
Tonitrua l. 1 od. 34. 67,5 &c. 156,1
Tonsores Romæ 30,41
cutis 518,8. 459,82
Toral 422,66
Torquatus 472
Torquium gestamen 161,8
Trabs, trabicæ 2,10
Trabales clavi 86,10. 70,17
Τεχνολατρεία 187,5
Tragœdi 543, 113. unde 585, 157. 589,197
differentia à veteri 589, 199
Transcurrere 390,72
Tranquillitas studiorum 126,25
Trebatius 378 &c.
Trebon. 340,75
Trepidare 86,10. 92,22
Tribuni mil. 266,14
Triquetra 434,54
Triremes 141,33. 144,18
Triumphi honos od. 1. l. 1. pag. 80,15. 277,18.
origo 90,5
deus 221,30
Triumviri 265,9
Trochus 198,34
Trojæ sacra 188,3
Trophonium antrum 556,76
Trucidare inaminas prop. 499,23
Tullii sordes 355,59
Tunica pexa 459,83
Tunicati 485,65
Turres 467,5

Turba

Turba 415, 16
Turdus 423, 9
Tuscus vicus 409, 62
Tutela, puppis 34, 7
Tutelares dii rub. 144, 16
Tyades 17, 16
Tympanum 180, 9
Typhæus 154, 44
Tyrannus 69, 13
Tyrannicidæ 117, 27
Tyrtæus 143, 10. Art. P. vers. 402.

V

VAcuna 494, 34
Vadare 367, 34
Valgius l. 2. od. 9.
Valere, obscœn. 92, 1
divitiæ sunt 497, 4
Vallus 277, 53
Valgius 377, 68
Vappa 312, 65
Varius 94, 4
Varus od. 5. l. 5.
Vasa v. Amphoras.
Vaticanus mons 46, 8
Vectigal 448, 67
pro potentia 184, 32
Vejanus 452, 5
Vel pro etiam 68, 3
Velabrum 410, 63
Velare vestire 70, 20
Venatio 466, 61. ejus studium Romæ 521, 28. 198, 33
Vena benigna 131, 8
Venenum 56, 21
Venerari, precari 430, 9
Venire pro esse 45, 15
Ventis dare 54, 3
Ventosi 488, 12
Venusia 380, 29
Venus Erycina 7, 27.
Cytherea 13, 5
pro amica 56, 15
Dione 82, 29
jactus aleæ 102, 20
jusjur. 103, 80
curru vecta 208, 11
Καλλίπυγος 320, 70
varia 440, 39
ejus damna 519, 22
Verba nova 557, 85. 572. 38 &c.
Ver longum 97, 16
Verres 103, 7
Vertumni 438, 11
Verus timor 75, 10
Verum, justum 330, 75
Vesperus Lucifer 105, 10
Vesta 157, 12
Vespere suo vivere 356, 62
periphr. 163, 29
Vestes lugubres 278, 24
general. vox 402, 85
Veternus tristis 488, 11
Via sacra 273, 7
Viator, v. vindemiator.
Victima pulla 362, 19
Victi manus dant 294, 1
Villius 318, 48
Villa a vetulla 87, 16
Villicus 502, 1
Vinum pontific. 121, 26, 187, 7
in fumariis v. Furn. vis 175, 8
Marficum 115, 13
arbores nutritæ 120, 20
cum eo lusus 121, 24
mulieribus interd. 181, 14
expers maris 446, 19
mentem aperit 472, 22
vetus 184, 28
lac Veneris 187, 7
Vis, od. 21 l. 3.
in locis editis matures cit 191, 6
castratum 200
memphit. 201, 7.
Cæcub. 207, 2
Vineta crepare 406, 74
Violaria 122, 6
Virtutum cognatio 562, 130
Virgil. census 593, 235
a bello scrib. destitit 375, 47
defensus Sat. 3. facetus 374. 36

Virtus unde 524,81. 477,24
Vitæ ruſticæ laus epiſt. 10.
Vitales qui 437,2
Vivere in diem 211,27. 456,35
Ulubræ 497,23
Ulyſſis 17,91. 293,46. 462,20
Vindemiatoris convicia 359,23 &c.
Virgo pro ea quæ peperit 60,4
quando in publicum venit 143,7
Viridis 24,11
Virtus cupita nimium 476,13
Vita privata 514,10 &c.
Vitem habere 63,7
Vitia in duabus portantur peris 414,8
Vitulus de homine 93,5
Vivere bene 491,12. 494,31
Ulyſſes l. 2. Sat. 5.
Umbilicus 286,7
Umbræ vox 363,35. 474,37
Unci 70,19
Unde, unde 329,67
Ungendi mos 99,8. 101,18
redolere 316,22
Unguentum balaninum 208,
ejus nulla mentio Hom. 284,22
Unguentarii 314,2
Volumnius 520,32
Voluptat. odioſæ 465,50
neceſſariæ 463,26
Vocari pro eſſe 510,22
Voranus 363,34
Vox liquida, fuſca 51,4
tremula 247,6
Unguesturpes 103,4
curtare 484,51
Urbani principibus grati 490,11
Urnæ cum lacunis 98,23. 366, 28. 367,36
Urſi voraces 507,29
Urticæ uſus 498,7
Uſuræ 258,2 & 53
Vulcanus, Tubalcain 331,78
Vulgus pro malis 91,16
Vulpis macræ fabula 483. 202,4
Vultus forma 91,19
ambiguus 95,21

X

Xanthias Phoc. l. 2. od. 4.

Z

Zabels, unde 163,6
Zephyrus 140,19

12 JU 62

AD-

ADDENDA.

L. 1 od. 14 n. 1 ita & Claudian. hæc imitatur 6 Hon. conſ. v. 85 & ad n. 3 Muret. var. 10, 19. Scheff. mil. nav. 2, 5. n. 9. Anacr. γρὺν ἀμπίλου τὸν οἶνον. V. Loenſ. miſc. 10, 15. L. 1 od. 15 rythmum de Paride e Barth. adv. 31, 7. Jun. anim, 4, 22. Ibid. l. m. 10. in not. *ant. poëta* ſc. *Ennius*. Num. 15. vel ut citharædi faciunt cum modulantur: nunc enim hanc, nunc illam chordam carpunt, & de cantilena huic vel illi chordæ aliquid impertiunt. Turn. n. 20. in luctu tantum cinere capillos aſpergebant: non, ut nunc, polline farinæ, vel quocunque pulvere ſicco & diſſoluto canitiem ſibi conciliaſſe vett. putat 18. Voſſ. in Catull. od. 16. n. 6. St. Stephan. Sched. l. 5. Num. 7 Gallantes & Gallos vocant magnæ matris Sacerdotes. Iſ. Voſſ. ibid. Od. 17. num. 9. Porphyr. *ut* pro *ubi* apud vett. num. 22. Paſcal. de cor. 2, 6. Od. 19. n. 15. Mur. var. 12, 17. pag. 50. n. 8. ita *ſcindere* apud Catull. in obſcæno ſignificatu eſt. V. ibi Iſ. Voſſ. Pag. 55, 10. V. Cl. Dacier recte hîc. Relegi poſt ant. lect. Lipſ. l. 3. & exin alibi id notavi. Amicarum nomen dicere, & pro numero literarum cyathos bibere, moris fuit. Mart. *Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur.* Pag. 56. n. 16. *Semper*, hic, uti apud Ter. And. 1, 2. redundat. Pag. 59. n. 17. ita & Canter. Nov. lect. l. 4. c. 20. explicat. Pag. 60. n. 33. in fin. vel potius inexpugnabilem fraudem committebant. Turn. adv. 18, 22. Od. 29. de Arabum divitiis v. Loenſ. miſc. 1, 10. Od. 30 v. Mur. var. 10, 19 & ad num. 5. ibid. Ita pingi fingique ſolebant. Loenſ. 7, 16. Od. 32. verſ. 3. *Latinum* aliter etiam eſt *rotundum*. v. quæ noto ad art. poët. v. 234. Od. 34. n. 6. v. ad metam. Ovid. 2. verſ. 310. Turn. 9, 9. Od 35. verſ. 1. Gentes Fortunam divinam quandam rem eſſe putabant, quod a noſtris ingeniis explorari non poſſit. Fr. Luiſ.

par. 1, 22. Od. 36. n. 17. *deponent oculos.* Turn. 18, 27. *obdormiſcent,* Od. 37. n. 15. Canter 4, 30. hypallagen ſtatuit, pro *claſſem reparavit oris.* Lib. 2. od. 2. verſ. 1. *color*, prætextus, cauſa. Turn. 10, 21. ibid. n. 17. qui non eſt avarus, nec aſpectu pecuniæ movetur. Turn. ibid. Pag. 94. n. 11. v. not. ad verſ. 175. art. poët. Pag. 101. n. 17. Serv. in Virg. 6. *Diſcedam*, *explebo numerum* i. e. minuam. Pag. 119. not. 4. Rod. miſc. 2, 9. Pag. 121. in f. de pontif. cœnis Macrob. 2. Sat. 9. Pag. 139, 12. V. Macrob. 1, 16. Roſ. 5, 32. Pag. 151, v. Æl. l. 12. de Pind. & Plat. refert ea *infantes expoſitos*, *melle ab apibus enutritos.* Ibid. not. 9. adde Act. 16. verſ. 13. Pag. 154. v. 7. *horrida brachiis*, ſetis aſpera & atrox. Molles autem *pilorum eviratione* noti è Plin. l. 29. c. 2. Pag. 155. not. 53. v. 1 Sam. 19. v. 22. v. Bochart. Pag. 176. in not. l. 9. *Didone amore capta.* Lib. 3. od. 9. in f. Propert. *Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ*, *Nec dubio nubes vectitur atra Noto*; *Quam facile irati verbo mutantur amantes.* Pag. 182. n. 13. Sed credo culicis paſſus æque metiantur. P. 185. v. 7. *Maricæ* i. e. Circes. Ita è Lactant. Turn. 21, 22. P. 190. n. 6. vel a pedibus Nearchi pendet victoria, & is ea potietur, qui ſupplex iis ſe advolverit. Vel, habet in poteſtate, utri ſe addicet : nam noſtris pedibus ſubjecta, noſtri ſunt arbitrii. Luiſ. par. 2, 26. P. 199. n. 5. adde Epod. 14. n. 10. P. 202, not. 6. Phœd. l. 3. *Augurium corvo*, *læva cornici omina.* Sid. Apol. l. 2. ep. 2. Oſcines corvos puniceam auroræ faeem conſalutantes dixit, ut malum omen averteret, proſperumque ſignaret augurium. v. Acro hic. P. 208. v. ult. *Nox* dea apud Rom. Turn. 24, 45. P. 213. n. 9. reſpicit forte ad eam conſuetudinem, quod Idibus ſacerdotes ſacra in arcem ferebant rei divinæ cauſa. Turn. 20, 35. P. 241. n. 24. adde l. 1. epiſt. 2. P. 264. od. 5. *Menas* eſt *Menodorus.*

ADDENDA.

rus. v. l. 2. Sat. 5. n. 15. P. 289. od. 16. Solennes vett. migrationes notat Caſel. var. l. c. 6. P. 323. n. 4. v. l. 2. Sat. 7. v. 62. Sat. 8. l. 1. v. 1. V. Lact. l. 2. orig. err. c. 4. P. 369. n. 65. Alludit ad Il. 5, ubi Hector longe impar cum Achille congreſſus periculo eripitur ab Apolline. Luis. parerg. 3, 16. Turn. 6, 24. P. 428 ad verſ. 7. Propinqui cum ſacerdotibus feretro manus admovere aliter ſolebant. V. Sid. Apoll. ep. 8. l. 2. P. 480. v. 2. *crudi tumidique lavamur* ſc. ad decoquendam cruditatem.

CORRIGENDA.

L. 1. od. 15. lin. 2. argum. dele *ejuſdem carminis ac ſepta*, & repone *per inverſam prophetiam*, & v. od. 2. arg. pag. 38. in not. lin. 10 pro *Saturni* l. *Saturnum*. Od. 24. lin. 4. *Fuſce* cum alio charact. in not. lin. 8. l. *Gogi monum*. Pag. 49. not. 16. *qualis in muliere illa*. Pag. 50. not. 10. pro ὀεχῖα l. ὤεχῖα. Pag. 51. n. 7. pro *Premere* l. *Urgere*. Pag. 83. lin. 19. in not. l. *ſpoliatio*. Pag. 85. in not. lin. 4. fiat corr. ex epiſt. 12. n. 26. & pro ἀνιϛοφεῖαν l. ἀνιϛορηοῖαν. Pag. 188. n. 33. l. *Odyſſea*. Pag. 126. verſ. 6. l. *Senectus*. Pag. 126, n. 301. ita inter amicos aliquando notavimus. Pag. 128. in not. lin. 9. l. *Hiſpanos regibus*. Pag. 142. in not. lin. 2. l. *bonæ*. Pag. 147. v. 13. l. *protinus & graves*; in not. l. 1. leg. l. 39. c. 9. Pag. 150. not. 49. l. *cœlituſque diruta ſit*. Pag. 157. not. 11. l. ἀγκύλην vel *ancile*. Pag. 164. in not. lin. 9. l. 150000. ex Plut. in Sylla. P. 184. v. 8. l. *vectigalia*. P. 185. v. 12. corr. *ſternet*. P. 189. od. 20. in tit. l. *Ad Pyrrhum*. L. 3. od. 22. in f. not. 5. l. Δογμαθεῖς. P. 194. in f. l. *patellarii*. P. 196. n. 8. l. *Scythis inter ſe* &c. P. 197. v. 5. l. *licentiam*. P. 198. n. 34. l. *anguſtam*. P. 203. in not. lin. 9 l. *aves crocitantes*. P. 208. n. 4. l. μυξοβρεχεῖς. P. 209. n. 14. *nimis infel*. P. 218. v. 3. l. *Apollinari*. P. 245. v. 8. l. *libidines*. P. 278. n. 24. *& tum fuit plerorumque divitum Rom.* P. 325. n. 22. *ignoras te? an ut ignotum*. P. 376. in not. l. 9. l. *vomitoria*. P. 546. n. 135. l. *Democritus*. Pag. 343, poſt verſ. 16. excidit verſus, qui inſerendus.

Certatim tandem feſſus dormire viator.

P. 355. v. 6. l. *peregreve*. P. 548. in not. lin. 8. l. *prætores*. P. 571. expunge totam notam 23, & Scaligeri potius cenſuram in oden illam expende. Reliqua, quæ *aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura*, æquo animo cognoſcite, iiſque ignoſcite.

12 JU 62

363.

Fo W. H. Hatton

Hic liber est meus
Testis est Deus,
Si quis furetur,
Per collum pendatur.

